coll. compl. R.

THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS
LIBRARY

580.1
L64s15

NATURAL
HISTORY
LIBRARY

65105

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/carolilinnsyst01lin

CAROLI A LINNÉ

EQVITIS

SYSTEMA VEGETABILIVM

SECVNDVM

CLASSES ORDINES GENERA SPECIES

CVM

CHARACTERIBVS ET DIFFERENTIIS

Linnaeus, Carolus

EDITIO DECIMA QVINTA

QVAE IPSA EST RECOGNITIONIS

A

b. IO. ANDREA MVRRAY

INSTITVTAE

T E R T I A

PROCVRATA

A

C. H. P E R S O O N

PLVRIVM SOCIETATVM SOCIO.

C.D.St.

G O T T I N G A E

TYPIS ET IMPENSIS IO. CHRIST. DIETERICH.

1 7 9 7.

Opera JEHOVAE magna!
expoſita omnibus, qui delectantur illis;
glorioſum et decorum opus Eius!

DAVID.

580.1
L64S15

PRAEMONENDA AD HANCCE EDITIONEM.

Ingentem plantarum, poſt fata LINNAEI detectarum, copiam vbi conſideres, aut ſi obſeruationum in iam cognitas accuratius inſtitutarum rationem habeas, quibus omnibus ſcientia botanica nunc ſuperbit, de hocce opere editio non ſolum antecedente correctior, ſed et auctior merito expectanda erat, quare prior eius conditio ab omnibus partibus non abſoluta, et cur poſterior haud euenerit, vt me exponam, neceſſe eſt.

Nonnullo abhinc tempore exemplarium huius ſyſtematis penuria eorumdemque deſiderium tam vrgens fuit, vt bibliopola, qui ceteroquin elaborationem nouae editionis iam dudum vni alteriue de re botanica non parum merito viro demandauit, repulſam vero paſſus eſt, ob cauſas ei quam maxime graues huius promulgationis moram trahere nolens, mihi aeſtate praeterita eam obtulerit. Me vero, aliis inſuper obrutum negotiis, vt hocce opus praeſenti rei botanicae ſtatui adaequatum concinnem, multo longiori temporis ſpatio indigere, cum ei declaraſſem, ipſi modo in votis fuit, vt mea ſub cura hocce opus non mutatum prelo daretur, inprimis quoque ne formam priorem ab immortali auctore ei adtributam, ſecundum aliorum obſeruationes ceteroquin mutandam, plane amittat, nec non pro libro manuali iuſto amplius euadat. Niſi haec etiam bibliopolae mens fuit, per temporis anguſtias plura vix praeſtare potuiſſem. Nihilominus a me impetrare haud potui, vt nouam editionem omnibus plane adnotationibus orbam in lucem ederem. Eas etiam non inutiles eſſe, hinc elucet, quod partim non paucae differen-

ferentiae ſpecificae tam breuibus coarctatae ſint verbis, vt ex iis ſpecies vix eruere liceat, partim quoque talibus characteribus maxima ex parte aliae recenter detectae ſpecies cum prioribus conueniant, quibus igitur a ſe inuicem amplius haud diſcerni poſſint. Aliorum etiam virorum inmutationes ex viuis plantis erutae, dictitante hinc ipſa natura, omni ſilentio non praeteriri debebant, vt vno quaſi conſpectu ex iis pateat, quales mutationes ſcientia ſubierit. Non ſolum hoc de differentiis ſpecificis valet, ſed et de characteribus genericis, qui inprimis quoad plantarum fructus, quorum cognitio recentiorum, inprimis b. GAERTNERI, ſtudio fundamento firmiori ſuperſtructa eſt, emendandi vel augendi erant. Quae cuncta partim ex aduerſariis meis, vt plurimum vero ex operibus aliorum auctorum hauſta, tam infra textum, quam pone differentias inſerta ſunt, vbi etiam plantarum icones, quibus non raro difficultates vincuntur, allegatae ſunt. Omnia vero ad diſtinguendum quae mea ſint additamenta, parentheſibus ſunt incluſa.

Si vero vlla pars hoc in opere plane reformanda et ab erroribus inprimis ad partes fructificationis ſpectantibus purganda eſſet, hoc cum claſſe vltima fieri deberet, hinc ne nimis prolixus euaderem, adnotationes illuſtrantes omiſi, praecipue cum equidem haud magnus generum ſpecierumque numerus ratione illius, qui recentioribus in ſcriptis occurrit, quorum nonnulla allegaui, recenſetur.

Vt vero ceteras hic omiſſas diuerſis in operibus variisque in tractatibus deſcriptas ſpecies in vno opere collectas poſſideamus, ſi hoc deſideretur, viresque meae permittant, hiſce votis in peculiari tomo ſatisfacere conabor.

Dabam Gottingae, d. 20. Aprilis 1797.

C. H. PERSOON.

PRAE-

PRAEFAMEN

EDITIONIS XIV.

Diſtractis praecedentis editionis huius libri exemplis, de noua adornanda diſpicere opus fuit. Ea primum proſpiciendum erat indigentiae praeſtantiſſimorum auditorum, qui iam per duas fere aeſtates filo demonſtrationum, quibus vaco, ſtirpium, caruerant, dein votis botanicorum exterorum ſatisfaciendum. Acquieſcere vnice poſt decennium in recudenda editione XIII. eaque ſphalmatibus typographicis mundanda, ſub tanta nouiter detectarum ſtirpium et expolitionum in characteribus bene multarum vetuſtiorum vbertate, quae intra hancce temporis intercapedinem emerſit, deſidis fuiſſet, nec de pomoeriis rei herbariae ampliandis ſolliciti. Etenim poſt illud tempus, quo b. LINNEVS, pater, Syſtemati perficiendo operam vltimam daret, frequentes in remotiſſimas et partim plane antea ignotas regiones peregrinationes a botanicis inſtitutae ſunt, quarum fructus vel peculiaribus libris vel diſperſis per varia ſcripta, nominatim Societatum litterariarum commentationes, obſeruationibus continentur. Nec inficiandum, etiam ex indigenorum Europae noſtrae vegetabilium numero quaedam protracta, quae priſtinae aetatis aciem effugerant. Quantae igitur acceſſiones in rem herbariam redundarunt nouae ex FORSKÅHLII itinere in Aegyptum et Arabiam, AVBLETII in Guianam gallicam et Inſulam Franciae, SONNERATI in nouam Guineam et Indiam

 orien-

orientalem, BANKSII et SOLANDRI, et, alia peregrinatione, FORSTERORVM, in mare auſtrale, SPARRMANNI in Africam auſtralem, THVNBERGII in eandem Africae partem, Zeylonam, Iauam, Iaponiam, PALLASII, GEORGII aliorumque naturae ſcrutatorum per ampliſſimam Roſſiam. Quam multarum nouarum cognitionem debemus continuato IACQVINI ſtudio, item ſeriori GOUANI operae. Haud parum augmenti quoque cepit numerus ſtirpium iis, quas in *Supplemento plantarum Brunſuigae a.* 1781. edito vterque LINNEVS primum propoſuit. Hoſce reliquosque omnes et ſingulos fontes adire, protrahere reconditos theſauros, ſuisque loculis inſerere, vt quousque hodie Florae dominium pateat, cognoſceretur, vtut difficilis labor, non detrectandus tamen eſſet, modo non timendum, ne, ſi in transſcribendi potiſſimum negotio res ſubſiſteret, innumeris erroribus Pinax inquinaretur. In multarum enim ſtirpium deſcriptione vnum vel plura momenta deficiunt, ſine quibus character conſtitui nequit. Saepe ſtirpes vt nouae in medium proferuntur, quas alius ſagacior in ſummi LINNEI operibus detegit; licet nec hoc negauerim, exiſtere pauculas aliquot ſtirpes ab EO memoratas, de quibus ob breuitatem deſcriptionum vix, niſi inſpecta eiusdem collectione herbaria, iudicium ferri poteſt, prout olim variae BAVHINIANAE nonniſi ſimili illuſtratione extra dubium poſitae ſunt. Grauiter paſſim in LINNEI obſeruationes inſurgitur, quum tamen ſaepe aperte aliam ſtirpem intellexerit LINNEVS, aliam moroſus vel ſibimet ſolus placens cenſor. Ad hoſce ſcopulos vitandos tutiſſimum omnino quidem eſt, non alias ſtirpes deſcriptas adoptare tanquam nouas, nec aliis animaduerſionibus ſubſcribere, quam quae comparationem cum ipſa praeſente planta, de qua ſermo eſt, ſuſtinuerunt. Fac vero copiam nobis in hunc finem fieri poſſe tot rariſſimarum vndique conquiſitarum plantarum, harumque quidem exempla perfectiſſima et iuſtum numerum ſuppetere, ne Varietas

imponat

imponat (quod dubito an fieri poſſit, niſi BANKSII opes cum eodem eius in plantas amore amice conſpirent): plurium ſane annorum ſpatium requiritur, antequam ſub hac lege ad finem operis peruenias. In harum defectu ſaepe vel ad fidem modo auctoris aliis notis comprobatam confugere, vel iconem deſcriptioni adiectam in dignitatem plantae viuae ſurrogare, oportet. Fateor ſubſidiaria haecce adminicula lubrica ſaepe eſſe, et praeſenſi formidoloſus diſcidia ex quarundam ſtirpium vel emendationum receptione aliarumque omiſſione, cuius rei rationes dari breuiarii anguſti limites non concederent.

Hiſce difficultatibus diſtrictus contrahendi vela conſilium inii, et, niſi opus omnibus numeris abſolutum, vtile tamen, et praeſenti neceſſitati accommodatum, nec praerogatiua prae reliquis eius editionibus deſtitutum, praeſtandi. Nam omnes et ſingulas ſtirpes ad hunc vsque annum detectas vna complectendi tanto minus ambitio me capere potuit, quum vel ex ſerioribus inclytis peregrinationibus multas adhuc in futurum tempus ſervauerint BANKSIVS, FORSTERI, THVNBERGIVS, SPARRMANNVS. Vt igitur mox in fronte noſcatur, quoſnam in tam amplo campo cancellos egomet mihi praeſcripſerim, ſic habeto. Quum ad nouam LINNEANI operis editionem me accingerem, in iis auctariis et emendationibus ſubſiſtendum credidi, quae vel LINNEOS ipſos auctores habent, vel viros ex LINNEI, patris, ſchola profectos vel et alios, qui, licet ab ill. viri ore non pependerint, ad eius tamen praecepta nouos prouentus memoriae prodiderunt fidemque accuratione deſcriptionum et iconum ſibi conciliarunt.

Secundum haſce leges *Supplementi plantarum* a iuniori LINNEO typis mandati ante omnia ratio habenda fuit Iuncta patris filiique opera hoc concinnatam eſſe, tanto certius eſt, quum pater, duos fere ante mortem

 annos

annos Mantiſſam plantarum tertiam conſcribere ſibi proponens, mihi plagulas manu ſcriptas tradere promitteret curamque eius edendae, quod propoſitum autem decreſcens animi vis et ſubſequens triſtiſſimus eius morbus ſuppreſſit, etiamſi iam cum bibliopola de pretio laboris pactus fuiſſem. Quid patri in hoc ſit proprium, quid filio, plerumque haud difficulter ex tempore acceſſionum et adiectis botanicorum, qui ſuppetias tulerunt, nominibus colligitur: aegrius, quando haec indicia deficiunt, niſi ad mirabilem iſtam artem reſpicias, qua callebat pater, aeque concinne ac breuiter ſtirpes determinandi, et denominandi, quam ipſam, ſi dicendum quod res eſt, eatenus non aeque feliciter filius, aliis licet nominibus meritiſſimus, aſſequutus erat. Non obſcurum quoque eſt, characteres haud paucos ſtirpium ſolito longiores ex peregrina communicatione in Supplementum a LINNEO iun. fuiſſe translatos. Quicquid horum ſit, deſtitui hiſce nouam Syſtematis editionem nolui, exceptis iis additamentis vel mutationibus, quae neſcio quo calamo extra patriam adſcriptae fuerant, a legibus Linneanis alienae. Quas THVNBERGIVS attulerat numeroſas ſymbolas, malui ex ſerioribus eius ſcriptionibus, quodſi quidem easdem complectantur, quam hoc fonte allegare, idque tanto iuſtius, quum in hiſce characteres ſubinde magis expoliti compareant. Non parum vero in transferendis Supplementi ſtirpibus laboris fuit. Noua inter haec ſunt genera haud pauca, quorum, quamuis claſſis ordoque ſignificentur, loca tamen commodiſſima in ſerie generum ſecundum cognationem nonniſi comparatione mutua facta conſtiterunt. Contrahere ſaepe characterem horum eſſentialem, quem vocant, et reliquis adaptare opus fuit. In ſpeciebus collocandis ſimilis neceſſitas incidit easdem cum vetuſtis ciuibus attente conferendi, vel et in adiumentum vocandi aliorum botanicorum ſcripta. Ita quidem ſpero, me plerasque haud male collocaſſe: ſubinde tamen prae

labe

labe deſcriptionum recentium, praeſertim in ditioribus numero ſpecierum generibus easdem ad finem generum iunctim ſubnectere coactus fui. Iniunctum quoque mihi exiſtimaui, conformitatis cum reliquis cauſſa aliquando vnam vel alteram voculam in differentia ſpecifica praecidere; item ſubinde, vt diſcrimen a congeneribus tanto euidentius redderetur, hanc vel illam ex ampliori ſubnexa deſcriptione vel alio certo fonte addere, nec non hinc inde partes ſtirpium commemoratas transponere. Nec raro nouae ſpecies detectae characterem vetuſtiorum mutandi anſam dedere. Sunt et genera quaedam, quae ob ſpecies nouiter accedentes nouis ſubdiuiſionibus cum ſuis inſcriptionibus perſpicuitatis cauſſa inſtruxi. Facile vel me non monente patet, me in hiſce omnibus, vt reliquis mox dicendis ſubſidiis, quotiescunque occaſio tulerit, tam ex horto botanico, cui praefectus ſum, quam ex collectione ſtirpium ſiccarum mea illuſtrationem quaeſiuiſſe.

Sed locupletandi Syſtema multa alia in conſilium traxi adiumenta. Poſt a. 1774. nihil, quoad ſciam, LINNEVS, Eques, in augmentum rei herbariae praeter Diſſertationem academicam de *genere Aphyteiae*, aliamque *de Hyperico* euulgauit, quae vero vtraque ſuo iure hic potita eſt. Filii doctiſſimi Diſſertationibus praeſertim debentur, quae *Graminum* familiae et *Lauendulae* generi in melius contigerunt. Sed etiamſi, quae de ſtirpibus cryptogamicis Supplemento addidit, receperim, dubitaui merito ex nouationibus iſtis, quas in *muſcorum* diſtributione molitus eſt cel. Profeſſor in Diſſertatione de Muſcis, aliud quidpiam quam ſpecies nouas adiectas in vſum vertere. Nam multas in alia genera tranſtulit, quae iuſtius vetuſta loca occuparent nominaque priſtina tuerentur, quod et acutiſſimus harum ſtirpium ſcrutator cl. HEDWIG (*Hiſt. nat. muſc. frondoſ. P. 2. p. 70.*) agnoſcit. THVNBERGII opera multum ad perficiendum Sy-

ſtema hocce contulit. Vt enim ſilentio praeteream, quid eidem Supplementum debeat, opportune accidit, vt elegantiſſimae eiusdem Diſſertationes *de Gardenia, de Protea, de Oxalide, de Ixia, de Iride*, item tres aliae, quae *noua genera plantarum* proponunt, in lucem prodirent, item *Actis Academiae ſcientiarum* Stockholmienſis aliarumque Societatum litter. Suecicarum multae eximiae obſeruationes ab eo traderentur. Palmas eo ſuaſore (*Vet. Acad. Handl.* 1782. *p.* 286.) in *Appendicem*, ob partes fructificationis non rite cognitas, olim abiectas, lubentiſſime in ſuas claſſes transmiſiſſem, modo characteres generis addidiſſet: nomina tamen generum in claue claſſibus ſingulis praefixa ſignificaui, et in ipſa Appendice lectores monui. Tantum vero amicitiae dedit pereximius vir, vt quum eum, ne opus tardaretur, de communicandis mecum characteribus *ſtirpium Iaponicarum* nouarum ab illo in loco natali lectarum ſollicitarem, quos noueram prelo Lipſiae deſtinatos eſſe, eos manu ſua chartae mandatos mihi mitteret. Haec dum indico, grates ſimul agendae ſunt cel. LESKIO, cuius cura THVNBERGII Flora Iaponica ibidem typis prodit, quod eiusdem per plagulas, prout prelo exirent, copiam mihi fecerit: ſed ne diſparitas in citatione eſſet, vbiuis codicem manuſcriptum allegaui. In eo autem vnice diſcrepantiam lectores animaduertent, quod ſpecies Iaponicae ad Monoeciam, Dioeciam, Polygamiam, item Gynandriam in Syſtemate vegetabilium relatae, a THVNBERGIO per alias claſſes ſecundum numerum ſtaminum diſperſae compareant. *Aliorum* quoque *Suecicorum botanicorum* obſeruationes notatu digniores in medium protuli, modo praegreſſum ſcrutinium id ferret. Addidi hiſce *proprias meas*, ex *Commentationibus Societatis ſcient. Gotting.* petitas, bene multas, quibus pro ſcopo fuit vel nouas plantas vel mance determinatas ab obliuione et ambiguitate vindicare.

Hiſce

Hiſce omnibus ſubſidiis inſigniter creuit ſtirpium numerus. Haud parum pretii autem libro decederet, ſi in eo nouae iſtae numeroſae, quas IACQVINI *opera* ſeriora continent, deſiderarentur, nimirum *Hortus* eius *Vindobonenſis*, *Flora auſtriaca*, *Editio picta Hiſtoriae ſtirpium americanarum*, *Miſcellanea auſtriaca* et *Icones plantarum rariorum*, quae omnia non elegantia modo iconum ſed et deſcriptionum praeſtantia et fide inter primaria rei herbariae monumenta vt praeſens aetas ita et poſtera referet. Initium modo priorum duorum LINNEO patri perluſtrare datum fuit, quanta auiditate, quanto applauſu, id fecerit, et quam charum in vniuerſum IACQVINI nomen illi fuerit, quauis data occaſione declarauit. Sed pergendum erat in tramite ſemel calcato, et ſeriora inuenta ill. viri prioribus, ſuis locis, adiungenda. Qua in re quum id difficultatem pareret, quod amplioribus Horti Vindobonenſis et Florae auſtriacae, aliquando et Miſcellaneorum auſtriacorum, deſcriptionibus ſtirpium breues definitiones praefixae exſtarent nullae: ſubuenit ipſe hiſce anguſtiis praeſtantiſſimus vir meoque rogatu characterum ſummas a ſe ipſo concinnatas litterisque mihi oblatas publici iuris facere permiſit. Hiſtoriam eius ſtirpium ſelectarum Americanarum coloribus viuis pictarum, cuius prima exempla a. 1781. vendebantur, ex editione a. 1763. enatam eſſe notum eſt, et pauciores modo plantas ſub finem annexas. Hanc primam libri editionem qui cum recentioribus LINNEI ſcriptis conferat, offendet, licet plerisque ibidem deſignatis generibus ſpeciebusque ſubſcripſerit, omiſiſſe eum tamen nonnulla vegetabilia. Quum id ſine dubio rationibus grauibus ductus egerit: non ab arbitrio meo pependit, renitente quaſi LINNEO, cuius ſenſa praeprimis hic exprimenda, ſub defectu plantarum examinandarum, et omiſſis aliquando notis, quibus ad diſcrimina opus eſſe viſum, excluſa adoptare. Circa acceſſiones vero, poſt mortem immortalis praeceptoris a

IACQVINO

IACQVINO enumeratas, mea libertate et proprio iudicio vti licuit. Id tamen ſimul monendum, etiam in reliquis eiusdem operibus exſtare aliquot paucas ſtirpes, quarum differentias ſpecificas mecum non communicauit; vnde coniicio, ill. virum poſtliminio mutaſſe ſuam de nouitate earum ſententiam.

Quod ex amplo earum plantarum numero, quas FORSTERI in inſulis maris auſtralis indagarunt, et PALLASIVS in Roſſia, nullas alias huic Pinaci inſeruerim, quam quas Supplementum ſiſtit, vel quas ipſe in horto botanico examinaui, huius rei cauſa haec eſt, quod iſti paucis exemplis exceptis in generibus tantum modo acquieuerint, hic differentias ſpecificas addere neglexerit.

Haec, quae dixi, ad numerum ſtirpium, quo locupletata fuit haecce Syſtematis editio, praecipue pertinent. Quum vero et id ſemper animo meo infixerim, non minus eſſe meritum in re herbaria, notitiam ſtirpium iam cognitarum veriorem vel faciliorem reddere, quam nouas detegere vel obliuioni datas in lucem protrahere: in haud paucis deflexi a priſtinis effatis, animaduerſiones numeroſas generibus vel praecipue ſpeciebus adſperſi, et ſynonyma iconesque haud paucas, quas inter ſeriores ex *Flora Danica* et SCHREBERI *Hiſtoria graminum*, nouiter indicaui. In omnibus hiſce et breuitati et paucitati ſtudui, perſuaſus prolixitatem et copiam, quae a noua editione *Generum* et *Specierum* plantarum iure quodam exſpectari poſſit, in breuiario, quale hocce Syſtema eſt, vitii potius nomine dignam eſſe. Niſi haec me tenuiſſet opinio, facile fuiſſet ex aduerſariis et obſeruationum et ſynonymorum iconumque citatarum numerum augere. Quicquid vero adiecerim, addito vel nomine, vel littera M. et ſi opus, praemiſſa lineola, notaui, idque non vanae ambitionis cauſa, ſed vt ne errores, qui mei forſitan ſint, LINNEO tribuantur;

nec

nec ii, quos LINNEVS in tantae difficultatis auſo aliquando non potuit euitare, editorem feriant. Nam rurſus moneo LINNEI potiſſimum ſenſa, non mea, fuiſſe euulganda. Hinc et vt priſtinus nexus inter hocce opus eaque, quae genera et ſpecies plantarum complectuntur, perſiſteret, ſeruaui numeros, qui ad vtrumque librum reſpiciunt, ex editione XIII. eo modo diſcrimine, vt ſpeciebus numeros ſerie continuos praefigerem. Gottingae, d. XXIX. Aprilis a. MDCCLXXXIV.

PRAE-

PRAEFATIO

EDITIONIS XIII.

Exultat mens mea laetitia, in memoriam reuocans aurea iſta momenta, quae in perilluſtris A LINNÉ, Equitis, conſortione vere anni 1772. ineunte conſumere mihi datum fuit. Eam tum in ſummo viro animi virium integritatem floremque, et illum in ſcientia ſua locupletanda ardorem cognoui, quem iuuenis et auditor olim miratus fueram, qui iam vero perennans nouorum laetiſſimorum fructuum, in rem naturalem et medicam redundaturorum, ſpem alit; et illum ſimul in aduerſarios, famae eius inſidiantes, expertus ſum in eo animum placabilem, et aequum in vniuerſum de aliorum meritis iudicium, vt vel iniquiſſimus vel moroſiſſimus cenſor, haec audiens, in amorem eius raperetur neceſſe eſſet. Mihi vero eo in primis breuis iſta et iterata cum perilluſtri viro conſuetudo fructuoſa fuit, quod de rebus multis, quae viſae mihi antea in arte erant ambiguae, ſciſcitari oraculum hocce contingeret; quae dubia non ratiociniis lubricis, ſed natura ipſa conſulta, in cuius ſacra me ducendi vicinia gazophylacii, in praedio eius Hammarby exſtructi, opportunitatem conceſſerat, diſſipauit, deſtruxit.

Quum nihil hoſpiti ſuo, quicquid vel mentem vel corpus recrearet, deſiderare relinqueret: tum et eum Syſtematis naturae Tomum conſpiciendum dedit, qui ſtirpes complectitur. Hunc ego videns multis egregiis obſeruationibus auctum, nec paucioribus emendationibus expoli-

expolitum, precibus ſollicitaui perill. virum, vt, quum duodecimae eiusdem editionis exempla a bibliopola diſtracta iam eſſent, de noua, hiſce ſuppetiis inſtructa, typis mandanda cogitaret. Verum renuit perill. Eques, regerens, ſe in poſterum nonniſi ſupplementa vltimae editioni additurum. Tandem mihi vlterius eum de commodis, quae inde rei herbariae acceſſura eſſent, admonenti, et tyronum artis, quorum multi pretio totius *Syſtematis naturae* deterrerentur, ſtudium libro facilius parabili, accenſum mirificeque leuatum iri, forſitan paullo impudentius vrgenti, librum exactius limatum ſe mihi traditurum promiſit, vt, quemcunque in vſum vertere eum vellem, facultas mihi ſuppeteret. Promiſſis ſtetit perill. vir.

Ego vero nolui priuatum hoc eſſe bonum, ſed publici reddere iuris mearum partium duxi, confiſus, gratiam non ab auditoribus modo, ſed et a botanicis in vniuerſum, me eo initurum.

Etenim in hac noua vegetabilium Syſtematis editione omnes nouae ſtirpes, ſiue genera ſiue ſpecies conſtituant, ſuis locis inſertae continentur, quae poſtquam libri, *Genera* et *Species plantarum* inſcripti, vltimo comparuerunt, a perill. viro detectae ſunt, et antea in *Appendice Specierum plantarum*, in *Mantiſſis*, in *Supplemento tertiae Syſtematis naturae partis*, ſparſim exhibitae. Hae variis recentius detectis nec ante rite cognitis ſpeciebus auctae ſunt. Acceſſerunt multae nouae obſeruationes ad ſpecies quam plurimas, earundemque vel generum characteres crebro emendati. Varia et genera et ſpecies in aptiora loca translata. Multa inſuper ſynonyma curatius hic definita exiſtunt.

Quum operae typographicae et propria libri amplitudine et variis impedimentis retardarentur, crebras acceſſiones

ceſſiones et mutationes cl. vir mihi miſit, quas fide ſuis locis inſerui. Id porro meum eſſe arbitratus ſum, vt, quantum fieri poſſet, nitidus et emaculatus in medium prodiret. Demum curaui, vt, quum, in prioribus editionibus nomina ſ. d. triuialia, neſcio qua de cauſa, a typographo antea ſaepe abbreuiata vel mutilata ſiſterentur, vnde tironibus difficultas crebro enata fuit verum nomen intelligendi, iam integra deſcriberentur. Scr. Gottingae in horto botanico, feriis paſchalibus a. MDCCLXXIV.

REGNVM

REGNVM VEGETABILE.

Flos eſt plantarum gaudium.
Tunc ſe nouas, aliasque, quam ſunt, oſtendunt:
tunc variis colorum picturis in certamen vsque luxuriant.
Plin. XVI, 25.

1. NATVRA creata, continuato Semine, ope elementorum, modificat Terras in *Vegetabilia*, Vegetabilia in *Animalia*, vix contra: vtraque reſoluit iterum in *Terras*, circulo perenni aucto.

2. VEGETABILE eſt vita compoſita, absque motu voluntario.

3. TRIBVS Vegetabilium tres vulgo numerantur:
   MONOCOTYLEDONES: Fruges: 1, 2, 3.
   DICOTYLEDONES: Plantae: 4, 5.
   ACOTYLEDONES: Cryptogama: 6, 7, 8, 9.

4. GENTES, e quibus incolae confluxerunt, potiſſimum ſunt:

   1. PALMAE PRINCIPES, Indici, Spathacei ſpadiciferi, fluxi, eminentes celſitudine eximia, ſpectabiles caudice inuariato ſimpliciſſimo perennante, coronati coma frondoſa ſemperuirente, opulentes gazis fructuum opimis. *Hi Tributarii ſunt animalium Primatibus, imprimis eorum Principi cohabitanti.*

   2. GRAMINA. PLEBEII, Campeſtres, Culmiferi, Glumacei, Ruſtici vulgatiſſimi, ſimpliciſſimi, viuaciſſimi, conſtituentes vim roburque regni, et, quo magis mulctati et calcati, magis multiplicatiui. *Hi tributarii ſunt, e vili penu, animalibus pleriſque phytophagis, horumque Cerealia imprimis eorum Principi hoſpitanti.*

   3. LILIA. PATRICII, Lucares, Bulboſi triarii, ſuperbientes veſtimentis fulgentibus feſtiuis. *Hi paſcunt*

 oculos

oculos condecorantque regnum venuſtate aulaeorum ſplendidiſſimorum.

---

4. HERBAE. NOBILES, Pratenſes, Annotini, Polymorphi. *Hi ornant regnum Structura admiranda, Sapore multifario, Odore fragrante, Colore florido.*

5. ARBORES. PROCERES, Syluatici, e Nobilium ordine perennantes caudice, ſtipati pediſſequis *Seruis*, ſuſtentantes inauſpicato clientes *Paraſiticos. Hi attollunt capita, arcent Ventos, inumbrant Aeſtuantes, humectant inconſpicuo imbre, alliciunt Vocales, perficiunt Fructus; tanquam totidem Naturae Horti.*

MILITES armati Spinis Aculeisue, e Plantis vtrisque adſcriptiui. *Hi arcent Mammalium hoſtium iniurias.*

---

6. FILICES. NOVACCOLAE, Latebroſi, Stipitati, Dorſiferi, macri. *Hi praeparant poſteris Terram.*

7. MVSCI. SERVI, Hyemales, Imbricati, Calyptrati, Reviuiſcentes, Impaſti, loca omnia a prioribus relicta occupant numeroſiſſimi. *Hi Radices incolarum fouent: ne adurantur a Bruma Hyberna; ne exſiccentur a Sirio Aeſtiuo; ne euellantur a viciſſitudine Vernali; ne corrumpantur a Putramine Autumnali. Colligunt etiam pro dominorum peculio Humum daedaleam.*

8. ALGAE. VERNACVLI, Aquigeni, Squalentes, Rediuiui, Abſtemii, Nudiuſculi. *Hi inchoant culturam primam Vegetationis.*

9. FVNGI. NOMADES, Autumnales, Barbari, Denudati, Putidi, Furaces, Voraces. *Hi flora reducente Plantas hyematum, legunt relictas earum quisquilias ſordesque.*

5. TEXTVRA vegetabilium e *Vaſis* ſuccoſis.
Tracheis aëreis.
Vtriculis ſecretoriis.

6. SVBSTANTIAE vegetabilium ex *Epidermide*, externe obducente *Corticem*, deponentem interiore latere *Librum*, ſecedentem in *Lignum* annotinum rigidum, obducentes *Medullam.*

7. PAR-

7. PARTES Vegetabilium primariae tres ſunt:
RADIX deſcendens, aquoſa ſorbens, *nutriens.*
HERBA adſcendens, aërea ſpirans, *mouens.*
FRVCTIFICATIO pandens, aetherea halans, *generans.*

8. RADIX terrenis humentibus inſerta exſerit *Radiculas* capillares, ſaepe ſuperne concurrentes in ſolidum *Caudicem deſcendentem* ſub terra, aut etiam *adſcendentem* ſupra terram.

9. HERBA annua, aëreis commiſſa, conſtat *Hybernaculo, Trunco, Folio, Fulcro:*
HYBERNACVLVM compendium Herbae totius, ſquamoſum:
BVLBVS e baſibus Foliorum praeteritorum.
GEMMA e rudimentis Foliorum futurorum.

10. TRVNCVS, attollens Herbam Fructificationemque, (RAMI ſunt Partes Trunci) eſt vel
CAVLIS *Herbae* folioſus.
CVLMVS *Graminis* ſaepius geniculatus articulis inanibus.
SCAPVS *Radicis* aphyllus floriferus.
PEDVNCVLVS ramus *Caulis* floriferus.
PETIOLVS ramus foliiferus, folio proprius.
STIPES a Folio non diſtinctus: *Palmis, Filicibus.* — item truncus *Fungi.*

11. FOLIVM expandens per aëra ſuperficiem, volatile, ſaepe petiolatum.
FOLIOLVM partiale eſt Folii *compoſiti.*
FRONS Folium e ſtipite factum: *in Palmis et Filicibus.*

12. FVLCRVM adminiſtrans pro Vitae neceſſitate:
STIPVLA Foliorum, ad eorum baſin, foliacea.
BRACTEA Florum, ad florum pedunculorumue baſin, foliacea.
PVBES veſtiens villoſitate.
GLANDVLA ſecernens liquorem.
SPINA terminans *cornu* lignoſo.
ACVLEVS ſparſus *vngue* cortici tantum inſerto.
CIRRHVS ſcandens *filo.*

13. FRVCTIFICATIO temporaria, terminans, lege naturae ſpontanea dehiſcens metamorphoſi, vt ſubſtantia *Interna* pateat Flore et Fructu.
FLOS fit e *Calyce, Corolla, Staminibus, Piſtillis.*
FRVCTVS e *Pericarpio* praegnante *Seminibus,* affixis *Receptaculo.*

14. CALYX Tegmentum exterius Floris e *Cortice,* cuius ſpecies 7.

VOLVA *Fungi*, lacera.
CALYPTRA *Muſci*, cucullata.
SPATHA *Palmae*, vaginata.
GLVMA *Graminis*, ſaepius biualuis.
PERIANTHIVM *Plantae*, corollae approximatum.
INVOLVCRVM *Plantae*, a flore remotum, ſaepius vmbellae.
INVOLVCELLVM, partiale inuolucrum.
AMENTVM *Gemmaceum* imbricatum, commune.

15. COROLLA Tegmentum interius Floris e *Libro*.
PETALVM membranaceum: *Limbo* aut *Laminis*.
Tubo aut *Vnguibus*.
NECTARIVM nectariferum proprium, mel promens.

16. STAMEN Viſcus exterius e *Ligno*; *Genitale Maſculum*.
FILAMENTVM ſuſtinens *Antheram*.
ANTHERA foeta granulato *Polline*, et hoc *Fouilla*.

17. PISTILLVM Viſcus interius e *Medulla*; *Genitale Femineum*.
GERMEN Fructus rudimentum, inferius.
STYLVS a germine eleuans *Stigma*, intermedius.
STIGMA roridum, pubeſcens, ſupremum.

18. PERICARPIVM *Germen* defloratum ſeminiferum.
CAPSVLA membranacea, *valuis* dehiſcens varie in variis.
SILIQVA membranacea, *biualuis*, ſutura vtraque ſeminifera.
LEGVMEN membranaceum, *biualue*, ſutura altera ſeminifera.
FOLLICVLVS membranaceus, *vniualuis*, latere dehiſcens, a ſeminibus diſtinctus.
BACCA pulpoſa, *Seminibus* diſtinctis.
DRVPA pulpoſa, *Nucleo* oſſeo.
POMVM pulpoſum, *Capſula* includente ſemina.
STROBILVS imbricatus *Amenti* coarctati.

19. SEMEN *Ouum*, noua planta praegnans, deciduum, tunicatum.
HILVM cicatrix vmbilicalis.
COTYLEDONES bibulae placentam vterinam conſtituentes.
CORCVLVM, nouae plantae compendium, connectens cotyledones:
e *Roſtello* acuminato, deorſum germinante.
e *Plumula* imbricata, ſurſum excreſcente.
PAPPVS interdum coronat ſemen.
ARILLVS interdum includit partialiter ſemen.

20. RECEPTACVLVM: *baſis* partes fructificationis connectens.
PROPRIVM vnius floris.

COMMVNE

COMMVNE pluribus *floſculis* ſeſſilibus.
VMBELLA inter calycem et florem, elongatum in pedunculos aequatos.
VMBELLVLA partialis vmbella.
CYMA vmbella compoſita ramulis alternis.
SPADIX intra Spatham, praeprimis Palmae.
RACHIS Spicae Graminis, cui flores inſculpti.

21. MACHINAE Vegetabilis ſubſtantia conſtat duplici contraria:
CORPOREA externa, includens, nutritiua, deſcendens, terrenis adhaerens, ſtudioſe medullam incarcerans, duriuſcula, apice tenerrimo accreſcens.

MEDVLLA interna, incluſa, viuificans, baſi deliqueſcens, apice adſcendens, multiplicatione diuiſibilitate terminoque infinita, in creatione accenſa, a primordio occulte feſtinat lenteque verſus minimam reſiſtentiam ad ſummum ſuum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius, eo clauſtra citius reſerat metamorphoſin ſubitura, quaeque euaſura ſeſe cum corpore copulat, vt in nouas diſpergenda vitas circulus perennet.

22. GERMINATIO fit diſperſis *Seminibus*, per *Hilum* abſorbentibus aquam, vnde rumpuntur membranae a bibulis tumentibus *Cotyledonibus*, lactantibus *Corculum*, vsque dum foetus *Roſtellum* Radiculas exſerat, quo erigatur *Plumula* accreſcens in *Herbam* anni, terminatam *Gemma* ſupradecompoſita.

23. VEGETATIO fit *Radiculis* ſugentibus tincturam aquoſam Humi, quae, calore quotidie addito, lente pellitur per corporei externi vaſa, vnde nutritio exterioris interiorisque plantae, exhalante ſuperfluo, *Cortice* deponente ab interiore pariete *Librum*, quotannis ſecedentem in ſubſtantiam *Ligneam* (ex Annulis annotinis interſtinctis Alburno, demum ab emarcidis inferioribus ramis ſuboſſifacto) ſuſtentaturam Caudicem adſcendentem, intra cuius apices *Medulla* viua properat.

MEDVLLAM concipio faſciculum e fibris Nerueis iſocelem formantibus. in qua vis vitalis pellens rumpit extimos neruos, hinc diuergentes, penetrantes corticem etiamnum ſubgelatinoſum, vbi hi nerui medullares apice ſimiliter multiplicantur in Gemmam. A diſſecto, per hunc neruum, vaſe adſcendente, impeditoque ſubtus adſcenſu humoris propulſi, extenditur corticale in *Folium*.

FOLIVM hoc, quod exercetur volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis Paraſiticorum, antea praeparatorum) humores, pagina ſuperiore a luce electricum inſpirat, pagina inferiore roridum perſpirat, a caſu nunquam renaſcituram.

DECLARATVR vero Larua herbae, vbi Medullae maior propulſio, quam includentis Corporei retentio, quo aperitur ſubſtantia *Corticis* in Calycem, *Libri* in Corollam, *Ligni* in Stamina, *Medullae* in Piſtilla, terminante vegetationem noua vita, collectis filis in vltima Medullae Semina.

24. PROLEPSIS ſiſtit Metamorphoſeos Plantarum myſterium, quo Herbae *Larua* mutetur in *Declaratam* Fructificationem; Plantae enim eſt producere vel *Herbam* folioſam, vel etiam *Fructificationem*.

FOLIVM genuinum ſemper in ſinu fouet Rami multiplicantis principium, ſiue actu, ſiue potentia tale; cumque Folium ſit natum ob huius cauſſam, nec viciſſim, nequit exiſtere Folium, niſi hoc principium perforauerit antea corticem, e quo ortum eſt, licet effectus ante ſuam cauſſam manifeſtus.

GEMMA genuina eſt *Rami* futuri compendium, in quem demum explicabitur. Gemma ſemper conſtat *Squamis*, totidem Foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo nondum elongato) approximatis. *Cumque* Folia ſine Gemma exiſtere nequeant, neceſſe eſt, vt Gemmae lateant in ſinu cuiusuis ſquamae gemmaceae, confirmante autopſia, adeoque nequit omnis Gemma aliud eſſe, quam corpus a foliis et gemmulis compoſitum. Sequitur itaque, vt omnis Gemma conſtet Foliis cum ſuis Gemmulis et hae *Gemmulae* ſimiliter ex minoribus ſquamis et gemmulis, et ſic porro vsque in quintam progeniem (vt in Voluoce), nec vltra, confirmante metamorphoſi. Ergo Ramus folioſus praeſentis anni, foetus ſit ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, ſuccedentibus ſemper nouis ad extremos apices, in defoliatorum, ad baſin, locum, vt numerus quinarius perennet. Hoc fit in *Arboribus*, vbi medulla moratur a duriori ſubſtantia lignea: in *Plantis* annuis autem, vbi minor reſiſtentia corporei laxioris verſus medullam, valet haec breuius, absque mora gemmacea, exire in Flores; quodcunque enim valet propulſionem Medullae augere et incluſiuam vim Corporei debilitare, id promouebit floreſcentiam.

FLOREM

FLOREM dum producat Arbor, Natura anticipabit quinque annorum progenies, ſimul tum prodituras, formando e foliis gemmaceis futuri anni *Bracteas*, ſequentis *Calycem*, inſequentis *Corollam*, conſequentis *Stamina*, ſubſequentis *Piſtillum*, refertum Medulla granulata *Seminum*, termino vitae vegetantis.

25. FLORESCENTIA ſiſtit Plantarum *Sponſalia* in Flore, *a*) et *Nuptias* in Antheſi.

FLOS, exuta Herbae Larua, prodit Planta declarata, interna, nuda et perfecta inſtar *Inſecti* alligati volitantis: *Coleoptrati* Calyce, *Alati* Corolla, conſtantis ſolis *Viſceribus* Genitalibus; *Maſculis* ſtaminibus ex Antheris *Teſticularibus*, repletis Polline *Genitali*, continente *Fouillam* viuificantem, et *Femineis* Piſtillis ex Germinis *Ouario*, terminato Stigmate *vuluifero*, tecto *Pube* tubuloſa, reſudante *Lympham genitalem*.

ANTHESIS peragitur, dum Antherae ruptae ſpargunt ſuum *Pollen* veſiculare ſupra *Stigma*, quo efflat hoc incluſam *Fouillam* maſculam, abſorbendam a *Lympha genitali* feminea reſudante, vt corporeum maſculum addito Femineo medullari conficiat *Ouum*, in iuſtam maturitatem fouendum intra Ouarium.

26. PRINCIPIVM Fructificationis, Fundamentum Botanices, eſt altius repetendum.

PROBLEMA: Supponas D. O. O. in primordio e ſimplici progreſſum ad compoſita; e paucis ad plura; adeoque a primo Vegetabili principio, tot tantum creaſſe plantas diuerſas, quot *ordines Naturales*. Has ordinum plantas, IPSVM dein ita inter ſe generando miſcuiſſe, vt totidem exorirentur plantae, quot hodie diſtincta exiſtunt *Genera*. Naturam dein Genericas has plantas, per generationes ambigenas (quae ſtructuram floris non mutant) inter ſe miſcuiſſe et multiplicaſſe in *Species* exiſtentes, quotquot poſſibiles, excluſis tamen e numero ſpecierum, ab eiusmodi generatione productis Plantis *Hybridis*, vtpote ſterilibus.

GENVS itaque omne eſt naturale, confirmante natura, ſaltum non faciente.

CHARACTER ergo non conſtituat vmquam genus, ſed ſedulo ſecundum Genus naturae conficiendus eſt.

---

a) Sponſalia plantarum. *Amoen. acad. I. n.* 12.

PLANTAE congeneres ſunt quoad genus dignoſcendae e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat Fructificationem; ſed diſtinguendae in ſpecie ſecundum Herbam a ſociis ſororibus, diuerſo patre productis.

DIAGNOSIS ſic plantae conſiſtit in affinitate *Generis* et in diſcrimine *Speciei*.

NOMEN plantae itaque, vt vtramque diagnoſin indigitet, duplex erit: *Genericum* Cognomen gentilitium.
Specificum Praenomen triuiale.
ſub hoc vero *Synonyma* vaga auctorum.

BOTANICVS, ſequendo *Claſſificationes*, per *Characteres* plantae declaratae ducitur ad *Genus* nominatum; per *Differentias* Laruae ad *Speciei* appellationem; inde ad huius *Synonyma;* ex his ad *Auctores*, exinde ad *omnia*, quae de obiecto quaeſtionis, ſeculi beneficio, ad nos peruenere. Sic dicat ipſa planta ſuum Nomen, ſuamque Hiſtoriam in tanta multitudine ſpecierum, imo indiuiduorum; hoc finis Botanices primus, ſeculi noſtri inventum, in quod perficiendo deſudabunt omnes Botanici veri.

27. BOTANICVS *verus* deſudabit in augendo amabilem Scientiam:

DESCRIPTIONES Fundamentales conficiat verbis characteriſticis, Plantarum imprimis obſcuriorum, rariorum nouarumque, ad normam Delineationis plantae, quales *Filius*, et cl. *Schreberus in Decuriis.*

FIGVRAS, ſi poterit, addat, quae repraeſentent Plantam perfectam, quales dedere *Vaillant*, *Dillenius*, *Ehret*, *Iacquin*, *Trew*, *Schmiedel*, etc.

DIFFERENTIAS ſpecificas eruat compendioſas propriiſſimasque.

SYNONYMA auctorum conquirat, inprimis ſelectiora; vti *Hallerus.*

GENVS naturale ſemper Speciei praefigat, et vbi nouum, *Charactere* naturali definiat ex omnium partium fructificationis ſitu, figura, numero, proportione.

SPECIES vagas nouasque ad certa genera referat, vti *Tournefort*, *Plumier*, *Browne*, *Iacquin.*

ORDINEM naturalem, vbi patet, indigitet.

STATIONES cuiusuis plantae notet, ideoque plures *Floras*, vbi licet, producat, inprimis *Auſtrales* et *Exoticas.*

PROPRIE-

PROPRIETATES obſeruet, quales *Duratio*, *Seminatio*, *Gemmatio*, *Vernatio*, *Aeſtiuatio*, *Nuptiae*, *Frondeſcentia*, *Calendarium*, *Horologium*, *Somnus*, *Qualitates*.
VSVS addat, quales vſus *Naturae* (Panis Pandoraeque) *Medicus*, *Oeconomicus* etc. et quaecunque in his cedant imprimis in gloriam Auctoris et in commodum generis Humani, vt poſteri demum obambulent in ſerena luce.

BOTANOPHILI Fallaces, Ephebi, Hirquitallientes:
Leges Artis proclamant, antequam Naturales didicerint.
Abſonos extollunt, Praeſtantiores rodunt zelo ſtomachoſo.
Compilant furtim aliena, propria vix detegunt.
Grano eruditionis reperto ſtentorii ebuccinant.
Methodum naturalem ſibi notam crepant.
Genera arbitraria eſſe aſſeuerant.

Dediſti mihi DOMINE *artem*,
meam mercedem,
et in illa laudabo nomen Tuum.

DAVID.

DELINEATIO PLANTAE.

I. THEORIA.

GENVS. Nomen *ſelectiſſimum.*
Character naturalis, eſſentialis, artificialis.
Claſſis Ordoque *Syſtematis praeſtantiſſimi.*
Ordo naturalis *demonſtrandus.*

SPECIES. Nomen triuiale.
Differentia ſpecifica *demonſtranda: certiſſima, breviſſima.*
Synonyma *ex* Deſcriptione *ſ.* Figura *ſelecta;* vernacula.

CRITICA. Etymologia nominis *generici, ſpecifici.*
Inuentor *cum* tempore.
Eruditio Hiſtorica, Critica, Antiqua.

II. DESCRIPTIO.

RADIX *duratione* annua, biennis, perennis.
figura a. ſibroſa, ramoſa, fuſiformis, praemorſa.
b. repens, articulata, dentata.
c. globoſa, tuberoſa, faſcicularis, palmata.
d. bulboſa: (granulata), tunicata, ſolida, ſquamoſa.

TRVNCVS *ſpecie* Caulis, Culmus, Scapus, Stipes.
duratione herbaceus, ſuffruticoſus, fruticoſus, arboreus.
ſolidus, inanis, fiſtuloſus.
menſura a. (proportio *ad folia reliquasque partes.)*
b. craſſities *ex ſimili notiſſimo.*
directione a. erectus, ſtrictus, rigidus, ſcandens, volubilis, repens,
laxus, obliquus, adſcendens,
declinatus, incuruatus, nutans,
diffuſus, procumbens, ſtoloniferus,
b. ſarmentoſus, radicans, repens.
c. geniculatus, flexuoſus, ſcandens.
volubilis: *ſiniſtrorſum, dextrorſum.*

figura

figura a. teres, ſemiteres, compreſſus, fiſtuloſus.
anceps, 3 - 10angulatus,
acutangulus, obtuſangulus.
b. 3 - 6gonus, 3 - 5queter.
veſtitu nudus, aphyllus, foliatus,
vaginatus, ſquamoſus, imbricatus,
Superficie a. ſuberoſus, rimoſus, tunicatus,
b. laeuis, ſtriatus, ſulcatus, canaliculatus,
c. glaber, ſcaber, muricatus,
tomentoſus, villoſus, hiſpidus,
aculeatus, ſpinoſus, vrens.
d. ſtipulatus, membranatus, bulbiferus.
compoſitione a. enodis, ſimpliciſſimus, ſimplex, integer.
b. articulatus, prolifer, dichotomus,
brachiatus.
c. ſubramoſus, ramoſus, ramoſiſſimus.
d. virgatus, paniculatus, faſtigiatus.
e. patens, diuaricatus.
RAMIS a. ſtructura Caulis, Frondis.
b. alternis. diſtichis, ſparſis,
confertis, oppoſitis, verticillatis.
c. erectis, coarctatis, diuergentibus,
diuaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis,
fulcratis.
d. altitudine caulis; longis, breuibus, patentibus.

FOLIA

determinatione *loco* radicalia, caulina, ramea,
axillaria, floralia,
numero vnicum, duo, tria, pauca, plurima.
ſitu a. alterna, diſticha, bifaria,
ſparſa, conferta, imbricata,
faſciculata, bina, terna, quaterna,
quina,
confluentia, approximata, remota.
b. oppoſita, decuſſata, ſtellata.
directione a. erecta, ſtricta, rigida, adpreſſa,
patentia; patentiſſima, aſſurgentia,
flexa, reclinata, recuruata, reuoluta,
dependentia.
b. obliqua, aduerſa, verticalia, reſupinata.
c. ſubmerſa, natantia, radicantia.

inſer-

inſertione a. petiolata, peltata.
b. ſeſſilia, adnata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.

ſtructura *figura* a. ſubrotunda: orbiculata, ouata, oualia.
b. oblonga, parabolica, cuneiformia, ſpatulata.
c. rotundata, lanceolata, elliptica, linearia, aceroſa.

angulis integra, 3-5angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia.

ſinubus a. cordata, reniformia, lunata.
ſagittata, haſtata, panduriformia, runcinata,
b. fiſſa, 2-5loba, 2-5fida, 3-5partita, palmata, lyrata, pinnatifida, ſinuata, laciniata, ſquarroſa.

margine a. integerrima, crenata, ſerrata, ciliata, dentata, ſpinoſa, cartilaginea.
b. repanda, lacera, eroſa, daedalea.

apice a. obtuſa, emarginata, praemorſa, truncata.
b. acuta, acuminata, cuſpidata, mucronata; cirrhoſa.

ſuperficie a. pagina: ſuperiore, inferiore, nuda, glabra; nirida, lucida, colorata.
b. neruoſa: trineruia, trineruata, triplineruia; eneruia, lineata, ſtriata, ſulcata.
c. venoſa, rugoſa, bullata, lacunoſa, auenia.
d. punctata, papilloſa, papuloſa, viſcida.
e. villoſa, tomentoſa, ſericea, lanata, barbata, piloſa, ſcabra, hiſpida, aculeata, ſtrigoſa.

expanſione plana, canaliculata, concaua, conuexa, cucullata, plicata, criſpa.

ſubſtantia a. *membranacea*, ſcarioſa, gibba, teretia, depreſſa, compreſſa, carinata.
b. compacta, tubuloſa, pulpoſa, carnoſa;
c. triquetra, ancipitia, lingulata, enſiformia. ſubulata, acinaciformia, dolabriformia.

menſura breuiſſima, longiſſima *reſpectu caulis articulorumue.*

duratione decidua, caduca, perſiſtentia, perennia, ſemperuirentia. com-

---

Ob loco *obuerſe*, e. gr. obcordata, obouata, etc.
Sub loco *fere*, e. gr. ſubcordata, ſubouata, etc.
Coadunantur ſaepe figurae eiusdem diuiſionis, non vero diuerſae:
bene lanceolata-ouata, ouato-lanceolata etc.
male lanceolato-acuta, ouato-mucronata.

compoſitione *Compoſita* Articulata, Coniugata.
Digitata: binata, ternata, quinata.
Pedata.
Pinata: biiuga, triiuga, quadriiuga etc.
cum impari, abrupta, cirrhoſa.
Foliolis oppoſitis, alternis, interruptis, decurſiuis.
Decompoſita bigemina, biternata, bipinnata,
Supradecompoſita tergemina, triternata, tripinnata.

FVLCRA: Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.

PETIOLVS *figura* linearis, alatus, clauatus.
membranaceus, teres, ſemiteres, triqueter, canaliculatus.
magnit. breuiſſimus, breuis, mediocris, longus, longiſſimus.
inſertione inſertus, adnatus, decurrens, amplexicaulis, vaginans, appendiculatus.
directione erectus, patens, aſſurgens, recuruatus.
ſuperficie glaber, aculeatus, nudus, articulatus, ſpineſcens.

STIPVLAE a. geminae, ſolitariae, nullae.
b. laterales, extrafoliaceae, intra foliac., oppoſitifoliae.
c. caducae, deciduae, perſiſtentes, ſpineſcentes.
d. ſeſſiles, adnatae, decurrentes, vaginantes.
e. ſubulatae, lanceolatae, lunatae.
f. erectae, patentes, reflexae.
g. integerrimae, ſerratae, ciliatae, dentatae, fiſſae.
h. breuiſſimae, mediocres, longae.

CIRRHVS a. axillaris, foliaris, petiolaris, peduncularis.
b. ſimplex, trifidus, multifidus.
c. conuolutus, reuolutus.

PVBES a. pili, lana, barba, tomentum, ſtrigae.
b. ſetae: ſimplices, hamoſae, ramoſae, plumoſae, ſtellatae.
c. hami, glochides.
d. Glandulae, Vtriculi.
foliaceae, petiolares, pedunculares, ſtipulares.
e. viſcoſitas, glutinoſitas.

ARMA

Terminorum Definitiones *dedi in Amoen. Acad.* 6. *p.* 217 Figuras *autem in Horto Cliffortiano, Philoſophia Botanica; Lee Introduction, Milleri Dictionario, Sauvageſii methodo; item Barnades princip., Oederus etc.*

ARMA a. *Aculei*: recti, incurui, recurui.
b. *Furcae* bifidae, trifidae.
c. *Spinae* terminales, axillares, calycinae, foliares, ſimplices, diuiſae.
d. *Stimuli* pungentes, vrentes.

BRACTEAE a. coloratae, caducae, deciduae, perſiſtentes.
b. vna, duae, plures.
c. *Coma*.
d. Foliorum *caetera addenda*.

PEDVNCVLVS partialis (a-e), communis; Pedicellus.
a. *loco* radicalis, caulinus, rameus,
petiolaris, cirrhiferus,
terminalis, axillaris,
oppoſitifolius, lateriflorus, interfoliaceus, ſuprafoliaceus, extrafoliaceus.
b. *ſitu* alternus, ſparſus, oppoſitus, verticillatus.
c. *numero* ſolitarius, geminatus, vmbellula; *ſeſſilis*.
d. *directione* adpreſſus, erectus, patens, cernuus, reſupinatus, declinatus, nutans, flaccidus, adſcendens.
pendulus, ſtrictus, flexuoſus, retrofractus.
e. *menſura* breuis, breuiſſimus, longus, longiſſimus.
f. *multiflorus*, vniflorus, biflorus, triflorus, etc. multiflorus.
g. *fructura* teres, triqueter, tetragonus,
filiformis, attenuatus, clauatus, incraſſatus,
nudus, ſquamoſus, foliatus, bracteatus,
geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA, graduali modificatione ſcandit: Spadix, Cyma, Vmbella, Vmbellula, Aggregata, compoſita, Spica, Amentum, Strobilus, Corymbus, Racemus, Panicula, Thyrſus, Faſciculus, Capitulum, Verticillus, Lateriflor. etc.

Flores terminales, laterales, ſparſi, conferti, aggregati.
ſeſſiles, pedunculati,
vnicus, ſolitarius, terni etc. copioſi,
erecti, cernui, nutantes, reſupinati, ſecundi, verticales, horizontales.
ſuperaxillares, oppoſitifolii, lateriflori, interfoliacei.

a.

a. VERTICILLVS a. ſeſſilis, pedunculatus.
b. nudus, inuolucratus, bracteatus.
c. confertus, diſtans,

b. CAPITVLVM a. ſubrotundum, globoſum, dimidiatum.
b. folioſum, nudum.

c. SPICA a. ſimplex, diſticha, compoſita ſpiculis, glomerata.
b. ouata, ventricoſa, cylindrica, interrupta.
c. imbricata, articulata, ramoſa, ſecunda. linearis, ciliata, foliacea, comoſa.

d. CORYMBVS ſimplex, compoſitus.

e. THYRSVS nudus, foliatus.

f. FASCICVLVS

g. RACEMVS a. ſimplex, compoſitus.
b. vnilateralis, ſecundus, pedatus, coniugatus.
c. erectus, laxus, dependens.
d. nudus, foliatus.

h. PANICVLA Trunci ſtructura.

FRVCTIFICATIO ex *numero, figura, proportione, ſitu* partium,
Simplex. Compoſita ex Floſculis.

CALYX *Perianthium* fructificationis, floris, fructus. perſiſtens, deciduum, caducum.

Proprium a. monophyllum, polyphyllum.
b. 2-5fidum, 2-5partitum, integrum.
c. tubuloſum, patens, reflexum, inflatum.
d. abbreuiatum, longum, mediocre.
e. obtuſum, acutum, ſpinoſum, aculeatum.
f. aequale, inaequale, labiatum.

Commune imbricatum, ſquarroſum, calyculatum, ſcarioſum.

Inuolucrum a. vniuerſale, partiale, proprium.
b. mono-polyphyllum.

Gluma a. vniflora, 2-multiflora.
b. vniualuis, biualuis, multiualuis.
c. colorata, glabra, hiſpida.

Ariſta a. mutica, terminalis, dorſalis.
b. recta, tortilis, geniculata, recuruata.

Amentum ſquamoſum, nudum,

Spatha vniualuis, biualuis, dimidiata, imbricata, 1-6flora.

Ca-

Calyptra recta, obliqua.
Volua. approximata, remotiſſima; Pileus, Stipes.
COROLLA *Petali* a. Tubus ſ. Vngues; Limbus ſ. Laminae.
b. monopetala, 2 - 6 - polypetala, 5 fida, 5partita.
c. regularis, irregularis, inaequalis, difformis.
d. globoſa, campanulata, infundibuliformis, hypocrateriformis, rotata, globoſa, liliacea, ringens, perſonata: labio ſuperiore et inferiore; Rictu; Palato, Fauce, Collo.
cruciata, concaua, patens.
papilionacea: Vexillo, Alis, Carina.
e. Compoſita: ligulata, tubuloſa, radiata.
Diſcus, Radius.
f. Color.
Nectarium proprium, petalinum, calycinum.
STAMINA *Filamenta* numero, figura, inſertione, proportione, aequalia, inaequalia; connata, alterna,
Antherae diſtinctae, connatae, laterales, incumbentes, erectae.
didymae, globoſae, ſubulatae, ſagittatae, bicornes, ariſtatae, ſpirales.
loculi, apertura.
Pollen figura.
PISTILLVM *Germen* ſuperum, inferum; pedicellatum.
Stylus numero, proportione, diuiſione, figura capillaris, filiformis, cylindricus, ſubulatus, clauatus.
erectus, declinatus, adſcendens.
Stigma numero, figura: diuiſum, perforatum, capitatum.
PERICARPIVM *Capſula:* figura, valuulae, loculamenta, diſſepimenta, columella,
dehiſcentia: 5dentata, 5valuis, articulata, circumſciſſa, elaſtica.
bicapſularis etc. bilocularis etc.
didyma, tricocca etc. inflata.
Siliqua figura: compreſſa, toruloſa, articulata.
Diſſepimentum parallelum, transuerſum.
Legumen figura, articulata, 1 - 2locularis, iſthmis.
Folliculus vniualuis, figura.
Drupa ſucculenta, ſicca.
Pomum figura, loculamenta.

Bacca

Bacca monoſperma etc. nidulantia ſemina.
Strobilus figura totius, ſquamarum.

SEMEN numero, figura, loculis, ſuperficie, conſiſtentia.
Hilum, *Corculum*.
Corona; *Pappus* ſtipitatus, ſ. ſeſſilis: capillaris, plumoſus.
Cauda, hamus, calyculus, ala, ariſta.
Nux vnilocularis, bilocularis etc.
Arillus cartilagineus, ſucculentus.

RECEPTACVLVM fructificationis, floris, fructus.
Commune a. nudum, punctatum, piloſum, paleaceum, alueolatum.
b. planum, conuexum, ſubulatum, ouatum, globoſum.
Compoſitus flos ex *Floſculis*.
Aggregatus flos.
Vmbella. a. ſimplex, compoſita ex *vniuerſali partialique*, prolifera.
b. concaua, faſtigiata, conuexa.
c. erecta, nutans.
Cyma nuda, bracteata.
Spadix a. vniflorus, multiflorus.
b. ſimplex, ramoſus.
c. Rachis ſpicae.

III. HABITVS.

GEMMATIO Bulbus, ſolidus, tunicatus, ſquamatus, caulinus.
Gemma *origine* petiolaris, ſtipularis, corticalis.
contento foliaris, floralis, communis.

VERNATIO conduplicata, conuoluta, inuoluta, reuoluta, imbricata, equitans, obuoluta, plicata, circinalis.

AESTIVATIO conuoluta, imbricata, conduplicata, valuata, inaequiualuis.

TORSIO a. conformis, difformis.
b. dextra, ſiniſtra, reciproca.
c. reſupinata, circinalis.

VARIATIO coloris, magnitudinis, pubeſcentiae, aetatis.
Externa: plicata, faſciata.
latifolia, tenuifolia, criſpa.
canadenſis. 2. Q. flor. ſolitariis, caule dichotomo. (*Haec ab antecedente ſpecie tam habitu, quam calyce, cuius foliola apice intus fornicata, extus mucronata ſunt, et capſula, quae vtricularis, differt. Stylus 3-fidus Gaertn. de fr. et ſem. pl. 2. p. 217. t. 128.*)

109. LECHEA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, linearia. *Capſ.* 3-locularis, 3-valuis: valvulis totidem interioribus. *Sem.* 1.

minor. 1. L. foliis lineari-lanceolatis, floribus paniculatis. (*Capſulam hac in ſpecie modo* 1-locularem *obſeruauit oculatiſſim. Gaertner, et loco 3 valuularum ſolum receptaculi ſquamulae lineares breviſſimae et valde anguſtae ſunt. vid. Gaertn. loc. cit. p. 223. t. 129.*)

maior. 2. L. fol. ouato-lanceolatis, flor. lateralibus vagis. Menandra foliis alternis. *Gron. virg. 2. p. 20. Stamina 4: horum 2 ſuperiora approximata. Clayt.*

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Fl. monopetali, monoſpermi, inferi.

111. PROTEA. *Cor.* 4-petala. *Antherae* infra apices corollae inſertae! *Sem.* nuda.

112. GLOBVLARIA. *Cor.* 1-petalae, irregulares, *Sem.* nuda.

Fl. monopetali, monoſpermi, ſuperi. Aggregatae.

113. CEPHALANTHVS. *Cal.* communis o. *Recept.* globoſum, villoſum. *Sem.* lanuginoſa.

114. DIPSACVS. *Cal.* communis foliaceus. *Recept.* conicum, paleaceum. *Sem.* columnaria.

115. SCABIOSA. *Cal.* communis. *Recept.* eleuatum, ſubpaleaceum. *Sem.* coronata, inuoluta.

116. KNAVTIA. *Cal.* communis oblongus. *Recept.* planum, nudum. *Sem.* apice villoſa.

117. ALLIONIA. *Cal.* communis 3-phyllus, 3-florus; *proprius* ſuperus o. *Sem.* nuda.

* *Valeriana ſibirica.*

Fl. monopetali, monocarpi, inferi.

136. AQVARTIA. *Cor.* rotata. *Cal.* ſubquadrifidus. *Bacca* polyſperma.

135. CALLICARPA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-fidus. *Bacca* 4-ſperma.

1290. AEGIPHILA. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 4-ſperma. *Stylus* ſemibifidus.

143. SCOPARIA. *Cor.* rotata. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* 1-locularis, 2-valuis.

145. CENTVNCVLVS. *Cor.* rotata. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* 1-locularis, circumſciſſa.

142. PLANTAGO. *Cor.* refracta. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa.

137. POLYPREMVM. *Cor.* rotata. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 2-locularis, emarginata.

140. BVDDLEIA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 2-locularis, biſulca.

141. EXACVM. *Cor.* ſubcampanulata. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 2-locularis, compreſſa.

138. PENAEA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 2-phyllus. *Capſ.* 4-locularis, 4-valuis.

139. BLAERIA. *Cor.* ſubcampanulata. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* 4-locularis, angulis dehiſcens.

* *Swertia corniculata, dichotoma.*
* *Gentianae quadrifidae.*

Fl. monopetali, monocarpi, ſuperi.

132. PAVETTA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 1-ſperma.

131. IXORA *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-partitus. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* 2.

133. PETESIA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 2-locularis, polyſperma.

130. CATESBAEA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.

134. MITCHELLA. *Cor.* 2-tubuloſae. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 4-ſperma, biflora, bifida.

1361. HYDROPHYLAX. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4-partitus. *Fructus* (Capſ. M.) anceps monoſpermus.

118. HEDYOTIS. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* didyma, polyſperma, apice dehiſcens.

154. OLDENLANDIA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* didyma, polyſperma, dehiſcens inter dentes.

1338. MANNETTIA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 8-phyllus. *Capſ.* 2-locularis.

146. SANGVISORBA. *Cor.* plana. *Cal.* 2-phyllus. *Capſ.* 4-gona, inter calycem et corollam.

* *Coffea occidentalis.*
* *Peplis tetrandra.*

Fl. monopetali, dicocci, inferi.

124. HOUSTONIA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-dentatus. *Capſ.* 2-locularis, 2-valuis.

1242. SCABRITA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* tubuloſus, truncatus. *Sem.* compreſſa, emarginata.

Fl. monopetali, dicocci, ſuperi. Stellatae.

127. RVBIA. *Cor.* campanulata. *Fructus* baccati.

125. GALIVM. *Cor.* plana. *Fructus* ſubgloboſi.

121. ASPERVLA. *Cor.* tubuloſa. *Fructus* ſubgloboſi.

120. SCHERARDIA. *Cor.* tubuloſa. *Fruct.* coronatus. *Sem.* 3-dentata.

119. SPERMACOCE. *Cor.* tubuloſa. *Fructus* coronatus. *Sem.* 2-dentata.

123. KNOXIA. *Cor.* tubuloſa. *Fr.* bipartibilis, ſulcatus.

122. DIODIA. *Cor.* tubuloſa. *Fr.* tetragonus, coronatus, 2-valuis.

126. CRVCIANELLA. *Cor.* tubuloſa, ariſtata. *Fr.* nudus. *Sem.* linearia.

Fl. monopetali, tetracocci, inferi.

129. SIPHONANTHVS. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 5-partitus. *Baccae* 4, 1-ſpermae.

Fl. tetrapetali, inferi.

148. EPIMEDIVM. *Petala* Nectar. 4, incumb. *Cal.* 4-phyllus. *Siliqua* 1-locularis.

. . . SKIMMIA. *Pet.* concaua. *Cal.* 4-part. *Bacca* 4-ſperma.

144. RHACOMA. *Pet.* ſimbriata. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 1-ſperma.

. . . OTHERA. *Pet.* ouata plana. *Cal.* 4-partitus. *Stigma* ſeſſile. *Capſula?*

. . . ORIXA. *Pet.* lanceolata plana. *Cal.* 4-partitus. *Stigm.* capitatum. *Capſula?*

152. PTELEA. *Pet.* coriacea. *Cal.* 4-partitus. *Drupa* exſucca, compreſſa.

1291. SAMARA. *Pet.* baſi lacuna. *Cal.* 4-partitus. *Drupa* ſubrotunda. *Stigma* infundibuliforme.

150. FAGARA. *Pet.* ſtaminibus breuiora. *Cal.* 4fidus. *Capſ.* 2-valuis, 1-ſperma.

255. AMMANNIA. *Pet.* rariſſime praeſentia. *Cal.* tubuloſus, 8-dent. *Capſ.* 4-locularis.

1362. BANKSIA. *Amentum* ſquamatum. *Cor.* 4-petala. *Antherae* in cauitate laminarum, ſeſſiles. *Capſ.* biualuis. *Sem.* bipartibile.

1363. HARTOGIA. *Pet.* patentia. *Cal.* 5-fidus. *Drupa* ouata, diſperma.

* *Cardamine hirſuta.*
* *Euonymus europaeus.*

Fl. tetrapetali, ſuperi.

157. TRAPA. *Cal.* 4-partitus. *Nux* armata ſpinis conicis, oppoſitis.

147. CISSVS. *Cal.* cingens germen. *Bacca* 1-ſperma.

149. CORNVS. *Cal.* 4-dentatus, deciduus. *Drupa* nucleo 2-loculari.
153. LVDWIGIA. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* 4-locularis, tetragona.
480. SANTALVM. *Cor.* 4-petala Calyci innata. *Bacca* 1-ſperma.

* *Fl. incompleti, inferi.*

1244. STRVTHIOLA. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 1-ſperma, ſicca. *Nectar.* 8 glandulis.
161. CRAMERIA. *Cor.* 4-petala. *Bacca* ſicca, 1-ſperma, echinata.
162. RIVINA. *Cor.* 4-petala. *Bacca* 1-ſperma. *Sem.* ſcabrum.
1364. EMPOTHRIVM. *Cor.* 4-petala. *Antherae* ſeſſiles, apicibus petalorum inſidentes. *Folliculus* teres.
. . . NIGRINA. *Cor.* 4-petala. *Capſula?*
163. SALVADORA. *Cor.* 4-fidus. *Bacca* 1-ſperma. *Sem.* arillatum.
164. CAMPHOROSMA. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 1-ſperma.
165. ALCHEMILLA. *Cal.* 8-fidus. *Sem.* 1, calyce incluſum.
158. DORSTENIA. *Cal. Receptac.* planum, carnoſum, commune.
1243. COMETES. *Vmbella* 4-phylla, 3-flora. *Capſ.* 3-cocca.

* *Corchorus Coreta.*
* *Ammania.*
* *Conuallaria bifolia.*

Fl. incompleti, ſuperi.

1292. SIRIVM. *Cal.* campanulatus. *Bacca* 3-locularis. *Nectar.* 4-phyllum.
1293. ACAENA. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* echinata, 1-ſperma.
156. ISNARDIA. *Cal.* campanulatus, perſiſtens. *Capſ.* 4-locularis.
159. ELAEAGNVS. *Cal.* campanulatus, deciduus. *Drupa.*
. . . GONOCARPVS. *Cal.* 0. *Cor.* 4-fida. *Drupa* 8-gona, 1-ſperma.

* *Theſium alpinum.*

DIGYNIA.

168. BVFONIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 1-locularis, 2-valuis, 2-ſperma.
171. HYPECOVM. *Cor.* 4-petala, inaequalis. *Cal.* 2-phyllus. *Siliqua.*
169. HAMAMELIS. *Cor.* 4-petala, longiſſima. *Cal.* duplex. *Nux* bilocularis, bicornis.

170. CVSCVTA. *Cor.* 4-fida, ouata. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa.
1365. GOMOZIA. *Cor.* 4-fida, campanulata. *Cal.* o. *Bacca* bilocularis.
. . . GALOPINA. *Cor.* 4-fida. *Cal.* o. *Semina* 2, nuda.
166. APHANES. *Cor.* o. *Cal.* 8-fidus. *Sem.* 2.
167. CRVZITA. *Cor.* o. *Cal.* 4-phyllus: exterior 3-phyllus. *Sem.* 1.

* *Herniaria fruticoſa.*
* *Gentiana.*
* *Swertia.*

TETRAGYNIA.

172. ILEX. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 4-ſperma.
173. COLDENIA. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Sem* 2, bilocularia.
176. SAGINA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 4-locularis, polyſperma.
177. TILLAEA. *Cor.* 3-ſ. 4-petala. *Cal.* 3-ſ. 4-phyllus. *Capſ.* 3. ſ. 4, polyſpermae.
178. MYGINDA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus. *Drupa* 1-ſperma.
174. POTAMOGETON. *Cor.* o. *Cal.* 4-phyllus. *Sem.* 4. ſeſſilia.
175. RVPPIA. *Cor.* o. *Cal.* o. *Sem.* 4. pedicellata.

MONOGYNIA.

110. 111. PROTEA. *Cor.* 4-petala — petalis ſubinde vel baſi vel apice cohaerentibus *Thunb.* M. *Antherae* lineares v. oblongae, inſertae petalis infra apicem. *Cal.* proprius o. *Sem.* 1. ſuperum, (nudum. — (Pericarpium *Nux*, aliis *Samara.*)

* Pinnatae: *foliis pinnatis, filiformibus.*

decumbens. 1. P. foliis trifidis filiformibus, caule decumbente. *Thunb. Diſſ. de Protea. n. 1. tab. 1.* M.

florida. 2. P. fol. trifidis filiformibus, caule erecto, capitulis ſolitariis bracteis obuallatis. *Thunb. loc. cit. n. 2. t. 1.* M.

cyanoides. 3. P. fol. trifido-pinnatis filiformibus, caule erecto, capitulis ſolitariis nudis. *Thunb. loc. cit. n. 3.* M. Protea *cyanoides*, floribus ſolitariis lanatis, calyce

calyce hirſuto, foliis multifidis. *Syſt. ed. 13. 118. Mant. 188. Spec. plant. 137.*

patula. 4. P. fol. trifido-pinnatis filiformibus, caule erecto, capitulis aggregatis. *Thunb. loc. cit. n. 4.* M.

ſphaerocephala. 5. P. fol. bipinnatis filiformibus, pedunculis capituli breuioribus, ſquamis calycinis ouatis baſi villoſis. *Thunb. loc. cit. n. 5. p. 16. 47.* M. Protea *ſphaerocephala,* floribus ſolitariis lanatis, calyce extus laeui, foliis multifidis. *Syſt. ed. 13. p. 118. Mant. 188.* Leucadendrum ſphaerocephalum. *Berg. cap. 26.*

Serraria. 6. P. fol. bipinnatis filiformibus hirtis, pedunculis capitulis longioribus, ſquamis calycinis ouato-lanceolatis hirtis. *Thunb. loc. cit. n. 6.* M. Protea *Serraria,* floribus congeſtis, foliis multifidis. *Syſt. ed. 13. p. 117. Mant. 188.* Leucad. Serraria. *Sp. pl. p. 137.*

triternata. 7. P. fol. bipinnatis filiformibus glabris, pedunculis capitulis longioribus, ſquamis calycinis lanceolatis hirtis. *Thunb. loc. cit. n. 7.* M.

glomerata. 8. P. fol. bipinnatis filiformibus, pedunculo communi elongato nudo, pedicellis capitulis longioribus. *Thunb. loc. cit. n. 8. p. 18. 46.* M. Protea *glomerata,* floribus corymboſis, foliis multifidis. *Syſt. ed. 13. p. 117. Mant. 187.*

phylicoides. 9. P. fol. bipinnatis filiformibus, capitulis terminalibus ſolitariis lanatis. *Thunb. loc. cit. n. 9.* M. Leucadendron phylicoides. *Berg. act. ſtockh. 1766. p. 327. Pl. cap. p. 29.*

lagopus. 10. P. fol. bipinnatis filiformibus, capitulis ſpicatis aggregatis. *Thunb. loc. cit. n. 10.* M.

ſpicata. 11. P. bipinnatis filiformibus, capitulis ſpicatis diſtinctis. *Thunb. loc. cit. n. 11.* M. Protea *ſpicata,* floribus ſpicatis, foliis multifidis. *Syſt. ed. 13. p. 117. Mant. 187.* Leucad. ſpicatum. *Berg. cap. 25.*

Sceptrum. 12. P. fol. inferioribus bipinnatis, ſuperioribus trifidis integrisque. *Thunb. loc. cit. n. 12.* Protea Sceptrum Guſtauianum. *Sparrm. act. ſtockh. 1777. p. 53. t. 1.* M.

** Dentatae: *foliis dentatis, calloſis.*

crinita. 13. P. fol. quinquedentatis glabris, caule erecto, capitulis ſubternis terminalibus. *Thunb. loc. cit. n. 13.*

n. 13. Leucad. oleaefolium. *Berg. act. ſtockh. 1766. p. 320. Pl. cap. p. 15. Adiungit Thunbergius hoc ſynonymon, quod* Proteae puberae *tribuit Linneus in Syſt. ed. 13. p. 118.* M.

conocarpa. 14. P. fol. quinquedentatis glabris, caule erecto, capitulo terminali. *Thunb. loc. cit. n. 14.* Leucadendron conocarpodendrum. *Spec. pl. p. 136. Berg. act. ſtockh. 1766. p. 321. Omiſſa in Syſt. ed. 13.* M.

elliptica. 15. P. fol. tridentatis ellipticis glabris, caule erecto, capitulo terminali. *Thunb. loc. cit. n. 15.*

hypophylla. 16. P. fol. tridentatis glabris ſecundis, caule decumbente, capitulo terminali. *Thunb. loc. cit. n. 16.* M. Protea *Hypophyllo-carpodendrum*, floribus ſolitariis, piſtillis clauatis, foliis tricalloſis. *Syſt. ed. 13. p. 118. Mant. 191.* Leucad. Hypophyllo-carpodendron. *Sp. plant. 136.*

cucullata. 17. P. fol. tridentatis glabris, capitulis lateralibus. *Thunb. loc. cit. n. 17.* M. Protea *cucullata*, floribus lateralibus seſſilibus, foliis apice tricalloſis. *Syſt. ed. 13. p. 118.* Leucadendros africana anguſtiori folio apicibus tridentatis. *Pluk. alm. 212, t. 304. f. 6.*

tomentoſa. 18. P. fol. tridentatis tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n. 18.* M.

heterophylla. 19. P. fol. tridentatis integrisque, caule decumbente. *Thunb. loc. cit. n. 19.* M.

*** Aceroſae; *foliis filiformibus, ſubulatis.*

pinifolia. 20. P. fol. filiformibus, floribus racemoſis ecalyculatis glabris. *Thunb. loc. cit. n. 20.* M. Protea *pinifolia;* floribus ſimplicibus racemoſo-ſpicatis glabris, foliis linearibus. *Syſt. ed. p. 117. Mant. 187.* Leucad. pinifolium. *Mant. 36.* Aulax pinifolia. *Berg. cap. 33. Calyx obſolete 4-dentatus.*

racemoſa. 21. P. fol. filiformibus, flor. racemoſis calyculatis tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n. 21.* M. Protea *racemoſa*, floribus ſimplicibus racemoſis tomentoſis, foliis linearibus. *Syſt. ed. 13. p. 117. Mant. 187.* Leucad. racemoſum. *Berg. cap. 23. act. ſtockh. 1766. p. 325. Calyx 4-phyllus.*

incurua. 22. P. fol. filiformibus incuruis glabris, capitulis racemoſo-ſpicatis tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n. 22. t. 3.* M.

caudata.

caudata. 23. P. fol. filiformibus hirtis, capitulis ſubſeſſilibus ſpicatis. *Thunb. loc. cit. n. 23. t. 2.* M.

bracteata. 24. P. fol. filiformi-canaliculatis, capitulo terminali, bracteis multifidis. *Thunb. loc. cit. n. 24. t. 1.* Leucadendron cancellatum. *Spec. pl. p. 134. Berg. act. ſtockh. 1766. p. 326. Omiſſa in Syſt. ed. 13.* M.

comoſa. 25. P. fol. inferioribus filiformibus, ſuperioribus lanceolatis, capitulo terminali. *Thunb. loc. cit. n. 25.* M.

purpurea. 26. P. fol. linearibus recuruis, capitulis terminalibus cernuis, caule decumbente. *Thunb. loc. cit. n. 26.* M. Protea *purpurea*, floribus faſtigiatis, foliis filiformibus indiuiſis. *Syſt. ed. 13. p. 119. Mant. 195.* Leucad. proteoides. *Syſt. plant. 134.*

prolifera. 27. P. fol. ſubulatis adpreſſis, caule prolifero. *Thunb. loc. cit. n. 27. t. 4.*

corymboſa. 28. P. fol. lineari-ſubulatis adpreſſis ramulis verticillatis ſubfaſtigiatis. *Thunb. loc. cit. n. 28. t. 2.* Leucadendron corymboſum. *Berg. act. ſtockh. 1766. p. 325. Pl. cap. 21.* M.

nana. 29. P. fol. lineari-ſubulatis, capitulo terminali calyce colorato. *Thunb. loc. cit. n. 29.* M. Protea *roſacea*, floribus ſolitariis, radio calycino colorato patenti, foliis ſubulatis. *Syſt. ed. 13. p. 118. Mant. 189.* Leucad. nanum. *Berg. cap. p. 22. Act. ſtockh. 1766. p. 325.* Conophoros capenſis, pini folio. *Pet. gaz. 40. t. 25. f. 7.*

lanata. 30. P. fol. triquetris adpreſſis, capitulo terminali lanato. *Thunb. loc. cit. n. 30. t. 3.* M.

**** Lineares: *foliis linearibus.*

torta. 31. P. fol. linearibus obliquis calloſis. *Thunb. loc. cit. n. 31.* M.

alba. 32. P. fol. linearibus ſericeo-tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n. 23.* M.

***** Lanceolatae, *foliis ellipticis et lanceolatis.*

aulacea. 33. P. fol. ellipticis, flor. racemoſis ecalyculatis. *Thunb. loc. cit. n. 33. t. 2.* M.

vmbellata. 34. P. fol. ellipticis, capitulis terminalibus, bracteis multifidis. *Thunb. loc. cit. n. 34.* M.

linearis. 35. P. fol. ellipticis, capitulo terminali tomentoſo. *Thunb. loc. cit. n. 35. t. 4.* M.

Scoly-

Scolymus. 36. P. fol. lanceolatis acutis capituloque terminali rotundo glabris. *Thunb. loc. cit. n. 36.* Leucadendron ſcolymocephalum. *Spec. plant. p. 135. Berg. act. ſtockh. 1766. p. 323. Non occurrit in Syſt. ed. 13.* M.

mellifera. 37. P. fol. lanceolato-ellipticis capituloque terminali oblongo glabris. *Thunb. loc. cit. n. 37.* M. Protea *repens*, floribus ſolitariis: radio calycino lanceolato ſtricto reſinoſo, foliis lanceolatis. *Mant. 189.* Leucad. repens *α. Sp. plant. 135.*

repens. 38. P. fol. lanceolato-ellipticis capituloque ouato glabris, caule decumbente breuiſſimo. *Thunb. loc. cit. n. 38.* M. Leucadendron repens *β. Sp. plant. p. 135.*

obliqua. 39. P. fol. ellipticis glabris calloſis obliquis, capitulo caulino terminali. *Thunb. loc. cit. n. 39.* M.

paruiflora. 40. P. fol. ellipticis obtuſis calloſis obliquis, capitulis terminalibus ramulorum glabris. *Thunb. loc. cit. n. 40. t. 4.* M. Protea *paruiflora*, floribus paniculatis, floſculis ſubdenis, foliis ſublanceolatis. *Syſt. ed. 13. p. 119. Mant. 195.*

pallens. 41. P. fol. ellipticis glabris acutis calloſis, capitulo terminali inuolucrato, inuolucro longo acuto pallido. *Thunb. loc. cit. n. 41.* Protea conifera. *β. γ. δ. ε. Sp. plant. p. 138.* M. Protea *pallens*, floribus ouatis inuolucratis epaleatis laeuibus, foliis linearibus. *Mant. 193.*

conifera. 42. P. fol. ellipticis glabris acutis calloſis, capitulo terminali inuolucrato, inuolucro longo acuto concolore. *Thunb. loc. cit. n. 42.* Protea *conifera*, foliis lineari-lanceolatis integerrimis acutis glabris obliquatis. *Sp. plant. p. 138 α.* Protea ſaligna. *Mant. 194.* M.

Leuiſanus. 43. P. fol. ellipticis glabris obtuſis, capitulo terminali inuolucrato, inuolucro breui obtuſo. *Thunb. loc. cit. n. 43.* M. Protea *Leuiſanus*, floribus hemiſphaericis ſubinuolucratis epaleatis villoſis, foliis ſpatulatis. *Syſt. ed. 13. p. 119. Mant. 194.* Brunia Leuiſanus. *Sp. pl. 139.* Leuiſanus capenſis ſerpylli folio. *Pet. gaz. 9. t. 5. f. 7.*

ſtrobilina. 44. P. fol. elliptico-oblongis retuſo-calloſis capituloque terminali glabris. *Thunb. loc. cit. n. 34.* M. Protea *ſtrobilina*, floribus imbricato-ouatis inuolucratis paleaceis glabris, foliis ſpatulatis laeuibus.

laeuibus. *Syſt. ed. 13. p. 118. Mant. 192.* (*Strobilus terminalis folioſus Schrad. et Wendl. Sertum hannov. 1. t. 1.*)

imbricata. 45. P. fol. lanceolatis glabris ſtriatis imbricatis, capitulo terminali. *Thunb. loc. cit. n. 45. t. 5.* M.

ſericea. 46. P. fol. lanceolatis ſericeis, ramis filiformibus, caule decumbente. *Thunb. loc. cit. n. 46.* M.

ſaligna. 47. P. fol. lanceolatis ſericeis, caule fruticoſo, capitulis oblongis inuolucratis. *Thunb. loc. cit. n. 47.* Thymelaea capenſis, ſericeis longioribus et acutis foliis, caule geniculato piloſo. *Pluk. mant. 181. t. 229. f. 4. Differt haec* a Protea ſaligna *Syſt. ed. 13. p. 119.* M.

argentea. 48. P. fol. lanceolatis argenteo-tomentoſis ciliatis, caule arboreo, capitulis globoſis. *Thunb. loc. cit. n. 48.* M. Protea *argentea,* floribus ouatis inuolucratis epaleatis tomentoſis, foliis lanceolatis villoſis patentibus. *Syſt. ed. 13. p. 119. Mant. 194.* Protea argentea. *Sp. plant. 139. Folia omnium nitidiſſima, argentea.*

****** Oblongae: *foliis oblongis, ouatis.*

acaulis. 49. P. fol. oblongis capituloque globoſo glabris, caule decumbente breuiſſimo. *Thunb. loc. cit. n. 49.* Lepidocarpodendron acaulon. *Linn. Spec. pl. p. 135. Berg. act. ſtockh. 1766. p. 322. Exulavit ex Syſt. ed. 13.* M.

myrtifolia. 50. P. fol. oblongis glabris, capitulis terminalibus aggregatis. *Thunb. loc. cit. n. 50.* M.

grandiflora. 51. P. fol. oblongis venoſis capituloque hemiſphaerico glabris, caule arboreo. *Thunb. loc. cit. n. 51.* M.

glabra. 52. P. fol. oblongis aueniis capituloque hemiſphaerico glabris, caule fruticoſo. *Thunb. loc. cit. n. 52.* M.

ſpecioſa. 53. P. fol. oblongis glabris, capitulo oblongo, ſquamis calycinis apice barbatis. *Thunb. loc. cit. n. 53.* M. Protea *Lepidocarpodendron*, floribus ſolitariis, radio calycino ſpathulato barbato, foliis lanceolatis. *Syſt. ed. 13. p. 118. Mant. 190.* Leucad. Lepidocarpodendron. *Spec. pl. 134. β.* Protea ſpecioſa. *Mant. 191.*

totta. 54. P. fol. ouatis glabris calloſis, capitulo ouato, corollis cylindricis hirtis. *Thunb. loc. cit. n. 54.* M.

Protea *totta*, floribus ſubgeminis, piſtillis capitatis, corollis longiſſimis diſtantibus, foliis glabris. *Syſt. ed. 13. Mant. 191.*

hirta. 55. P. fol. ouatis glabris, flor. lateralibus. *Thunb. loc. cit. n. 55. Caulis villoſus.* M. Protea *hirta*, floribus lateralibus ſeſſilibus, foliis apice vnicallofis. *Syſt. ed. 13. Mant. 189.* Leucad. hirtum. *Spec. pl. 136.*

pubera. 56. P. fol. ouatis capitulisque terminalibus tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n. 56.* M. Protea *pubera*, floribus binis ternisue, piſtillis clauatis, foliis elliptico-lanceolatis. *Syſt. ed. 13. p. 118. Mant. 192.* Leucadendron thymelaeoides. *Berg. act. ſtockh. 1766. p. 324. Pl. cap. p. 19.*

diuaricata. 57. P. fol. ouatis hirtis, capitulis terminalibus, ramis diuaricatis. *Thunb. loc. cit. n. 57.* M. Protea *diuaricata*, floribus faſtigiatis, foliis oualibus. *Syſt. ed. 13. p. 119. Mant. 194.* Leucad. diuaricatum. *Berg. act. ſtockh. 1766. p. 324. Pl. cap. p. 19.*

******* Rotundatae: *foliis ſubrotundis.*

ſpathulata. 58. P. fol. ſpathulatis ſubcucullatis glabris. *Thunb. loc. cit. n. 58. t. 5.* M.

cynaroides. 59. P. fol. ſubrotundis petiolatis glabris. *Thunb. loc. cit. n. 59.* M. Protea *cynaroides*, floribus ſolitariis, radio calycino lanceolato ſtricto, foliis ſuborbiculatis petiolatis. *Syſt. ed. 13. Mant. 190.* Leucad. cynaroides. *Sp. plant. 135. Berg. act. ſtockh. 1766. p. 319.*

cordata. 60. P. fol. cordatis. *Thunb. l. c. t. 5.* M.

Bruniades. 61. P. fol. ſubulatis, capitulis globoſis terminalibus. *Suppl. 117. — Hanc ſpeciem, cui auctoritas cl. Sparrmanni addita, ſeparatim pono, quum inter ſignificatas iam contineri exiſtimem, forſitan cum Protea lanata eandem, nec epitheton adiunctum accuratiſſima Protearum deſignatione cl. Thunbergii occurrat.* M.

112\. GLOBVLARIA. *Cal. communis* imbricatus; *proprius* tubulatus, inferus. *Corollul.* labio ſuperiore 2-partito: inferiore 3-partito. *Recept* paleaceum.

Alypum. 1. G. caule fruticoſo, foliis lanceolatis tridentatis integrisque. (*Capitulis terminalibus.*)

biſnaga-

biſnagarica. 2. G. caule fruticoſo, fol. radicalibus cuneiformibus retuſis, caulinis lanceolatis.

vulgaris. 3. G. caule herbaceo, fol. radicalibus tridentatis; caulinis lanceolatis. (*Cfr. Schkuhr bot. Handb. I. p. 65.*)

ſpinoſa. 4. G. fol. radicalibus crenato-aculeatis; caulinis integerrimis mucronatis.

cordifolia. 5. G. caule ſubnudo, fol. cuneiformibus tricuſpidatis: intermedio minimo.

nudicaulis. 6. G. caule nudo, foliis integerrimis lanceolatis. *Caulis fructifer vno alteroue foliol. Ger.*

orientalis. 7. G. caule ſubnudo, capitulis alternis ſeſſilibus, fol. lanceolato-ouatis integris.

113. CEPHALANTHVS. *Cal. communis* o: *proprius* ſuperus, infundibuliformis. *Recept.* globoſum, nudum. *Sem.* 1, lanuginoſum. (*Capſ.* obpyramidata, 2-3-locular., 2-3-partibilis. *Recept.* pilis clauatis. *Schkuhr.*)

occidentalis. 1. C. fol. oppoſitis ternatisque. (*Schmidts Baumz. T. 45. Styli longiſſ.*)

114. DIPSACVS. *Cal. communis* polyphyllus; *proprius* ſuperus. *Recept* paleaceum. (*Papp.* integer.)

fullonum. 1. D. foliis ſeſſilibus ſerratis. *β. Paleis recuruatis differt ſatiuus officinalis.* — Dipſacus *fullonum,* paleis recuruatis. *Iacq. in Litt.* M.

ſylueſtris. 2. D. fol. integris paleis rectis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. t. 402. Folia omnino connata. Differt ſpecie a praecedenti.* M.

laciniatus. 3. D. fol. connatis ſinuatis. Dipſacus *laciniatus,* foliis ſinuatis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. t. 403. Mill. illuſtr. ic.* M. (*Fol. infer. pinnatifida.*)

piloſus. 4. D. fol. petiolatis apendiculatis. — Dipſacus *piloſus*, foliis petiolatis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 3. t. 248.* M. (*Capit. ſubrotundâ.*)

115. SCABIOSA. *Cal. communis* polyphyllus; *proprius* duplex ſuperus. *Recept.* paleaceum ſ. nudum. (*Papp.* varie fiſſus.)

* *Corollulis quadrifidis.*

alpina. 1. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis, floribus cernuis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ſerratis. (*Cor. ſubaequalis. Fol. decuſſiue pinnat. Cal. pungens. Facies Dipſaci.*)

 rigida.

rigida. 2. S. corollulis quadrifidis ſubradiantibus, cal. imbricatis obtuſis, fol. lanceolatis ſerratis auriculatis. *Mant. 328.*

tranſyluanica. 3. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calyc. paleisque ariſtatis, fol. radicalibus lyratis; caulinis pinnatifidis. — *Iacq. hort. v. 2. t. 111.* M.

ſcabra. 4. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis obtuſis, foliis ſubbipinnatis ſcabris rigidiuſculis. *Suppl. p. 118.*

ſyriaca. 5. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis paleisque ariſtatis, caul. dichotomo, fol. lanceolatis. *Caulis piloſus. Folia ſerrata. Flores in dichotomia ſubſeſſiles. Calyx vix vllus, ſed Paleae in conum ouatum imbricatae, ariſtatae, ouatae. Pappus hemiſphaericus, denticulis 20.*

leucantha. 6. S. corollulis quadrifidis ſubaequalibus, ſquamis calycinis ouatis imbricatis, fol. pinnatifidis. *Folia linearia, pinnata: foliolis decurrentibus; infima ſcabra. Flores ſubgloboſi, albi. Calyx hemiſphaericus, imbricatus. Corollulae lacinia inferior deflexa, paulo longior.*

Succiſa. 7. S. corollulis quadrifidis aequalibus, caule ſimplici, ramis approximatis, fol. lanceolato-ouatis. *Fl. dan. t. 279.*

integrifolia. 8. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. indiuiſis: radicalibus ouatis ſerratis, ramis lanceolatis; caule herbaceo. Scabioſa corollulis quadrifidis caule fiſtuloſo. *Ger. prov. 220. excluſis C. Bauhini et Cluſii ſynonymis.*

amplexicaulis. 9. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. amplexicaulis lanceolatis integerrimis; radicalibus trifidis crenatis. *Mant. 195.* (*Fol. oppoſita amplexic. inciſo-ſerrata: radic. pinnatifida. Cal. foliola ouato-lanceolata corolla longiore.*)

attenuata. 10. S. corollulis quadrifidis aequalibus, foliis linearibus integris bifidisque. *Suppl. p. 118.*

tatarica. 11. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. lanceolatis pinnatifidis: lobis ſubimbricatis, caule hiſpido. *Gmel. itin. 1. p. 159.*

vralenſis. 12. S. corollulis quadrifidis radiantibus, foliis radicalibus ſimplicibus, caulinis decurſiue-pinnatis, paleis aridis apice reflexis. *Murr. in comm. gott. 1782. p. 13. t. 4.* M. (*Cor. ochroleuca.*)

aruenſis.

aruenſis. 13. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. pinnatifidis inciſis, caule hiſpido. *Fl. dan. t. 447.*

ſyluatica. 14. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. omnibus indiuiſis ouato-oblongis ſerratis, caule hiſpido. *Iacq. vind. 22. obſ. 28. excluſo C. Bauhini ſynonymo. — Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 862.* M. *Caulis adſperſus punctis purpureis. (Fol. coniugata, ampla, hirſuta, venoſa, acumine longo terminata Krock. Sil. 1. p. 222.)*

** *Corollulis quinquefidis.*

gramuntia. 15. S. corollulis quinquefidis, cal. breuiſſimis, fol. caulinis bipinnatis filiformibus. *Sauv. monſp. 268. Gou. monſp. 62.* Scabioſa corollulis quinquefidis, foliis tripinnatis ſetaceis. *Ger. prov. 220.* Scabioſa capitulo globoſo minor. *Bauh. pin. 270. ſec. Gouan.*

columbaria. 16. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. radicalibus ouatis crenatis, caulinis pinnatis ſetaceis. Scabioſa glabra, foliis carnoſis virentibus. *Herm. par. 221. t. 221. Exclude β varietatem. Fl. dan. t. 314.*

ſicula. 17. S. corollulis quinquefidis aequalibus calyce brevioribus, fol. lyrato pinnatifidis. *Mant. 196.* Scabioſa diuaricata. *Iacq. hort. v. 1. t. 15. Cfr. vol. 3. p. 1. (Calycis foliola inaequalia: maiora longiſſima Moench. method. p. 489.)*

maritima. 18. S. corollulis quinquefidis radiantibus calyce brevioribus, fol. pinnatis: ſummis linearibus integerrimis, *excluſo Bocconis ſynonymo.*

ſtellata. 19. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. diſſectis, receptaculis florum ſubrotundis. *Mant. 339. (Cal. proprius exterior maximus aridus membranac. Ex ſetis nigris radiatus. Moench. meth. p. 790.)*

prolifera. 20. S. corollulis quinquefidis radiantibus, flor. ſubſeſſilibus, caule prolifero, fol. indiuiſis. *Mant. 329. Habitat in Aegypto.* ⊙

atropurpurea. 21. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. diſſectis, receptaculis florum ſubulatis. *Calyx 12-phyllus, linearis, recuruatus, longitud. corollae. (Quaenam huius ſpeciei patria ſit, adhuc in dubio eſt. Curtis bot. Mag. t. 247.)*

argentea. 22. S. corollulis quinquefidis, radiantibus fol. pinnatifidis: laciniis linearibus, peduNC. longiſſimis, caule tereti. *Caulis pilis albis, raris. Folia pinnatiſida, linearia: radicalia ſubdentata; caulina indiuiſa, verſus baſin ciliata. Calyx baſi valde piloſus, 8-phyllus, recuruatus, corollae longitudine. Corollae albidae: Limbo caeruleſcente. Corollulae radii 6, radiantes maiores: Lab. ſuper. breuiſſimo, bifido. Lab. infer. lato, trifido, obtuſo, ſubplicato, aequali. Corollulae diſci albi, quinquefidi regulares, extus hirſutae. Stamina alba.*

indurata. 23. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. ouato-lanceolatis eroſis baſi dentatis, caule rigente. *Mant. 196. Valde affinis S. africanae, vt fere varietas?*

africana. 24. S. corollulis quinquefidis aequalibus, fol. ſimplicibus inciſis, caule fruticoſo. Scabioſa altiſſima. *Iacq. hort. v. t. 185.* iam *in Litt. huius varietas auctori videtur.* M.

monſpelienſis. 25. S. corollulis quinquefidis aequalibus calyce brevioribus, fol. omnibus pinnatis ciliatis. *Iacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 320. Icon. rar. t. 23.* M.

pumila. 26. S. corollulis quinquefidis radiantibus, ſubacaulis, fol. piloſiſſimis: radicalibus lyratis, caulinis pinnatis inciſis. *Mant. 196.*

cretica. 27. S. corollulis quinquefidis, fol. lanceolatis ſubintegerrimis, caule fruticoſo.

graminifolia. 28. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. lineari-lanceolatis integerrimis, caule herbaceo. *Folia lineari-lanceolata longa nudiuſcula, baſi connata, gramineis ſimillima.*

palaeſtina. 29. S. corollulis quinquefidis radiantibus: laciniis omnibus trifidis, fol. indiuiſis ſubſerratis: ſummis baſi pinnatifidis. *Mant. 37. Iacq. hort. t. 96.*

iſetenſis. 30. S. corollulis quinquefidis radiantibus calyce longioribus, foliis bipinnatis linearibus. *Mant. 37.*

vcranica. 31. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. radicalibus pinnatifidis: caulinis linearibus baſi ciliatis.

ochroleuca. 32. S. corollulis quinquefidis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. Scabioſa anguſtifolia alba altera. *Bauh. pin. 270. Barr. ic. 770. f. 2. Iacq. obſ. 3. p. 20. t. 73. 74. — Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 439.* M. *Affinis S. columbariae.*

— *pappoſa.*

papposa. 33. S. corollulis quinquefidis inaequalibus, caule herbaceo erecto, fol. pinnatifidis, ſeminibus ariſtatis plumoſoque-papposis. *Caulis filiformis, brachiatus panicula ſubdichotoma. Pedunculi axillares, filiformes, longi. Calyx polyphyllus; foliolis ouatis longe acuminatis. Semina pappo plumoſo cum adiacente Ariſta craſſiore longiore. Subtomentoſi ſunt pedunculi et calyces.* ⊙

pterocephala. 34. S. corollulis quinquefidis, caule fruticoſo procumbente, fol. laciniatis hirſutis, pappo plumoſo.

1161. KNAVTIA. *Cal. communis* oblongus, ſimplex, quinqueflorus; *proprius* ſimplex, ſuperus. *Corollulae* irregulares. *Recept.* nudum.

orientalis. 1. K. foliis inciſis, corollulis quinis calyce longioribus. *Mant. 327. (Pro diuerſo ſolo, vbi creſcit haecce ſpecies, numerus corollularum variat a 12-15, quarum exteriores maiores in calyce 9-10-fido, in planta vero maiore magisue ramoſa dein facta, pauciores inuenit cl. Schkuhr. bot. Handb. I. p. 70.)*

propontica. 2. K. fol. ſuperioribus lanceolatis integerrimis, corollulis denis calyce aequalibus. *Sp. pl. 1666.*

palaeſtina. 3. K. fol. integris, calyc. hexaphyllis, ſem. papposis. *Mant. 197.*

plumoſa. 4. K. fol. ſuperioribus pinnatis, cal. decaphyllis, ſem. papposis. *Mant. 197.*

117. ALLIONIA. *Cal. communis* oblongus, ſimplex, triflorus; *proprius* obſoletus, ſuperus. *Corollulae* irregulares. *Recept.* nudum.

violacea. 1. A. foliis cordatis, calycibus quinquefidis.

incarnata. 2. A. fol. oblique ouatis, calycibus triphyllis. (*L'Heret. Stirp. p. 63. t. 31.*)

118. HEDYOTIS. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma, infera.

maritima. 1. H. foliis oualibus obtuſis, floribus oppoſitis ſeſſilibus. *Suppl. p. 119.*

pumila. 2. H. fol. ouatis acutis, floribus alternis pedunculatis. *Suppl. p. 119.*

fruticoſa. 3. H. foliis lanceolatis petiolatis, corymbis terminalibus inuolucratis.

Auricularia. 4. H. fol. lanceolato-ouatis, floribus verticillatis.

herbacea. 5. H. fol. lineari lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis. (*Capſ. didyma, coronata 4 calycis apicibus. Loureiro Cochinch. I. p. 77.*)

graminifolia. 6. H. fol. linearibus, caule decumbente, panicula racemoſa ſecunda, pedunculis ſoliſequiis. *Suppl. p. 119.*

124. SCABRITA. *Cor.* 1-petala, hypocrateriformis. *Sem.* 2, emarginata, ſupera. *Cal.* truncatus.

ſcabra. 1. SCABRITA. *Mant. 37.* (*Eadem eſt planta ac* Nyćthantes Arb. triſtis: *Dryand. Transact. V. 11. p. 220. Schreb. gen. pl. p. 819. — Genus tamen minime expungendum, cum fructu plane differt a Nycthante. Vahl. Symb. II. p. 28.*)

119. SPERMACOCE. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Semina* 2, bidentata. (*Capſ.* infera 2-locul. *Sem.* ſolitaria: marginib. in ventrem conuolutis. *Gaertn.*)

tenuior. 1. S. glabra, foliis linearibus, ſtaminibus incluſis, floribus verticillatis. *Semina hirta.* (*Variat caul. glabro et pubeſc., ſtricto et laxiore; flor. verticillat. et ſolitar. Swartz. obſ. bot. p. 43. Capſ. 4-dentibus calycis coron. Gaertn. de fr. I. p. 122. t. 25.*)

verticillata. 2. S. glabra, fol. lanceolatis, verticillis globoſis.

hirta. 3. S. ſcabra, fol. oblongis: ſummis quaternis, flor. verticillatis. ⊙ *Caulis tetragonus angulis acutiſſimis deorſum piloſis, ceterum glaber, ramoſiſſimus, rigidus. Folia elliptica, lineata, ſcabra vtrinque ſubtus vero imprimis neruis, non villoſa, ſubpetiolata petiolis connexis membrana multiſeta. Flores albi, tubuloſi, laterales. Stamina fauce longiora. Antherae violaceae.* (*Iacq. Ic. pl. rar. t. 308.*)

articularis. 4. S. fol. ellipticis obtuſiuſculis. *Suppl. p. 119.*

ſtricta. 5. S. fol. lineari-lanceolatis lineatis. *Suppl. p. 120.*

hiſpida. 6. S. hiſpida, fol. obouatis obliquatis. *Mant. 558. Corollae campanulatae, violaceae, magnae. — Murray in comm. gott. 1772. p. 77. t. 5.*

procumbens. 7. S. procumbens, fol. linearibus, corymbis lateralibus pedunculatis.

ſpinoſa. 8. S. ſuffruticoſa, fol. linearibus ſpinulis ciliatis, *excluſo Iacquini ſynonymo.* (*Subram., fol. lanceolato-*

lato-linear., neruis margineque retro-denticulatis Sw. l. c. p. 45.)

120. SCHERARDIA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Semina* 2, (Calyce perſiſtente) tridentata.

aruenſis. 1. S. foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *Fl. dan. t. 439. (Stam. deflorata ad latera reflexa. — Perianthium 6-dentatum. Schkuhr.)*

muralis. 2. S. fol. floralibus binis oppoſitis binis floribus. Galium fol. ſenis linearibus, ramis ſimplicibus, fructibus hiſpidis ſubſeſſilibus. *Ger. prov. 227. Allion. nicaeenſ. 4.*

fruticoſa. 3. S. fol. quaternis aequalibus, caule fruticoſo. (*Media inter* Spermacocen *et* Diodiam. *Sw. l. c. p. 46.*)

121. ASPERVLA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Semina* 2, globoſa.

odorata. 1. A. foliis octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis. *Fl. dan. t. 562. (Fol. infer. 4-6. Pet. intus glanduloſa. Fr. inmaturi annulo albo, maturi ſetis introrſum hamatis inſtructi.)*

aruenſis. 2. A. fol. ſenis, flor. ſeſſilibus terminalibus aggregatis. (*Bracteae piloſae. Habitus Scherardiae.*)

taurina. 3. A. fol. quaternis ouato-lanceolatis, flor. faſciculatis terminalibus. *Rami alterni. Pedunculi alterni, 1. ſ. 2. Flores faſciculati Bracteis ciliatis. Flores omnes hermaphroditi Piſtillo bipartito, quod rarius ante marceſcentiam floris excreſcit.*

craſſifolia. 4. A. fol. quaternis oblongis lateralibus reuolutis obtuſiuſculis pubeſcentibus. *Mant. 37.*

calabrica. 5. A. fol. quaternis oblongis obtuſis laeuibus. *Suppl. p. 120.* (Fol. oppoſitis lineari-lanceolatis, caulib. fruticoſis. *L'Her. Stirp. nouae p. 61. t. 32. Cfr. Cyrilli Pl. rar. Neap. p. VIII.*)

tinctoria. 6. A. fol. linearibus: inferioribus ſenis; intermediis quaternis, caule flaccido, flor. pleriſque trifidis.

pyrenaica. 7. A. fol. quaternis lanceolato-linearibus, caule erecto, floribus ſaepius trifidis.

cynanchica. 8. A. fol. quaternis linearibus: ſuperioribus oppoſitis, caule erecto, flor. quadrifidis.

ariſtata. 9. A. fol. linearibus ſubcarnoſis: inferioribus quaternis, floribus ſubternis ariſtatis. *Suppl. p. 120.*

 laeui-

laeuigata. 10. A. fol. quaternis ellipticis eneruiis laeuiuſculis, pedunc. diuaricatis trichotomis, ſem ſcabris. *Mant. 38. 330. Bocc. ſic. 10. t. 11. f. 5.* Galium rotundifolium. *Sp. pl. 156. — Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 94.* M. *Semina ſcabra. — (Semina forte melius dicenda* laeuia, *vti hoc iam in Mant. I. p. 38. perhibitum eſt. Etiam* Galium rotundifolium, *cuius fructus pilis hiſpidis ſparſis ſunt inſtructi, iterum, vtpote longe alia ſpecies, generi ſuo reſtituendum. Hac de re conferendi ſunt:* W. de Lachenal *Obſ. bot. in Act. heluet. v. 8. p. 144.* A. I. Krocker *Fl. ſileſ. I. p. 230.* H. A. Schrader *Spic. fl. germ. I. p. 9.* Roth *in bot. Mag. faſc. 2. p. 12.*)

122. DIODIA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Capſula* 2-locularis, 2-ſperma. (*Cal.* 2-ſ. 4-phyllus: foliolis 2 maioribus. *Gaertn.*)

virginica. 1. DIODIA. *Caules procumbentes, rubentes: ramis alternis. Folia oppoſita. Flores albi.*

123. KNOXIA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Sem.* 2, ſulcata: *Calycis* vnicum folium maius. (*Capſ.* 2-locularis, 2-partibilis: ſegmentis axi filiformi affixis. *Gaertn.*)

zeylanica. 1. KNOXIA. *Burm. ind. 34. t. 13. f. 2.* Veronicae affinis indica tenuifolia. *Pluk. alm. 384. t. 114. f. 2. Burm.*

124. HOUSTONIA. *Cor.* 1-petala, infundibulif., (4-fida.) *Capſ.* 2-locularis, 2-ſperma, ſupera. (*Sem.* pauca 3-4. *Gaertn.*)

caerulea. 1. H. foliis radicalibus ouatis, caule compoſito, pedunculis primis bifloris. *Planta verna.*

purpurea. 2. H. fol. ouato-lanceolatis, corymbis terminalibus, flor. ſuperis. *An diuerſi generis?*

125. GALIVM. *Cor.* 1-petala, plana. *Sem.* 2, ſubrotunda.

* *Fructu glabro.*

rubioides. 1. G. foliis quaternis lanceolato-ouatis aequalibus ſubtus ſcabris, caule erecto, fructibus glabris. *Hall. emend. 206.* (*Caul. ſcaber 4-angul. Fol. neruoſa.*)

paluſtre.

paluſtre. 2. G. fol. quaternis obouatis inaequalibus, caulibus diffuſis. *Fl. dan. t. 423.* (*Caul. flaccidus. diffuſus. Fol. 4-5 ſubreflexa. Anth. nigreſcunt.*)

trifidum. 3. G. fol. quaternis linearibus, caule procumbente ſcabro, corollis trifidis. *Fl. dan. t. 48.* (*Stam. 3.*)

montanum. 4. G. fol. ſubquaternis linearibus laeuibus, caule debili ſcabro, ſem. glabris. *Corollae reliquis maiores. Folia octona. Haller.*

tinctorium. 5. G. fol. linearibus caulinis ſenis; ramorum quaternis, caule flaccido, pedunc. ſubbifloris, fructibus glabris.

vliginoſum. 6. G. fol. ſenis lanceolatis retrorſum ſerrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu maioribus. *Fl. ſuec. 2. n. 127.* (*Schrad. Spicil. fl. germ. p. 17. t. 1. f. 1. Caul. erectus rigidus. Fol. 6-7, linearia, mucronata ſcabra.*)

ſpurium. 7. G. fol. ſenis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus, fructibus glabris. (*Schrad. l. c. p. 18. t. 1. f. 2. Inter ſegetes. Caul. craſſiuſcul. pallidus flaccidus. Fol. 6-9. Fruct. maiuſculi ſcabri reflexi.*)

ſaxatile. 8. G. fol. ſenis obouatis obtuſis, caule ramoſiſſimo procumbente. *Planta vix palmaris.* (*Fol. 6 omnia ouata acuminata, pedunc. terminal. ſimplices et dichotomi Moench. Method. p. 481. Non commiſcendum cum* Gal. hercynicum *Weig. ſ.* G. ouatum *Moench. l. c., cui fol. obouata: ſumma lanceolata, rami elongati, flor. conferti.*)

pyrenaicum. 9. G. fol. ſenis, floribus lateralibus oppoſitis ſubſeſſilibus ſolitariis. *Suppl. p. 121.*

minutum. 10. G. fol. octonis lanceolatis mucronatis ſerrato-aculeatis glabris incuruis, fructibus reflexis.

puſillum. 11. G. fol. octonis hiſpidis linearibus acuminatis ſubimbricatis, pedunc. dichotomis. (*Sowerb. engl. bot. t. 74.*)

verum. 12. G. foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis breuibus. *Antherae defloratae fiunt fuſcae.* (*Curt. Fl. lond. ic. Fol. nitida, margine reuoluta, quoad diuerſum in caule ſitum numero variant. Flor. flaui.*)

Mollugo. 13. G. fol. octonis ouato-linearibus ſubſerratis patentiſſimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *Fl. dan. t. 455.* (*Altitudine et foliorum forma diuerſum.*)

ſyluati-

ſyluaticum. 14. G. fol. octonis laeuibus ſubtus ſcabris: floralibus binis pedunc. capillaribus, caul. laeui, Rubia ſylueſtris laeuis. *Bauh. hiſt. 3. p. 716. Flores ante floreſcentiam nutantes. D. Schreber. (Caul. erectus, non ſcandit. Fol. 8-9, glauca.)*

ariſtatum. 15. G. fol. octonis lanceolatis laeuibus, panicula capillari, petalis ariſtatis, ſem. glabris. Galium laeuigatum. *Sp. pl. p. 1667.* Galium *bericum*, caule debili, foliis octonis lanceolato-linearibus mucronatis, floribus ariſtatis. *Turr. diar. ital. 1764. p. 119. Habitat in Baldo.*

ſcabrum. 16. G. fol. ſuboctonis ſcabris, mucronatis, ramis floriferis ſubtrichotomis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. t. 422.* M.

hieroſolymitanum. 17. G. fol. denis lanceolato-linearibus, vmbellis faſtigiatis, fructibus glabris.

glaucum. 18. G. foliis verticillatis linearibus, pedunc. dichotomis, caule laeui. *Mant. 330. — Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 18. Fl. dan. 609.* M. (*Cor.* campanulata? *Accuratiori ſcrutinio adhuc ſubiicienda venit haecce ſpecies; vid. Eſchenbach Diſſ. phyſ. Obſervat. botanicarum ſpec. continens Lipſ. 1784. Secundum cel. de Lachenal l. c. p. 144. Synonym. Iacquini, vtpote diuerſam exhibens ſpeciem, eliminari debet.*)

purpureum. 19. G. fol. verticillatis lineari-ſetaceis, pedunc. capillaribus folio longioribus.

rubrum. 20. G. fol. verticillatis linearibus patulis, pedunc. breviſſimis.

** *Fructu hiſpido.*

boreale. 21. G. fol. quaternis lanceolatis trineruiis glabris, caule erecto, ſem. hiſpidis. (*Sowerb. engl. bot. t. 105. Fol. ſubtus ſcabra Schkuhr, Schrader.*)

maritimum. 22. G. fol. quaternis hiſpidis, pedunc. vnifloris, fructibus villoſis. *Mant. 38.*

bermudianum. 23. G. fol. quaternis linearibus obtuſis, ramis ramoſiſſimis.

graecum. 24. G. hirtum, fol. ſubſenis lineari-lanceolatis, caul. lignoſis. *Mant. 38.*

Aparine. 25. G. fol. octonis lanceolatis carinis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis villoſis, fruct. hiſpidis. *Fl. dan. t. 495.*

pariſienſe. 26. G. fol. verticillatis linearibus, pedunc. bifloris, fructibus hiſpidis. (*Caul. ramoſiſſ. 4-gonus.*)

126.

126. CRVCIANELLA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. tubo filiformi: limbo vnguiculato. *Cal.* 2-phyllus. *Sem.* 2, linearia. (*Inuolucr.* ad ſingulos floſcul. 2-3-phyllum, Cal. enim inferus hac in familia nullus. *Gaertn.*)

anguſtifolia. 1. C. erecta, foliis ſenis linearibus, floribus ſpicatis. (*Habitus Hordei. Fol. erecta. Caul. ſcaber.*)

latifolia. 2. C. procumbens, fol. quaternis lanceolatis, flor. ſpicatis. *Variat caule erecto. Forte praecedentis varietas.*

aegyptiaca. 3. C. fol. quaternis ſublinearibus, flor. ſpicatis quinquefidis. *Mant.* 38.

patula. 4. C. diffuſa, fol. ſenis, flor. ſparſis.

maritima. 5. C. procumbens ſuffruticoſa, fol. quaternis mucronatis, flor. oppoſitis quinquefidis. *Flores triſtes.* (*Cor. laciniae caudatae.*)

monſpeliaca. 6. C. procumbens, fol. acutis: caulinis quaternis ouatis: rameis ſubquinatis linearibus, flor. ſpicatis.

119. RVBIA. *Cor.* 1-petala, campanulata. *Baccae* 2, monoſpermae.

tinctorum. 1. R. foliis annuis, caule aculeato. *Mant.* 330. Rubia ſylv. monſpeſſulana maior. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 715.

peregrina. 2. R. fol. perennantibus linearibus ſupra laeuibus. *Mant.* 330.

lucida. 3. R. fol. perennantibus ſenis ellipticis lucidis, caule laeui. *Syſt. nat.* 12. *p.* 732. *Maiorcae. Planta ſemperuirens, ſimilis Rubiae peregrinae, ſed margine tantum retrorſum ſcabra, non vero carina. Flores paniculati, pallidi, mucronati,* 5 *fidi.*

anguſtifolia. 4. R. fol. perennantibus linearibus ſupra ſcabris. *Mant.* 39.

cordifolia. 5. R. fol. perennantibus quaternis cordatis. *Syſt. nat.* 3. *p.* 229. *Mant.* 197. Cruciata daurica ſcandens, ſmilacis folio aſpero, fl. luteolo, fruct. maiori rubro. *Amm. ruth.* 19.

129. SIPHONANTHVS. *Cor.* 1-petala, infundibulif. longiſſima, infera. *Baccae* 4, monoſpermae.

indica. 1. SIPHONANTHVS. *Acta petrop.* 1736. *p.* 214. *t.* 15.

130. CATESBAEA. *Cor.* 1-petala, infundib. longiſſima, ſupera. *Stamina* intra faucem. *Bacca* (.-locul.) polyſperma.

ſpinoſa. CATESBAEA. *Introducta in Europam 1726. a. M. Cateſby. (Curt. bot. Mag. T. 131.)*

131. IXORA. *Cor.* 1-petala, infundib. longa, ſupera. *Stamina* ſupra faucem. *Bacca* 4-ſperma. (*Bac.* 2-locul., 1-2-ſperma *Lour.*)

coccinea. 1. I. foliis oualibus ſemiamplexicaulibus, floribus faſciculatis. *Cotyledones ouatae, maiuſculae. Caulis ruber. Stipulae inter folia oppoſita, acuminatae, ſolitariae, vt in Coffea. H. V. (Schnevoogt Icon. pl. rarior. t. 1. Fol. ſeſſilia nec amplexicaulia Lour. Cochinch. p. 75.)*

alba. 2. I. fol. lanceolato-ouatis, flor. faſciculatis. (*Fol. ſubſeſſilia, fl. albi Lour. l. c. p. 76.*)

americana. 3. I. fol. ternis lanceolato-ouatis, flor. thyrſoideis.

132. PAVETTA. *Cor.* 1-petala, infundib. ſupera. *Stigma* curuum. *Bacca* 2-ſperma. (1-ſperm. *Loureiro.*)

indica. 1. P. fol. oblongis vtrinque acuminatis, vmbellis terminalibus faſciculatis, calyce breui acuto. *Suppl. p. 121. — Burm. ind. 35. t. 13. f. 3. Rumph. amb. 4. t. 47. Pluk. phyt. 147? f. 1.* (Pavetta alba. *Vahl. Symb. 3. p. 11. Fol. lanceolato-ellipt., cal. obſol. 4-dentat. V.*)

caffra. 2. P. foliis ouatis integerrimis, capitulis terminalibus ſeſſilibus, calycibus ſetaceis longitudine tubi. *Suppl. p. 121.*

133. PETESIA. *Cor.* 1-petala, infundilif. *Stigma* bifidum. *Bacca* polyſperma.

ſtipularis. 1. P. foliis lanceolato-ouatis ſubtus tomentoſis, thyrſis lateralibus. (*Cfr. Swartz Obſ. p. 47.*)

Lygiſtum. 2. P. fol. ouatis nudis lineatis, caule flexuoſo. (Manettia Lygiſtum. *Swartz Prodr. p. 37. Ob cal. 8-phyllum et ſem. imbricata.*)

134. MITCHELLA. *Cor.* 1-petalae, ſuperae, binae eidem gemini. *Stigm.* 4. *Bacca* bifida, 4-ſperma.

repens. 1. MITCHELLA.

135. CALLICARPA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-ſperma. (1-ſperm. *Gaertn.*)

americana. 1. C. foliis ſerratis ſubtus tomentoſis. *Mant.* 198. (In *Mant. alt. p.* 198. *de* Callic. cana *eadem extat differentia ſpecifica.* vid. *quoque obſervationem hanc in ſpeciem apud cel. Retzium Obſ. botan. Faſc.* 5. *p.* 2. et *Vahl Symb. bot.* 3. *p.* 12.)

tomentoſa. 2. C. fol. integerrimis lanatis. *Mant.* 331. Tomex tomentoſa. *Sp. plant.* 172. (*In Mantiſſa* lanata *denominata fuit. Fol. baſi rotundat. ſubdenticulat., ſupra rugoſa. Vahl l. c. p.* 13.)

iaponica. 3. C. fol. ſerratis glabris. *Thunb. iap. p.* 60. M.

136. AQVARTIA. *Cal.* campanulatus. *Cor.* rotata laciniis linearibus. *Bacca* polyſperma.

aculeata. 1. AQVARTIA. *Iacq. amer.* 15. *t.* 12. — *Ed.* 2. *pict. p.* 13. *t.* 15. M. (*Habitus exacte Solani Swartz obſ. p.* 47.)

137. POLYPREMVM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida, rotata: lobis obcordatis. *Capſ.* compreſſa, emarginata, 2-locularis.

procumbens. 1. POLYPREMVM.

138. PENAEA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* campanulata. *Styl.* 4-angularis. *Capſ.* tetragona, 4-locularis, 8-ſperma.

Sarcocolla. 1. P. foliis ouatis planis, cal. ciliatis folio maioribus.

mucronata. 2. P. fol. cordatis acuminatis. *Flores rubri. Stylus tetragonus.*

marginata. 3. P. fol. cordatis marginatis, flor. lateralibus. *Mant.* 199.

furcata. 4. P. fol. rhombeo-ouatis, bracteis cuneatis acutis coloratis. *Mant.* 199.

ſquamoſa. 5. P. fol. rhombeo-cuneiformibus carnoſis.

fruticuloſa. 6. P. fol. oblongiuſculis obtuſis, bracteis orbiculatis acutis. *Suppl. p.* 121.

Myrtoides. 7. P. fol. lanceolatis. *Suppl. p.* 122.

lateriflora. 8. P. fol. ouatis, floribus lateralibus ſeſſilibus. *Supl. p.* 122.

139.

139. BLAERIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-fida. *Stamina* receptaculo inſerta. *Capſ.* 4-loculsris; polyſperma.*)

ericoides. 1. B. floribus capitatis, corollis campanulatis. *Mant. 331.*

ciliaris. 2. B. flor. capitatis calycibus ciliatis. *Suppl. p. 122.*

articulata. 3. B. ſtaminibus exſertis bipartitis, corollis cylindricis. *Mant. 198.* Penaea Sarcocolla *Berg. cap. 25.*

purpurea. 4. B. ſtaminibus incluſis bipartitis, corollis oblongis rectis, floribus terminalibus aggregatis, pedunculis erectis. *Suppl. p. 122.*

puſilla. 5. B. flor. ſparſis, corollis infundibuliformibus *Mant. 331.*

140. BVDDLEJA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Stamina* ex inciſuris. *Capſ.* 2-ſulca, 2-locularis, polyſperma.

americana. 1. B. foliis ouatis. (*Tota incana; fol. ouato-lanceol. oppoſ. ſerrata. An a ſequente ſatis diſtincta? Sw. l. c. p. 48.*)

occidentalis. 2. B. fol. lanceolatis. (*Pluk. Phyt. t. 210. f. 1.*)

virgata. 3. B. fol. lineari-oblongis obtuſo integris, racemis terminalibus ramis virgatis erectis. *Suppl. p. 123.*

incompta. 4. B. fol. faſciculatis ouatis canis, ramis flexuoſis rigidis, racemis terminalibus. *Suppl. p. 123.*

141. EXACVM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida: tubo globoſo. *Capſ.* 2-ſulca, 2-locularis, polyſperma, apice dehiſcens. (*Cor.* hypocrateriform.: tubo ventricoſo. *Anth.* rectae. *Stigm.* capitatum. *Smith.*)

albens. 1. E. foliis ſubdecurrentibus, ſtaminibus exſertis *Suppl. p. 123.* Exacum *pedunculatum*, floribus pedunculatis. *Syſt. ed. 13. p. 131. Affinis Gentianis.* **)

aureum. 2. E. fol. ſeſſilibus, ſtaminibus exſertis. *Suppl. p. 123.*

cordatum.

---

*) *Omnes huius generis ſpecies ab* ill. THVNBERG *in Fl. capenſ. prodromo* Ericis *ſunt adnumeratae, cum quibus quoad habitum omnino conueniunt.* Antherae *ſolum in hoc emarginatae inermes, in* Ericis *bicornes. Sed filamentorum numerus diuerſus.*)

**) *Exac.* pedunculatum L., *flor. 4-fidis terminalib., cal. foliolis ouatis, fol. lanceol. 3-neruiis impunctatis* Vahl. Symb. bot. III. p. 15.

Exac. ſeſſile *L.*, *fl. 4-fidis lateral. terminalibusque, capſ. nutantibus, fol. cordatis* Vahl. l. c. p. 16.

Haſce ambas ſpecies a Linnaeo, fil., *minus recte vt ſynonyma modo appoſitas reſtituendas eſſe monet cel.* Vahl.)

cordatum. 3. E. floribus quinquefidis, calycis foliolis cordatis ſtriatis. *Suppl. p. 124.* Exacum *ſeſſile*, floribus ſeſſilibus. *Syſt. ed. 13. p. 131.*

punctatum. 4. E. fol. breuiſſime petiolatis oblongis trineruiis punctatis, ſtaminibus exſertis. *Suppl. p. 124.*

142. PLANTAGO. *Cal.* 4 fidus. *Cor.* 4 fida: limbo reflexo. *Stamina* longiſſima. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa.

* *Scapo nudo.*

390. ALDROVANDA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locularis, 10-ſperma.
391. DROSERA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locul. apice dehiſcens.
1255. MAHERNIA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 5-locularis.
1380. COMMERSONIA. *Cor.* 5-petala. *Nectarium* 5-partitum. *Cal.* 1-phyllus, corollifer. *Capſ.* 5-locularis.
393. SIBBALDIA. *Cor.* 5-petala. *Sem.* 5. *Cal.* 10-fidus.
388. STATICE. *Cor.* 5-partita. *Sem.* 1, calyce infundib. veſtitum.

* *Ceraſtium pentandrum.*
* *Spergula pentandra.*
* *Gerania pentandra.*

POLYGYNIA.

394. MYOSVRVS. *Cal.* 5-phyllus. *Nectar.* 5, lingulata. *Sem.* numeroſa.

* *Ranunculus hederaceus.*

MONOGYNIA.

179. HELIOTROPIVM, *Cor.* hypocrateriformis 5-fida, interiectis dentibus: fauce clauſa fornicibus. (*Spica* ſecunda, recuruata.)

peruvianum. 1. H. foliis lanceolato-ouatis, caule fruteſcente, ſpicis numeroſis aggregato-corymboſis. *Murr. flor. Gott. p. 141. Caules bipedales, fruticoſi, hirti, inferius longius ramoſi. Folia elliptica ſ. ouato-oblonga, lineata, rugoſa, pubeſcenti-ſcabra, vtrinque viridia, breuius petiolata. Pedunculi verſus extremitates hirti, bifidi, ſ. dichotomi. Spicae ſecundae, recuruatae. Corollae caeruleſcentes, ſimiles H. indico.*

indicum.

indicum. 2. H. fol. cordato-ouatis acutis ſcabriuſculis, ſpicis ſolitariis, fruct. bifidis. (*Fol. cordato-ſpathulata molliuſcula. Sw. Obſ. bot. p. 55.*)

paruiflorum. 3. H. fol. ouatis rugoſis ſcabris oppoſitis alternis, ſpicis coniugatis. *Mant. 201.* Heliotropium barbadenſe, flor. albo minimo. *Dill. elth. 173. t. 146. f. 175.* Heliotropium angioſpermum. *Murr. flor. Gott. p. 127.* (*Fol. ſuperne alterna.*)

europaeum. 4. H. fol. ouatis integerrimis tomentoſis rugoſis, ſpicis coniugatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 207.* M.

ſupinum. 5. H. fol. ouatis integerrimis tomentoſis plicatis, ſpicis ſolitariis. *Gou. monſp. 17. c. figura.*

fruticoſum. 6. H. fol. lineari-lanceolatis piloſis, ſpicis ſolitariis ſeſſilibus. (*Fol. ſuperne ſcabra, margine reuoluta, apice recurua Sw. l. c.*)

curaſſauicum. 7. H. fol. lanceolato-linearibus glabris aueniis, ſpicis coniugatis. *Mant. 333. Burm. ind. 41. t. 16. f. 2.* (*Fol. glauca ſubcarnoſa.*)

orientale. 8. H. fol. linearibus glabris aueniis, flor. ſparſis lateralibus.

gnaphalodes. 9. H. fol. linearibus obtuſis tomentoſis, pedunc. dichotomis, ſpicar. flor. quaternis, caule fruteſcente. *Iacq. amer. 25. t. 173. f. 11.* — *Ed. 2. pict. p. 19. t. 264. f. 97. quoad folium.* M. *Moriſ. hiſt. 3. f. 11. t. 28. f. 6.*

180. MYOSOTIS. *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida, emarginata: fauce clauſa fornicibus.

ſcorpioides. 1. M. ſeminibus laeuibus, foliorum apicibus calloſis. *Fl. dan. t. 58.* (*Ab hac vt diſtinctae ſpecies nunc diſtinguuntur:* M. aruenſis *Roth.* M. collina *Ehrh.* M. ſyluatica, *et* M. diſcolor, *huic flores eleganter flauae nonnullis caerulis intermixtae.*)

fruticoſa. 2. M. ſemin. laeuibus, caule fruticoſo laeui. *Mant. 201. Differt a M. ſcorpioide caule fruticoſo.*

virginiana. 3. M. ſemin. aculeato glochidibus. fol. ouato-oblongis, ramis diuaricatis. *Folia magna.*

Lappula. 4. M. ſemin. aculeis glochidibus. fol. lanceolatis piloſis. — *Fl. dan. t. 692.* M. (*Caul. elongat. baſi ramoſus.*)

apula. 5. M. ſemin. nudis, fol. hiſpidis, racemis folioſis. *Pluk. phyt. 16. f. 5.* (Lithoſpermum *apulum,* fol. lineari-lanceol. acutis, ſpicis terminal. ſecundis, bracteis lanceol., ſem. muricatis *Vahl Symb.* 2.

2. *p. 33. Ob. cor. infundibuliformem et ſaucem peruiam.*)

181. LITHOSPERMVM. *Cor.* infundib. fauce perforata, nuda. *Cal.* 5-partitus. (*Nuces* 4 lapideae *Gaertn.*)

officinale. 1. L. ſeminibus laeuibus, corollis vix calycem ſuperantibus, foliis lanceolatis. *Canadenſe totum hirtum.* (*Plenk Pl. officin. t. 75. Flor. flaueſcentes, baſi ſquamulis 5 donatis. Hoffm. Deutſchl. Fl. p. 61.*)

aruenſe. 2. L. ſem. rugoſis, cor. vix calycem ſuperantibus. *Fl. dan. t. 456.* (*Flos ſolitar. in dichotomia.*)

virginicum. 3. L. fol. ſubouslibus neruoſis, cor. acuminatis.

orientale. 4. L. ramis floriferis lateralibus, bracteis cordatis amplexicaulibus. Anchuſa orientalis. *Sp. pl. 191.* — Aſperugo diuaricata *Murr. in comm. gott. 1776. p. 25. t. 2.* M. *Caulis ſterilis erectus, pilis rarioribus. Folia lanceolata, baſi anguſtiora, integerrima, obtuſa, vtrinque pilis roriferis. Rami floriferi ex alis foliorum inferiorum: Bracteis cordatis, minoribus, piloſo roridis. Flores ſubpedunculati, lutei, infundibuliformes absque fornicibus, fauce patula. Stamina tubo breuiora, Antheris nigris.* (*Cal. 5-fidus.*)

purpurocoeruleum. 5. L. ſem. laeuibus, cor. calycem multoties ſuperantibus. *Iacq. auſtr. t. 14.* (*Facies Pulmonariae.*)

fruticoſum. 6. L. fruticoſum, fol. linearibus hiſpidis, ſtaminibus corollam aequantibus.

tenuiflorum. 7. L. fol. lineari-lanceolatis ſtrigoſis, corollis filiformibus. *Suppl. p. 130.* (*Iacq. Ic. pl. rar. II. t. 313. Pericarpia apice lamina membranacea ouata. Moench. Method. p. 418.*)

diſpermum. 8. L. ſeminibus duobus, calycibus patentibus. *Semina tantum duo ſunt, nec tamen bilocularia. Calyx quaſi inflatus.*

182. ANCHVSA. *Cor.* infundibulif. fauce clauſa fornicibus. *Sem.* baſi inſculpta. (*Nuces* 4, 1-locul. baſi perforatae. *Gaertn.*)

officina-

(*Loco:* ſeminibus *in* Aſperifoliis *ſecundum ſanas Carpologiae leges duce* GAERTNERO *terminus:* nucibus *in differentiis ſpecificis potius adhibendus eſt.*)

officinalis. 1. A. foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis. *Fl. dan. t. 572.* (*Calycib. 5 partitis. Aiton.*)

anguſtifolia. 2. A. racemis ſubnudis coniugatis. (*Cal. 5-fidis Ait.*)

italica. 3. A. fol. lanceolatis vndulatis, ſummis acuminatis, ſquamulis faucis penicilliformibus. *Trew. pl. rar. dec. 2. p. 14. t. 28.* M. (*Racemi primo in ſpiram conuoluti, flor. congeſtis v. Wulf. in Iacq. coll. IV. p. 302.*)

vndulata. 4. A. ſtrigoſa, fol. linearibus dentatis, pedicellis bractea minoribus, calyc. fructiferis inflatis. *Bocc. muſ. t. 77.*

tinctoria. 5. A. tomentoſa, fol. lanceolatis obtuſis, ſtamin. corolla breuioribus. (*Cor. lutea. Linn. Praelect. p. 492.*)

virginica. 6. A. floribus ſparſis, caule glabro.

lanata. 7. A. fol. villoſis, calycibus hirſutis, ſtaminib. corolla longioribus. *excluſo Synonymo.* (*Cor. purpurea.*)

Semperuirens. 8. A. pedunculis diphyllis capitatis. *Caules ad latera capitis radicis, erecti, hiſpidi. Folia ouata, lineata, albo maculata, petiolata, remota. Pedunculi axillares, Bracteis 2 oppoſitis, ſeſſilibus, lanceolato-ouatis, multiflori. Corollae caeruleae tubo breui, vti Omphalodis.*

183. CYNOGLOSSVM. *Cor.* infundibuliform. fauce clauſa fornicibus. *Semina* depreſſa, interiore tantum latere ſtylo affixa. (*Nuces* 4, depreſſae. *Recept.* ſubulatum. *Gaertn.*)

officinale. 1. C. ſtaminibus corolla breuioribus, foliis lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus.

virginicum. 2. C. fol. ſpatulato lanceolatis lucidis baſi trineruiis, bractea pedunculorum amplexicauli. Cynogloſſum foliis amplexicaulibus *Gron. virg. 19. Nimis affinis C. officinali, foliis ſupra lucidis mox diſtinguenda.*

cheirifolium. 3. C. corollis calyce duplo longioribus, fol. lanceolatis. (*Fol. incano-villoſa. Cor patentiſſ. venoſa v. Wulf. in Iacq. Coll. III. p 30.*)

apenninum. 4. C. ſtamin. corollam aequantibus. (*Nuces muricatae.*)

laeuiga-

laeuigatum. 5. F. fol. lanceolato-ouatis glabriuſculis, cal. tomentoſis, ſem. laeuibus. *Syſt. ed. 13. p. 157.* Cynogloſſum *laeuigatum*, arillis glabris, caule erecto, fol. ellipticis mollibus. *Suppl. p. 130.* Rindera tetraſpis. *Pall. it. v. 1. p. 486. t. 1. f. 1. 2.* (*Faux peruia Schreb. gen. pl. p. 101.*)

luſitanicum. 6. C. fol. lineari-lanceolatis glabris. (*C. luſitanicum*, fol. cordatis amplexicaul. glabris margine laeuibus. *Vahl. Symb. 2. p. 34. Calyx nudus.*)

linifolium. 7. C. fol. lineari-lanceolatis ſcabris. (C. *linifolium*, fol. lineari-lanceol. glabris, marg. denticulato-ſcabris. *Vahl. l. c. p. 35. Cal. baſi ſtrigoſus.*)

Omphalodes. 8. C. repens, fol. radicalibus cordatis. (*Curt. bot. Mag. t. 7. Fol. potius ouata ſunt.*)

iaponicum. 9. C. fol. oblongis villoſis, caulibus proſtratis. *Thunb. iap. p. 81.* M.

184. PVLMONARIA. *Cor.* infundibulif. fauce peruia. *Cal.* priſmatico-5-gonus, (aut abbreuiatus.)

* *Perianthium longitudine tubi corollae.*

anguſtifolia. 1. P. foliis radicalibus lanceolatis. *Hall. emend. 168. Fl. dan. t. 483.* (*Fol. caul. oblongo-lanceol. amplexicaul., radical. elliptica. Ait. Kew. I. p. 181.*)

officinalis. 2. P. fol. radicalibus ouato-cordatis ſcabris. Symphytum maculoſum ſ. Pulmonaria latifolia. *Bauh. pin. 259. Fl. dan. t. 482.* (*Fol. caul. ouato-oblonga, radical. ſubcordata. Ait. l. c.*)

ſuffruticoſa. 3. P. fol. linearibus ſcabris, cal. ſubulatis quinquepartitis. *Sp. p. 1667.*

** *Calyces tubo corollae dimidio breuiores.*

virginica. 4. P. calyc. abbreuiatis, fol. lanceolatis obtuſiuſculis. (*Curt. bot. Mag. t. 160.*)

ſibirica. 5. P. calyc. abbreuiatis, fol. radicalibus cordatis. *Gmel. ſibir. 4. p. 75. t. 39.*

maritima. 6. P. calyc. abbreuiatis, fol. ouatis, caule ramoſo procumbente. *Fl. dan. t. 25.*

185. SYMPHYTVM. *Corollae* limbus tubulato-ventricoſus: fauce clauſa *radiis* ſubulatis, (lanceolatis, fiſtuloſis.)

officinale. 1. S. foliis ouato-lanceolatis decurrentibus. — *Fl. dan. t. 664.* M. (*α. Flor. albi, cal. laciniis ſubadpreſſis:*

adpreſſis: S. officinale Sibth. *β. Flor. violacei, cal. laciniis patulis:* S. patens *Sibth. oxon. p. 70.)*

tuberoſum. 2. S. fol. ſemidecurrentibus: ſummis oppoſitis. *Iacq. obſ. 3. p. 12. t. 13. — Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 225.* M. *Praecedentis forte varietas. Radix alba, nec extus nigra vt praecedentis. (Flor. pallidi. Fol. ſumma oppoſita. Schrank Salisb. p. 60.)*

orientale. 3. S. fol. ouatis ſubpetiolatis.

186. CERINTHE. *Corollae* lymbus tubulato-ventricoſus: fauce peruia. *Semina* 2, bilocularia. (*Nuces* 2, biloculares: loculis 1-ſpermis *Ehrhart.*)

maior. 1. C. foliis amplexicaulibus, corollis obtuſiuſculis patulis. (*Corol. laciniis obtuſis reflexis.*)

minor. 2. C. fol. amplexicaulibus integris, corollis acutis clauſis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 124.* M. (*Cor. laciniis longiſſ. ſubulatis rectis.*)

187. ONOSMA. *Corolla* campanulata: fauce peruia. *Semina* 4. (*Nuces* 4, lapideae imperforatae, *Gaertn.*)

ſimpliciſſima. 1. O. foliis confertis lanceolato-linearibus piloſis. *Apex floriferus nutans.*

orientalis. 2. O. fol. lanceolatis hiſpidis, fructibus pendulis.

echioides. 3. O. fol. lanceolatis hiſpidis, fructibus erectis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 295.* M.

188. BORAGO. *Corolla* rotata: fauce radiis clauſa.

officinalis. 1. B. foliis omnibus alternis, calycibus patentibus *Pedunculi terminales, multiflori.*

indica. 2. B. fol. ramificationum oppoſitis amplexicaulibus, pedunc. vnifloris. (*In hac et ſequente ſpecie ſecundum cl. Medici obſeruationes antherae ſecum ſunt connatae.*)

africana. 3. B. fol. oppoſitis petiolatis ouatis, pedunc. multifloris. *Murr. Fl. gott. 142. Planta hiſpida, ſtimulis adſperſa. Folia ouata, oppoſita, petiolata, at floralia alterna. Pedunculi e ſummis alis et ramulis, piloſi, multiflori. Flores parui, cernui, caerulei, medio flauo; punctis 5 purpureis.*

zeylanica. 4. B. fol. rameis alternis ſeſſilibus, pedunc. vnifloris, inauritis. *Mant. 202.* Borago zeylanica. *Burm. ind. 41. t. 14. f. 2.* Anchuſa bugloſſoides, lithoſpermi ſemine. *Pluk. mant. 13. t. 335. f. 4* (*Cal. ſemiquinquefid. apophyſib. pollicis deſtitutus. Cor. limbus planus albidus cum ſtella caerulea. Iacq. coll. III. p. 170. et Ic. pl. rar. v. 11. t. 314.*)

orienta-

orientalis. 5. B. calyc. tubo corollae breuioribus, fol. cordatis. *Pedunculi axillares multiflori.*

189. ASPERVGO. *Cal.* fructus compreſſus: lamellis plano-parallelis, ſinuatis.

procumbens. 1. A. calycibus fructus compreſſis. *Fl. dan. t. 552.*
aegyptiaca. 2. A. calyc. fructus ventricoſis. *Mant. 334.* — *Iacq. hort. v. 3. t. 21.* M. (*Forma fructus characteri generico haud exacte reſpondet.*)

190. LYCOPSIS. *Corolla* tubo incuruato.

veſicaria. 1. L. foliis integerrimis, caule proſtrato, calycibus fructeſcentibus inflatis pendulis. (Non ea decumbens. *Moench. Meth. p. 422. Ob tubum rectum et faucem nudam vt diſtinctum genus primus diſtinxit cel. Medicus Phil. bot. I. p. 31.*)
pulla. 2. L. fol. integerrimis, caule erecto, cal. fructeſcentibus inflatis pendulis. — *Iacq. Fl. auſt. v. 2. t. 188.* M.
aegyptia. 3. L. fol. integerrimis ſcabris, caulibus adſcendentibus, calyc. fructeſcentibus inflatis pendulis. *Iacq. in Litt. Miſcell. v. 3. Icon. rar.* M.
variegata. 4. L. fol. repandis dentatis calloſis, caule decumbente, corollis cernuis. Lycopſis cretica. *Riv. mon. Fl. dan. 435.* (*Fol. tuberculis calloſis albicantibus.*)
aruenſis. 5. L. fol. lanceolatis hiſpidis, calyc. floreſcentibus erectis.
orientalis. 6. L. fol. ouatis integerrimis ſcabris, calyc. erectis.
virginica. 7. L. fol. lineari-lanceolatis confertis tomentoſis mollibus, caule erecto.

191. ECHIVM. *Cor.* irregularis, fauce nuda. (*Stamina* inaequalia.)

fruticoſum. 1. E. caule fruticoſo, ramis foliisque piloſis. Bugloſſum africanum, echii folio, flore purpureo. *Pluk. mant. 33. t. 341. f. 7. Stamina corolla non longiora.*
candicans. 2. E. caule fruticoſo, hirſutum, albicans, fol. lanceolatis vtrinque acuminatis venoſo-neruoſis, panicula terminali, pedicellis ſpicatis. *Suppl. p. 131.* (*Iacq. Icon. pl. rarior. t. 30. Caul. arboreus, rami villoſi albic. Iacq. Coll. I. p. 44.*)

giganteum. 3. E. caule fruticoſo ramis canis glabris, fol. lineari-lanceolatis ſcabriuſculis ſeſſilibus, thyrſo terminali: ſpicis ſimpliciſſimis. *Suppl. p. 131.*

ſtrictum. 4. E. caule fruticoſo, fol. petiolatis ellipticis hiſpidis ſcabris, caule reuerſe-hiſpido, pedunculis axillaribus ſpicato-capitatis. *Suppl. p. 131.*

ſpicatum. 5. E. caulibus adſcendentibus ſimpliciſſimus, floribus ſpicatis. *Suppl. p. 132.*

argenteum. 6. E. fol. linearibus albido-hirſutis apice patulis. *Mant. 202.* Echium argenteum. *Berg. cap. 40.*

capitatum. 7. E. caule piloſo, flor. capitato-corymboſis aequalibus, ſtamin. corolla longioribus, fol. hiſpidis. *Mant. 42.*

plantagineum. 8. E. fol. radicalibus ouatis, lineatis petiolatis. *Mant. 202.* Echium lato plantaginis folio, italicum. *Barr. rar. 145. f. 1036* – Echii plantaginei *Varietas:* foliis radicalibus lanceolatis longe petiolatis. *Iacq. hort. v. 1. t. 45.* M.

laeuigatum. 9. E. caule laeui, fol. lanceolatis nudis margine apiceque ſcabris, corollae aequalibus, *excluſo ſynonymo Pluknetti. β.* Echium pyrenaicum. *Mant. 334.* Echium maius et aſperius, flore dilute purpureo. *Tournef. inſt. 135.* Lycopſis monſpeliaca, flore dilute purpureo. *Moriſ. blaeſ. 284.*

italicum. 10. E. caule erecto piloſo, ſpicis hirſutis, corollis ſubaequalibus, ſtaminib. longiſſimis. *Murr. Fl. gott. 143. Hudſ. angl. 70. — Anne* Echium altiſſimum *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 66. mera varietas* italici? M. (Fol. lineari-lanceol, ſtrigoſo-hirſutis, infer. neruoſis. *Ait. Kew. I. p. 187.*)

rubrum. 11. E. caule ex racemulis breuibus longe ſpicato, corollis ſubaequalibus, foliis hiſpidis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. App. t. 3.* M.

vulgare. 12. E. caule tuberculato-hiſpido, fol. caulinis lanceolatis hiſpidis, flor. ſpicatis lateralibus. *Fl. dan. t. 445.*

violaceum. 13. E. corollis ſtamina aequantibus, tubo calyce breuiore. *Mant. 42.* (*Fol. caulin. cordato-oblonga.*)

creticum. 14. E. caule procumbente, calyc. fructeſcentibus diſtantibus. *Corollae ſaturate rubrae tubo calycibus breuiore. Filamenta apice parum piloſa.*

orientale. 15. E. caule ramoſo, fol. caulinis ouatis, flor. ſolitariis lateralibus. *Tournef. itin. 2. p. 107. f. 107.*

luſitanicum. 16. E. corollis ſtamine longioribus.

1245. MESSERSCHMIDIA. *Cor.* infundibulif. fauce nuda. *Bacca* ſuberoſa, bipartibilis: ſingulo diſpermo, (triloculari.)

fruticoſa. 1. M. caule fruticoſo, foliis petiolatis, corollis hypocrateriformibus. *Suppl. p. 132.* (*L'Herit. Stirp. nov. II. t. 1.*)

Arguzia. 2. M. caule herbaceo, fol. ſeſſilibus, corollis infundibuliformibus. *Suppl. p. 132.* Meſſerſchmidia Arguzia. *Syſt. ed. 13. p. 161. Mant. 42. 334.* Tournefortia ſibirica. *Sp. pl. 202. Act. petrop. 1763. t. 315. t. 11.* ♃

192. TOVRNEFORTIA. *Bacca* (pulpoſa) 2-locularis, diſperma, ſupera, apice duobus poris perforata.*)

ſerrata. 1. T. foliis ouatis ſerratis, petiolis ſpineſcentibus, ſpicis terminalibus recuruis.

hirſutiſſima. 2. T. fol. ouatis petiolatis, caule hirſuto; ſpic. ramoſiſſimis terminalibus. (*Swartz obſ. bot. p. 56.*)

volubilis. 3. T. fol. ouatis acuminatis glabris, petiol. reflexis, caule volubili. (*Pluk. phyt. t. 235. f. 6.*)

foetidiſſima. 4. T. fol. ouato-lanceolatis hirtis, pedunc. ramoſis, ſpic. pendulis.

humilis. 5. T. fol. lanceolatis ſeſſilibus, ſpic. ſimplicibus recuruis lateralibus. (*Excludenda vtpote eadem ac* Heliotrop. fruticoſum *Swartz l. c. p. 27. et Dryand. in Transact. of th. Lin. Soc. 11.*)

cymoſa. 6. T. fol. ouatis integerrimis nudis, ſpic. cymoſis. (*Iacq. Icon. pl. rarior. t. 31. Sw. Obſ. bot. p. 57.*)

argentea. 7. T. fol. ouatis obtuſis tomentoſo-ſericeis, ſpicis terminalibus compoſitis. *Suppl. p. 133.*

ſuffruticoſa. 8. T. fol. ſublanceolatis incanis, caule ſuffruticoſo.

193. NOLANA. *Cor.* campanulata. *Stylus* inter germina. *Sem.* 5, baccata, bilocularia. (*Drupa* 5, triquinquelocular. *Gaertn.*)

proſtrata. 1. NOLANA. *Linn. dec. 1. t. 2. Mant. 334.* Atropa foliis geminatis, calycibus polycarpis, caule humiſuſo

*) Cal. 5-*partitus.* Cor. 1-*petala infundibuliform.* Bacca (*potius Drupa*) *pulpoſa 2 ſ. 4-pyrena: oſſiculis diſpermis.* Semina *erecta.* GAERTN. de fruct. I. p. 365. *Baccam apice 2 poris perforatam nunquam obſeruauit* GAERTNERVS. *Etiam ſecundum ſummum noſtrum Carpologum hocce genus ob ſitum radiculae inferum* Verbenis *Adanſoni, quam* Aſperifoliis *proprius eſt.*)

miſuſo *Gouan. hort. 82. t.* Walkeria. *Ehret. act. angl. 1764. n. 53. p. 130. t. 10.* Zwingera. *Act. helv. 5. p. 267. t. 1.* Neudorffia peruuiana repens, flore caeruleo. *Plant. fam. 219.* (Teganium procumbens. *Schmidel ic. et analyſ. p. 67. t. 18.*)

194. DIAPENSIA. *Cor.* hipocrateriſ. *Cal.* 5-phyllus. imbricatus foliolis tribus. *Stamina* tubo corollae impoſita. *Capſ.* 3-locularis.

lapponica. 1. D. floribus pedunculatis. *Fl. dan. t. 47.*

195. ARETIA. *Cor.* hypocrateriſ. 5-fida: tubo ouato. *Stigma* depreſſo-capitatum. *Capſ.* 1-locularis, globoſa, ſubpentaſperma. (*Inuolucrum*-nullum. *Schrank.*)

heluetica. 1. A. foliis imbricatis, floribus ſubſeſſilibus. Diapenſia heluetica. *Mant. 335. Ia q. vind. 303. Capſula 5-valuis. Semina cuneiformi-globoſa, 5 ſ. 13.* (*Hall. helv. nr. 617. t. XI. Fol. oblongo-ouatis imbricat. ſetis 3-furcat. hiſpidis. Schrank Fl. ſalisb. p. 61.*)

alpina. 2. A. fol. linearibus patentibus, flor. pedunculatis. *Mant. 335. — Iacq. Fl. auſt. v. 5. t. 18.* M. *Hall. act. 6. p. 16. n. 58. Flores caerulei ſegmentis emarginatis. Capſula 5-valuis.* (*Setae triſurcatae hic in foliis rariores, ſed paulo maiores. Schrank l. c.*)

Vitaliana. 3. A. fol. linearibus recuruatis, floribus ſubſeſſilibus. Primula Vitaliana. *Sp. pl. 206. Allion. pedem. 24. Flores lutei. Semina 5. Haller.*

196. ANDROSACE. *Inuolucrum* vmbellulae. *Corollae* tubus ouatus: ore glanduloſo. *Capſ.* 1-locularis, globoſa, (quinquefariam dehiſcens. *Gaertn*)

maxima. 1. A. perianthiis fructuum maximis. *Iacq. Fl. auſt. v. 4. t. 331.* M.

elongata. 2. A. fol. ſubdentatis, pedicellis longiſſimis, corollis calyce breuioribus. *Gmel. ſib. 4. t. 44. f. 4. — Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 330.* M.

ſeptentrionalis. 3. A. fol. lanceolatis dentatis glabris, perianth. angulatis corolla breuioribus. *Fl. dan. t. 7.*

villoſa. 4. A. fol. piloſis, perianth. hirſutis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 332.* M.

lactea. 5. A. fol. lanceolatis glabris, vmbella inuolucris multoties longiore. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 333.*

t. 333. M. (*Scapi plerumque 1-flori, ſed et 2-3-flori occurrunt. Schrank.*)

carnea. 6. A. fol. ſubulatis glabris, vmbella inuolucra aequante. *Folia plana, margine ſcabra. Vmbella demum inuolucro longior. Haller.* (*Allion. Pedem. t. 5. f. 1.*)

197. PRIMVLA. *Inuolucr.* vmbellulae. *Corollae* tubus cylindricus: ore patulo. (*Capſ.* 1-locul. dentib. 10 dehiſcens.)

veris. 1. P. foliis dentatis rugoſis, *α, officinalis,* limbo corollarum concauo. *Fl. dan. t. 433. β, elatior,* limbo corollarum plano. *Fl. dan. t. 434. γ, acaulis,* ſcapo nullo. *Fl. dan. t. 194.* In P. acauli *Scapus breuiſſimus ſub terra latet pedunculis elongatis.* (*In α. cal. inflatus, qui in β. cor. tubo adpreſſus eſt. Staminum ſitus et piſtilli longitudo in 3 hiſce varietatibus Linn., ſed rectius ſpeciebus, diverſa ſunt.*)

farinoſa. 2. P. fol. crenatis glabris, florum limbo plano. *Fl. dan. 125.* (*Fol. ſubtus farinoſis.*)

Auricula. 3. P. fol. ſerratis glabris. *Syſt. ed. 13. p. 162.* — Primula *Auricula,* foliis ſerratis, glabris inuerſe-ouatis, ſcapo multifloro circiter longitudine foliorum. *Iacq. miſc. v. 1. p. 160. F. auſtr. t. 415.* M.

longiflora. 4. P. fol. ſerratis glabris, vmbella nutante, corollae tubo longiſſimo. *Iacq. Miſc. v. 1. p. 159. Fl. auſtr. app. t. 46.* M. (*Fol. ſubtus farinoſa.*)

villoſa. 5. P. fol. ſerrulatis planis hirſutis. *Iacq. Miſcell. v. 1. p. 159. Fl. auſtr. app. t. 27. β, pubeſcens,* fol. ſerrulatis planis ſubuilloſis. *Iacq. Miſc. t. 18. f. 2.* M.

glutinoſa. 6. P. fol. (*addo* M. ſerrulatis) lanceolatis glutinoſis, inuolucro longitudine florum ſeſſilium. *Suppl. p. 133.* — Primula *glutinoſa,* foliis ſerrulatis glabris glutinoſis inuolucri foliolis maximis. *Iacq. Miſc. v. 1. p. 159. Fl. auſtr. app. t. 26.* M.

minima. 7. P. fol. dentatis cuneiformibus nitidis hirſutis, ſcapis ſubunifloris. Primula foliis cuneiformibus nitidis, ſcapis vnifloris. *Iacq. vind. 208. ſpec. t. 14. Fl. auſtr. t. 273.* M. Primula foliis petiolatis hirſutis ouatis ſerratis, ſcapo paucifloro. *Hall. emend. 40. Inuolucrum diphyllum. Calyx tubo breuior, vnicus, ſeſſilis. Corolla lutea, intus hirſuta.* (*Alii*

 huic

huic ſpeciei etiam corollam carneam ſ. violaceam adtribuunt. Cfr. quoque Schrank Salisburg. p. 65.)

cortuſoides. 8. P. fol. petiolatis cordatis ſublobatis crenatis. *Gmel. ſib. v. 4. t. 45.*

integrifolia. 9. P. fol. integerrimis glabris oblongis, calyc. tubuloſis obtuſis. *Iacq. vind. 209.* — *Fl. auſtr. t. 327.* Cfr. *Miſc. v. 1. p. 160.* M. *Fl. dan. 188. Corollae laciniae ſemibifidae, Tubo ſimplici abſque collo coarctato.*

carniolica. 10. P. fol. integerrimis ellipticis, vmbella erecta, calycibus acutis breuiſſimis. *Iacq. Miſc. v. 1. p. 160. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 4.* M.

198. CORTVSA. *Corolla* rotata: fauce annulo eleuato, (cui ſtamina inſerta.) *Capſ.* 1-locularis, oualis, apice 5-valuis.

Matthioli. 1. C. calycibus corolla breuioribus. *All. act. helv. 4. p. 271.* (*Allioni Pedemont. p. 93. t. 5. f. 3.*)

Gmelini. 2. C. calyc. corollam excedentibus. *Gmel. ſibir. 4. p. 79. t. 43. f. 1. Folia reniformi-cordata, crenis lobata lobis rotundatis, pilis adſperſa, longius petiolata. Scapi nudi, foliis altiores. Vmbella ſubtriflora inuolucri foliolis ouatis. Corollae albae. (Eſt genuina* Androſaces *Species Gaertn. de Fr. I. p. 232.)*

199. SOLDANELLA. *Corolla* campanulata, lacero-multifida. *Capſ.* 1-locularis. apice multidentata.

alpina. 1. SOLDANELLA. *Iacq. auſtr. t. 13. Scapus biflorus.*

200. DODECATHEON. *Cor.* rotata, reflexa. *Stam.* tubo inſidentia. *Capſ.* 1-locularis, oblonga.

Meadia. 1. DODECATHEON. (Meadia *Catesb. Carol. Tom. 3. t. 1. Curt. bot. Mag. t. 12.*)

201. CYCLAMEN. *Cor.* rotata, reflexa, tubo breuiſſimo: fauce prominente. *Bacca* tecta capſula. (*Receptac.* baccans capſulae incluſum. *Med.*)

europaeum. 1. C. corolla retroflexa. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 401.* M. (Cyclamen *europaeum*, fol. orbiculatis cordatis, crenatis. *Ait. Kew. I. p. 196.*)

indicum. 2. C. corolla limbo nutante.

202. MENYANTHES. *Cor.* hirſuta. *Stigma* 2-fidum. *Capſ.* 1-locularis.

Nymphoides. 1. M. foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. *Fl. dan. t. 339.* Limnanthemum peltatum *Gmel. act. petrop. 1769. v. 14. p. 527. t. 17. f. 2.* (*Sow. engl. bot. 217. Petala flaua, margine nec diſco ciliata. Fol. ſubſinuata.*)

indica. 2. M. fol. cordatis ſubcrenatis, petiolis floriferis, coroll. interne piloſis. *Rumph. amb. 6. t. 72.*

ouata. 3. M. fol. ouatis petiolatis, caule paniculato. *Suppl. p. 133.*

trifoliata. 4. M. fol. ternatis. *Fl. dan. t. 541.*

. . DORAENA. *Cor.* 5-fida. *Stigma* emarginatum *Capſ.* 1-locularis. *Thunb. Diſſ. n. gen. pl. p. 59.* M.

iaponica. 1. DORAENA. *Thunb. l. c. Iapon. p. 84.* M.

203. HOTTONIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina* tubo corollae impoſita. *Capſ.* 1-locularis.

paluſtris. 1. H. pedunculis verticillato-multifloris. *Fl. dan. t. 487.* (Floribus verticillatis: pedunculis vnifloris. *v. Wulf. in Iacq. Coll. 2. p. 128. Fol. verticill. pinnata; pinnis linearibus.*)

indica. 2. H.? pedunculis axillaribus vnifloris. Gratiola malabarica fol. ſtellatim dentatis. *Pet. gaz. t. 54. f. 11. male.* Erica africana, equiſeti folio *Seb. muſ. 2. t. 37. f.* *Genus etiamnum dubium.*

204. HYDROPHYLLVM. *Cor.* campanulata, interne ſtriis 5, melliferis, longitudinalibus. *Stigm.* 2-fidum. *Capſ.* globoſa, 2-valuis.

virginicum. 1. H. foliis pinnatifidis. Dentariae affinis, Echii flore, capſula anagallidis. *Dod. mem. 77. t. 77.* (*Schkuhr bot. Handb. I. p. 114. t. 35.*)

canadenſe. 2. H. fol. lobato-angulatis.

244. ELLISIA. *Cor.* infundibuliformis, anguſta. *Bacca capſ.* ſicca, bilocularis, biualuis. *Sem.* 2, punctata: altero ſupra alterum.

Nyctelea. 1. ELLISIA. *Mant. 336. Nov. act. upſ. vol. 1. p. 97. tab. 5. fig. 5.* M. Planta lithoſpermo affinis. *E. N. C. 1761. p. 330. Affinis Hydrophylli.* (*Trew Pl. ſelectae p. 56. t. 99.*)

205. LYSIMACHIA. *Cor.* rotata. *Capſ.* globoſa, mucronata; 10-valuis. (5-valv. *Gaertn.*)

* *Pedunculis multifloris.*

vulgaris. 1. L. paniculata: racemis terminalibus. *Fl. dan. t. 689.* M. (*Fol. ternis erectis. β.* maior, *fol. quaternis patentibus.*)

Ephemerum. 2. L. racem. ſimplicibus terminalibus, petalis obtuſis, ſtamin. corolla breuioribus. — Lyſimachia *Ephemerum*, caulibus ſubramoſis, racemis ſimplicibus terminalibus, corollis patentibus. *Murr. in comm. gott. 1782. p. 8. t. 2.* M. (L. racemis terminalib., petalis obouatis patulis, foliis lineari-lanceolatis ſeſſilib. *Ait. Kew. I. p. 198.*)

atropurpurea. 3. L. ſpicis terminalibus, petalis lanceolatis, ſtamin. corolla longioribus. — Lyſimachia *atropurpurea*, caulibus virgatis decompoſitis, racemis ſimplicibus terminalibus, corollis conniuentibus. *Murr. in comm. gott. 1782. p. 5. t. 1.* M. (Lyſimachia *dubia*, racem. terminal. petal. conniuent., ſtam. coroll. breuior., fol. lanceol. petiol. *Ait. Kew. I. p. 199.* Lyſim. ephemerum. *Mill. dict.*)

thyrſiflora. 4. L. racemis lateralibus pedunculatis. *Fl. dan. t. 517.* (*Flor. congeſti flaui rubro-maculati.*)

** *Pedunculis vnifloris.*

quadrifolia. 5. L. fol. quaternis petiolo ciliatis, pedunc. quaternis vnifloris. *β.* Lyſimachia ciliata. *Sp. pl. 220.* *Folia in ſummis ramulis quaterna. Pedunculi gemini vniflori, ſub calyce turbinati. Flores cernui. Petala ſerrata, mucronata.*

punctata. 6. L. fol. ſubquaternis ſubſeſſilibus, pedunc. verticillis vnifloris. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 366.* M.

Linum ſtellatum. 7. L. calyc. corollam ſuperantibus, caule erecto ramoſiſſimo. *Corolla Centunculi 5-fida. Fructus 5-valuis.*

nemorum. 8. L. fol. ouatis acutis, floribus ſolitariis, caule procumbente. *Fl. dan. t. 174.* (*Anagall. affinis.*)

Nummularia. 9. L. fol. ſubcordatis, flor. ſolitariis, caule repente. *Fl. dan. t. 493.*

iaponica. 10. L. fol. ſubcordatis, flor. axillaribus, pedunculis folio breuioribus. *Thunb. iap. p. 83.* M.

206. ANAGALLIS. *Cor.* rotata. *Capſ.* circumſciſſa.

aruenſis. 1. A. foliis indiuiſis, caule procumbente. *Fl. dan. t. 88.* (*β.* caerulea, *caul. ſubalato. pet. dentatis.*)

Monelli. 2. A. fol. indiuiſis, caule erecto. (*Caul. ramoſiſſ., fl. violacei. Schellenb. Icones. Pl. t. IV.*)

latifolia. 3. A. fol. cordatis amplexicaulibus, caule compreſſo.

linifolia. 4. A. fol. linearibus, caule erecto.

tenella. 5. A. fol. ouatis acutiuſculis, caule repente. Lyſimachia tenella. *Sp. plant. 11. Stamina villoſa. Capſula circumſciſſa. P. Browne.* (*Corolla rubra. Curt. Fl. lond. t. 187.*)

207. THEOPHRASTA. *Cor.* campanul. laciniis et diuiſuris obtuſis. *Capſ.* 1-locularis, globoſa, maxima, polyſperma.

americana. 1. THEOPHRASTA. (*Semina oblonga nitida, receptaculo carnoſo ſuccoſo baſi inſidente affixa. Fol. verticillata. petiol., rigida: ſerraturis ſpinoſis. Swartz obſ. bot. p. 59.*)

1368. RETZIA. *Cor.* cylindrica, extus villoſa. *Stigma* bifidum. *Capſ.* 2-locularis. *Suppl. p.* 18. *Thunb. nov. gen. pl. p.* 4.

ſpicata. 1. RETZIA. *Suppl. p. 138.* — Retzia capenſis. *Thunb. in act. Lund. P. 1. p. 55. tab. 1. fig. 2.* M.

209. SPIGELIA. *Cor.* infundibulif. *Capſ.* didyma, 2-locularis, polyſperma.

Anthelmia. 1. S. caule herbaceo, foliis ſummis quaternis. (*Plenk. Pl. officin. t. 88. Spica ſecunda.*)

marilandica. 2. S. caule tetragono, fol. omnibus oppoſitis. Lonicera *marilandica*, ſpicis terminalibus, foliis ouato-oblongis acuminatis diſtinctis ſeſſilibus. *Sp. pl. 249. Hope act. edinb. 3. ann. 1771. p. 151. t. 1. Mant. 338. Radix perennis. Caules annui. Spica ſolitaria ſecunda.* (*Curt. bot. Mag. t. 80.*)

210. OPHIORRHIZA. *Cor.* infundibulif. *Germen* 2-fidum. *Stigmata* 2. *Fructus* 2-lobus. (*Capſ.* 2-loba.)

Mungos. 1. O. foliis lanceolato-ouatis. (*Gaertn. de fr. I. p. 264.*)

Mitreola. 2. O. fol. ouatis. (floribus digynis *Swartz obſ. bot. p. 59. t. III. f. 2.*)

1366. VIRECTA. *Cal.* 5-phyllus: dentibus interiectis. *Cor.* infundibulif. *Stigm.* bipartitum. *Capſ.* 1-locularis. *Suppl. p.* 17.

biflora, 1. VIRECTA. *Suppl. p.* 134. (Rondeletia biflora. *Rottb. in Act. Hafn.* 1. *p.* 276. *t.* 2. *f.* 1.)

1248. LISIANTHVS. *Cor.* tubo ventricoſo laciniis recuruatis. *Cal.* carinatus. *Stigm.* 2-lamellatum. *Capſ.* 2-locularis, biualuis: valvularum marginibus intortis. Cfr. *Suppl p.* 135.

longifolius. 1. L. foliis lanceolatis. *Mant.* 43.

cordifolius. 2. L. fol. cordatis. *Mant.* 43.

Chelonoides. 3. L. glaber, fol. oppoſitis ſubconnatis oblongis, panicula terminali dichotoma racemoſa. *Suppl. p.* 134. (*Excluſo Aubletii ſynonymo.*)

glaber. 4. L. glaber, fol. ouatis petiolatis, corymbis terminalibus. *Suppl. p.* 134. (*Smith icon. II. t.* 29.)

211. RANDIA. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* hypocraterif. *Bacca* 1-locularis cortice capſulari.

mitis. 1. R. ſubinermis. *Synonyma Sloanei et Raii dubia.*

aculeata. 2. R. ramis biſpinoſis. (a b. *Aitonio Kew. I. p.* 295. *ſub nomine:* Gardenia aculeata, *Gardeniis eſt adnumerata, cui etiam aſſentit cel. Swartz obſ. bot. pag.* 61. *Bacca enim*, inmatura *2-locul.*, *matura diſſepimentum adhuc tenuiſſimum habet.*)

. . FAGRAEA. *Cal.* campanulatus. *Cor.* infundibulif. *Bacca* 2-locul. carnoſa. *Sem.* globoſa. *Stigma* peltatum. *Thunb Diſſ. nov. gen. pl. p.* 34. M.

zeylanica. 1. FAGRAEA. *Thunb. l. c. p.* 35. *Id. in act. ſtockh.* 1782. *p.* 132. *t.* 4. M.

1367. SCHEFFIELDIA. *Cor.* campanulata. *Filamenta* decem: *alterna* ſterilia. *Capſ.* 1-locularis, 5-valvis. *Suppl p.* 18.

repens. 1. SCHEFFIELDIA. *Suppl. p.* 135.

212. AZALEA. *Cor.* campanulata. *Stamina* receptaculo inſerta. *Capſ.* 5-locularis.

pontica. 1. A. foliis nitidis lanceolatis vtrinque glabris, racemis terminalibus. *Suppl. p.* 1669.

indica. 2. A. floribus ſubſolitariis, calycibus piloſis.

nudi-

nudiflora. 3. A. fol. ouatis, corollis piloſis, ſtaminibus longiſſimis. (*Huius ſequentisque ſpeciei multae dantur quoad colorem floris inprimis, varietates. Cfr. Ait. Kew. I. p. 202-204. Curt. bot. Mag. t. 180. Stamina corolla duplo longiora.*)

viſcoſa. 4. A. fol. margine ſcabris, corollis piloſo-glutinoſis. (*Stamina vix corollis longiora.*)

lapponica. 5. A. fol. adſperſis punctis excauatis. (*Fl. dan. t. 966.*)

procumbens. 6. A. ramis diffuſo-procumbentibus. *Fl. dan. t. 9.*

1369. EPACRIS. *Cor.* infundibuliformis villoſa. *Squamae* nectariferae, *germini* adnatae. *Capſ* 5-locularis, 5-valuis *Suppl. p.* 19. (Cfr. *Gaertn. de fruct. tom.* 2. *p.* 77.)

longifolia. 1. E. arborea, foliis ſubulatis vaginantibus, racemis erectis, floribus oppoſitis. *Suppl. p. 138.*

iuniperina. 2. E. arborea, fol. ſparſis linearibus acutis patentibus ſeſſilibus, racemis cernuis, floribus alternis. *Suppl. p. 138.*

pumila. 3. E. herbacea, fol. ouato-oblongis imbricatis, floribus ſeſſilibus ſubſolitariis. *Suppl. p. 138.*

. . WEIGELA. *Cor.* infundibulif. *Stigma* peltatum. *Styl.* e baſi germinis. *Thunb. diſſ nov. gen. pl. p.* 5. M.

iaponica. 1. WEIGELA. *Thunb. in act. ſtockh. 1780. p. 137. t. 5. Iapon. p. 90.* M. (*Cfr. Thunb. in Transact. of the Lin. ſoc. II. p. 331.*)

1371. TECTONA. *Cor.* infundibulif. *Stigma* dentatum. *Drupa* ſicca ſpongioſa, intra calycem inflatum. *Nucleus* trilocularis. *Suppl. p.* 20.

grandis. 1. TECTONA. *Suppl. p. 251.* (*W. Roxburgh. Pl. of the Coaſt of Coromand. p. 10. t. 6. Gaertn. de fr. 1. p. 275. t. 57.*)

213. PLVMBAGO. *Cor.* infundibulif. *Stamina* ſquamis baſin corollae claudentibus inſerta. *Stigma* 5-fidum. *Sem* 1, oblongum, tunicatum. (*Cal.* perſiſt. hiſpidus.)

europaea. 1. P. foliis amplexicaulibus lanceolatis ſcabris. *Calyx extus tuberculis baſeos 5 praeter glandulas petiolatas.* (*Plenk Pl. officin. t. 95.*)

zeylanica.

zeylanica. 2. P. fol. petiolatis ouatis glabris, caulibus filiformibus.

roſea. 3. P. fol. petiolatis ouatis glabris, ſubdenticulatis, caule geniculis gibboſis. (*Cor. rubra. Styl. villoſus. Stigm. 5-fidum: laciniis capillarib., patentiſſ. villoſis Iacq. coll. III. p. 220.*)

ſcandens. 4. P. fol. petiolatis ouatis glabris, caule flexuoſo-ſcandente. — *Iacq. amer. pict. p. 18. t. 13.* M. (*Fol. alterna ouata lanceol. acum. neruoſa patent. Swartz obſ. bot. p. 62.*)

214. PHLOX. *Cor.* hypocrateriſ. *Filamenta* inaequalia. *Stigma* 3-fidum. *Cal.* priſmaticus. *Capſ.* 3-locularis, 1-ſperma.

paniculata. 1. P. foliis lanceolatis margine ſcabris, corymbis paniculatis.

maculata. 2. P. fol. lanceolatis laeuibus, racemo oppoſite corymboſo. *Mant. 335.* — *Iacq. hort. v. 2. t. 127.* M. (*Caul. ſubſcaber maculatus.*)

piloſa. 3. P. fol. lanceolatis villoſis, caule erecto, corymbo terminali.

carolina. 4. P. fol. lanceolatis laeuibus, caul. ſcabro, corymbis ſubfaſtigiatis.

glaberrima. 5. P. fol. lineari lanceolatis glabris, caule erecto, corymbo terminali. (*Kerner Oeconom. Pflanzen t. 136.*)

diuaricata. 6. P. fol. lato-lanceolatis: ſuperioribus alternis, caule bifido, pedunculis geminis. (*Curt. bot. Mag. t. 163. Caul. ſuperne piloſus. Moench.*)

ouata. 7. P. fol. ouatis, floribus ſolitariis.

ſubulata. 8. P. fol. ſubulatis hirſutis, flor. oppoſitis.

ſibirica. 9. P. fol. linearibus villoſis, pedunc. ternis. *Gmel. ſibir. 4. p. 87. t. 46. f. 2.*

ſetacea. 10. P. fol. ſetaceis glabris, flor. ſolitariis.

1339. PORANA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 5-fidus, in fructu maior. *Stylus* ſemibifidus, longior, perſiſtens. *Stigmata* globoſa. *Per.* biualue.

volubilis. PORANA. *Burm. ind. 51. t. 21. f. 1. Mant. 560.*

215. CONVOLVVLVS. *Cor.* campanulata, plicata. *Stigmata* 2. *Capſ.* 2-locularis: loculis diſpermis. *)

* *Caule volubili.*

aruenſis. 1. C. foliis ſagittatis vtrinque acutis, pedunculis ſubunifloris. *Fl. dan. t.* 459.

ſepium. 2. C. fol. ſagittatis poſtice truncatis, pedunc. tetragonis vnifloris. *Fl. dan. t.* 458. (*Bract.* 2 *magnae.*)

Scammonia. 3. C. fol. ſagittatis poſtice truncatis, pedunc. teretibus ſubtrifloris. (*Plenk. Pl. officin. t.* 92.)

ſibiricus. 4. C. fol. cordatis acuminatis laeuibus, pedunc. vnifloris. *Mant.* 203. (*Pedunculi incraſſati anguloſi bifidi. Stigm.* 2. *flora Roth. bot. abhandl. p.* 28.)

farinoſus, 5. C. fol. cordatis acuminatis repandis, pedunc. trifloris, caul. farinoſo. *Mant.* 203. *Iacq. hort. t.* 35.

Medium. 6. C. fol. linearibus haſtato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunc. vnifloris, calyc. ſagittatis, caule volubili. *Affinis C. reptantis.* (*Fol. lineari-lanceol. acutis; baſi dilatatis dentatis. Vahl Symb.* 3. *p.* 24.)

iaponicus. 7. C. fol. haſtatis lanceolatis: foliis lateralibus vnidentatis, caule volubili, pedunculis vnifloris. *Thunb. iap. p.* 85.

panduratus. 8. C. fol. cordatis integris panduriformibus, calyc. laeuibus.

carolinus. 9. C. fol. cordatis integris trilobisque villoſis, calyc. laeuibus, capſ. hirſutis, pedunc. ſubbifloris.

hederaceus. 10. C. fol. cordatis integris trilobisque, coroll. indiuiſis, fructibus erectis.

Nil. 11. B. fol. cordatis trilobis, coroll. ſemiquinquefidis, pedunculis petiolo breuioribus. (*Nomen* Nil *eſt arabicum. Curt. bot. Mag. t.* 188.)

purpu-

---

*) *De characteribus diſtinctiuis huius ſequentisque generis* ill. IACQVIN *in* Collect. auſtriacis III. p. 303-306 *egregias communicauit obſeruationes, ex quibus palam eſt,* Conuoluulos et Ipomoeas *ſolummodo quoad* ſtigmatis *formam inter ſe certe eſſe disiungendas; illud enim in Conuoluulis eſt* bipartitum *in lacinias lineares, quod vero in Ipomoeis* capitatum *aut* papilloſum *inuenitur. Secundum haſce notas conuoluuli ſpecies: 4, 9, 11, 12, 33, 35, 40 et 62 ob* ſtigma *capitatum, 2-3-lobum papilloſum ad Ipomoeas transmigrare debent. Caeterae enim fructificationis partes inconſtantes et promiſcue vni alteriue generi competunt.)*

purpureus. 12. C. fol. cordatis indiuiſis, fructibus cernuis, pedicellis incraſſatis.

angularis. 13. C. fol. cordatis quinquangularibus integerrimis villoſis, pedunc. multifloris. *Mant. 203. Burm. ind. 46. t. 19. f. 2.*

Batatas. 14. C. fol. cordatis haſtatis quinqueneruiis, caule repente tuberifero hiſpido. *An huius plures ſpecies diſtinctae?* (*Plenk Pl. officin. t. 106.*)

biflorus. 15. C. fol. cordatis pubeſcentibus, pedunc. germinis, corollis lobis trifidis. *Sp. pl. p. 1668.*

verticillatus. 16. C. fol. cordatis oblongis nudis, pedunc. vmbellatis bifidis multifloris.

vmbellatus. 17. C. fol. cordatis, caule volubili, pedunc. vmbellatis. (*Vid. Deſcr. apud. Swartz. obſ. bot. p. 62.*)

malabaricus. 18. C. fol. cordatis glabris, caule perenni villoſo.

canarienſis. 19. C. fol. cordatis pubeſcentibus, caule perenni villoſo, pedunc. multifloris.

muricatus. 20. C. fol. cordatis, pedunc. incraſſatis calycibusque laeuibus, caule muricato. *Mant. 44.*

anceps. 21. C. fol. cordatis, caule volubili vtrinque carinato. *Mant. 43.* (*Caul. 2-alatus, fol. glabra. Stigm. capitat. Vahl. l. c. p. 31.*)

Turpethum. 22. C. fol. cordatis angulatis, caule membranaceo quadrangulari, pedunc. multifloris. (*Plenk Pl. officin. II. t. 105. Rad. rubicunda.*)

grandiflorus. 23. C. fol. cordatis ouatis obtuſiuſculis integerrimis, pedunculatis ſubbifloris, calycibus coriaceis, caule petiolisque pubeſcentibus. *Suppl. p. 136.* – Conuoluulus *grandiflorus*, foliis rotundato-cordatis acutis pedunculatis vnifloris, caule perenni glabro. *Iacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 69.* M.

maximus. 24. C. fol. cordatis ouatis acuminatis integerrimis glaberrimis, caule petiolisque glaberrimis. *Suppl. p. 137.* (*Cfr. Vahl ſymb. 3. p. 27.*)

ſpecioſus. 25. C. fol. cordatis ouatis acutis ſupra hirtis ſubtus argenteo-ſericeis, petiolis teretibus.. *Suppl. p. 137.* (pedunculis petiolo longioribus vmbelliferis, calycib. acutis, caule volubili. *Ait. Kew. 1. p. 211. Smith Ic. pictae t. 17. Stigma 2-fidum.*)

trineruius. 26. C. fol. cordatis oblongis glabris trineruiis, caule volubili tereti, pedunculis vnifloris. *Thunb. iap. p. 85.* M.

peltatus. 27. C. fol. peltatis, pedunc. multifloris. *Rhumph. amb. 5. t. 157.*

Ialapa. 28. C. fol. difformibus: cordatis angulatis oblongis lanceolatisque, caule volubili, pedunculis vnifloris. *Mant. 43.* (C. *Ialapa,* caule volubili, fol. ouat. ſubcordatis obtuſis, obſolete repandis ſubtus villoſis, pedunculis vnifloris. *Ait. Kew. 1. p. 211.*)

ſericeus. 29. C. fol. lanceolato-ellipticis, ſubtus tomentoſo-ſericeis, pedunc. ſubumbellatis, calyc. piloſis, caule volubili. *Mant. 43.* Conuoluulus mollis. *Burm. ind. 44. t. 17. f. 1.*

tomentoſus. 30. C. fol. trilobis tomentoſis, caule lanuginoſo.

althaeoides. 31. C. fol. cordatis ſinuatis ſericeis: lobis repandis. pedunc. bifloris. *Spontanea pedunculis vnifloris eſt.* (*Cfr. Deſcr. Wulf. in Coll. I. p. 316.*)

cairicus. 32. C. fol. pinnato-palmatis ſerratis, pedunc. filiformibus paniculatis, cal. laeuibus. *Excluſo C. Bauhini ſynonymo.* (*Stipula foliiformis palmat., axillis tomentoſis. Stigm. capitatum. Vahl Symb. bot. I. p. 15.* Ipomoea palmata *Forſk. Deſcr. p. 43.*)

copticus. 33. C. fol. pedatis ſerratis, pedunc. enſiformibus bifloris, calyc. muricatis. *Mant. 559.* Conuoluulus quinquefolius. *Bauh. prodr. 134.*

vitifolius. 34. C. fol. palmatis quinquelobis glabris dentatis, caule piloſo, pedunc. multifloris. *Burm. ind. 45. t. 18. f. 1. Mant. 203.* Conuoluulo ſimilis bryoniae albae foliis villoſis. *Pluk. alm. 135. t. 25. f. 3.*

diſſectus. 35. C. fol. palmatis ſeptempartitis dentato-ſinuatis glabris, caule piloſo, pedunc. vnifloris. *Iacq. obſ. 2. p. 4. t. 28. — Hort. v. 2. t. 159.* M.

macrocarpus. 36. C. fol. palmato-pedatis quinquepartitis, pedunc. vnifloris.

paniculatus. 37. C. fol. palmatis: lobis ſeptem ouatis acutis integerrimis, pedunc. paniculatis. *β.* Modecca. *Rheed. mal. 8. p. 39. t. 20. Variat foliis 3-lobis ſ. 5-lobis.*

macrorhizos. 38. C. fol. digitatis ſeptenis integerrimis, caule glabro, pedunc. trifloris.

quinquefolius. 39. C. digitatis glabris dentatis. pedunc. laeuibus. (*Stigm. 2, ſubgloboſa. Swartz. Obſ. bot. p. 64.*)

pentaphyllus. 40. C. fol. digitatis quinis piloſis integerrimis. caule piloſo. (Ipomoea *pentaphylla*, fol. digitatis quinis; foliolis ſeſſilibus; pedunc. multifloris. *Iacq. Coll. v. 2. p. 297. Ic. pl. rar. t. 319.*)

martinicenſis. 41. C. fol. ellipticis, caule repente (*addo* M.) ſubvolubili. — *Iacq. amer. pict. p. 19. t. 24.* M.

** *Caule non-volubili.*

ſpinoſus. 42. C. fruticoſus erectus, fol. lanceolatis ſericeis, ramulis floriferis ſpinoſis. *Suppl. p. 137.*

ſiculus. 43. C. fol. cordato-ouatis, pedunc. vnifloris: bracteis lanceolatis, flor. ſeſſilibus.

pentapetaloides. 44. C. fol. lanceolatis obtuſis nudis lineatis, ramis declinatis, flor. ſolitariis ſemiquinquefidis. *Syſt. nat. 3. p. 229. (Roth. bot. Abhandl. t. 3.)*

lineatus. 45. C. fol. lanceolatis ſericeis lineatis petiolatis, pedunc. bifloris, calycibus ſericeis ſubfoliaceis. *All. taur. 55. (Fol. argentea obtuſa mollia, petiolo lato breuiſſ.)*

Cneorum. 46. C. fol. lanceolatis tomentoſis, flor. vmbellatis, calyc. hirſutis, caule erecto. *Caulis terminatur Vmbella tetraphylla. 5 radiata: Pedunculo centrali vnifloro, aphyllo; lateralibus 4. ſ. 5-floris. Bracteae 2 ſub bifurcatura, et 2 ſub altero flore. Calyces obtuſi, hirſuti, vti bracteae.*

Cantabrica. 47. C. fol. lineari-lanceolatis acutis, caule ramoſo erectiuſculo, calyc. piloſis, pedunc. ſubbifloris. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 296.* M. Conuoluulus fol. lineari-lanceolatis acutis, caule ramoſo erectiuſculo, pedunc. ſubbifloris. *Ger. prov. 318.* *β.* Conuoluulus terreſtris. *Sp. pl. 224.*

Dorycnium. 48. C. fol. ſublinearibus ſericeis, caule fruticuloſo paniculato, calyc. nudiuſculis obtuſis.

ſcoparius. 49. C. fruticoſus erectus glaber ramis virgatis, fol. ſeſſilibus linearibus, racemo terminali, pedunculis ſubtrifloris. *Suppl. p. 135.*

Oenotheroides. 50. C. fruticoſus erectus, fol. linearibus caneſcentibus, pedunculis axillaribus ſolitariis erectis vnifloris bracteatis, calycibus lanceolatis glabris. *Suppl. p. 137.*

floridus. 51. C. fruticoſus proſtratus canus, foliis lineari-lanceolatis glabris, thyrſo terminali pyramidali compoſito. *Suppl. p. 136.*

corymboſus. 52. C. fol. cordatis, pedunc. vmbellatis, caule repente.

ſpithamaeus. 53. C. fol. cordatis pubeſcentibus, caule recto, pedunculis vnifloris.

perſicus. 54. C. fol. oualibus tomentoſis, pedunc. vnifloris. *Tota planta Verbaſci inſtar tomentoſa. Flos albus. Lerche.*

tricolor. 55. C. fol. lanceolato ouatis glabris, caule declinato, floribus ſolitariis.

repens.

repens. 56. C. fol. ſagittatis poſtice obtuſis, caule repente, pedunculis vnifloris. (*Fol. primaria cordato-acum., ſtolonum vero cordato-ſagittata. Pedunc. axill. 2-rarius 4-florus. Vahl l. c. p. 17.*)

reptans. 57. C. fol. haſtato-lanceolatis: auriculis rotundatis, caule repente, pedunc. vnifloris.

edulis. 58. C. fol. cordatis integris trilobisque glabris, caule repente angulato. *Thunb. iap. p. 85.* M.

hirtus. 59. C. fol. cordatis ſubhaſtatisque villoſis, caule petiolisque piloſis, pedunc. multifloris.

Soldanella. 60. C. fol. reniformibus, pedunc. vnifloris. (*Plenk. l. c. t. 93.*)

Pes caprae. 61. C. fol. bilobis, pedunc. vnifloris. (*Procumbens, fol. emarginata, tomentoſa, ſaepe bilobo-pandurata. Lour. l. c. p. 109.*)

braſilienſis. 62. C. fol. emarginatis baſi biglanduloſis, pedunc. trifloris.

ſublobatus. 63. C. fol. ſuperioribus apice dentato-repandis, caule procumbente, floribus capitatis. *Suppl. p. 135.*

littoralis. 64. C. fol. oblongis lobato-palmatis, pedunc. vnifloris, caule repente. *Plum. ic. 90. f. 2.*

216. IPOMOEA. *Cor.* infundibulif. *Stigm.* capitato-globoſum. *Capſ.* 3-locularis.

* *Floribus diſtinctis.*

Quamoclit. 1. I. foliis pinnatifidis linearibus, floribus ſubſolitariis. (*Curt. bot. Mag. t. 244. Fl. coccinei. Fol. pinnata: pinnis oppoſitis diſtantibus.*)

rubra. 2. I. fol. pinnatifidis linearibus, flor. racemoſis pendulis. Polemonium rubrum. *Sp. plant. 231. Generis dubii, miſſa a D. Elliſio. Caulis ſuffruticoſus, rectus: Calyx monophyllus tubo breui, dentibus ſubulatis tubo Calycis longioribus. Stamina corollae tubo medio inſerta absque valuulis. Planta non lacteſcit.*

vmbellata. 3. I. fol. digitatis ſeptenis, pedunc. vmbellatis breviſſimis.

carolina. 4. I. fol. digitatis: foliolis petiolatis, pedunc. vnifloris.

coccinea. 5. I. fol. cordatis acuminatis baſi angulatis, pedunc. multifloris. (*Fol. petiolata, 5-angulata. Cor. tubus ſubcuruo-teres. Swartz Obſ. bot. p. 65.*)

lacunoſa. 6. I. fol. cordatis acuminatis ſcrobiculatis baſi angulatis, pedunc. ſubunifloris flore breuioribus. Con-

voluulus coroliniauus, flore minore ſanguineo. *Rai. ſuppl. pag. vlt.*

ſolanifolia. 7. I. fol. cordatis acutis integerrimis, flor. ſolitariis.

tuberoſa. 8. I. fol. palmatis: lobis ſeptenis lanceolatis acutis integerrimis, pedunc. trifloris. *Iacq. obſ. 39.* — *Amer. pict. p. 20.* M. Ipomoea heptadactyla maior ſcandens, flore maiori campanulato, calyce membranaceo, ſeminibus villoſis. *Brown. iam. 155.* *Flores ſulphurei.*

digitata. 9. I. fol. palmatis: lobis ſeptenis lanceolatis obtuſis, pedunc. trifloris.

bona nox. 10. I. fol. cordatis acutis integerrimis, caul. aculeato, flor. ternis, coroll. indiuiſis.

campanulata. 11. I. fol. cordatis, pedunc. multifloris, perianthio exteriore orbiculari, coroll. campanulatis lobatis. (*Niſi forte in aliena ſpecie, tamen perianthium aliud orbiculare ſe non vidiſſe teſtatur Loureiro Cochinch. I. p. 112.*)

violacea. 12. I. fol. cordatis integerrimis, flor. coſertis, conrollis indiuiſis. Conuoluulus maior, folio ſubrotundo, fl. amplo purpureo. *Sloan. iam. 55. hiſt. 1. p. 155. t. 98. f. 1.*

carnea. 13. I. fol. cordatis glabris, pedunc. multifloris, coroll. marginatis. *Sp. pl. 1668.* — *Iacq. amer. pict. p. 19. t. 25.* M.

repanda. 14. I. fol. cordatis oblongis repandis, pedunc. ramoſis cymoſis. *Sp. pl. 1668.* — *Iacq. amer. pict. p. 20. t. 27.* M.

filiformis. 15. I. fol. cordatis obtuſis cum acumine integerrimis, pedunculis racemoſis filiformibus. *Iacq. amer. pict. p. 20. t. 26.* M.

haſtata. 16. I. fol. ſagittato-haſtatis, pedunc. bifloris. *Burm. ind. 150. t. 18. f. 2. Mant. 204.*

glaucifolia. 17. I. fol. ſagittatis poſtice truncatis, pedunc. bifloris.

triloba. 18. I. fol. trilobis cordatis, pedunc. trifloris.

hederifolia. 19. I. fol. trilobis cordatis, pedunc. multifloris racemoſis.

** *Floribus aggregatis.*

hepaticifolia. 20. I. fol. trilobis, flor. aggregatis. *Burm. ind. 50. t. 20. f. 2.*

tamnifolia. 21. I. fol. cordatis acuminatis piloſis, flor. aggregatis.

Pes tigridis. 22. I. fol. palmatis, flor. aggregatis.

217. POLEMONIVM. *Cor.* 5-partita, fundo clauſo valvis ſtaminiferis. *Stigma* 3-fidum. *Capſ.* 3-locularis, ſupera.

caeruleum. 1. P. foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus tubo corollae longioribus. *Fl. dan. t.* 255. (*var. fl. albo et caeruleo.*)

reptans. 2. P. fol. pinnatis ſeptenis, flor. terminalibus nutantibus. *Differt a praecedenti Radice repente, Foliolis 7, nec 17, Panicula laxa, ſubnutante, nec ſtricta.* (*Mill. ic.* 140. *t.* 209.)

dubium. 3. P. fol. inferioribus haſtatis, ſuperioribus lanceolatis. *Stylus ſemibifidus. Dubii generis.*

Roelloides. 4. P. erectum, caule filiformi, fol. lanceolatis ciliatis, panicula pauciflora pedunculata nuda. *Suppl. p.* 139.

Campanuloides. 5. P. erectum glabrum, foliis lineari-lanceolatis integris erectis, floribus terminalibus ſolitariis. *Suppl. p.* 139.

218. CAMPANVLA. *Cor.* campanulata fundo clauſo valvis ſtaminiferis. *Stigm.* 3-fidum. *Capſ.* infera, poris lateralibus dehiſcens.

* *Foliis laeuioribus* (*anguſtioribus.* M.)

cenifia. 1. C. caulibus vnifloris, foliis ouatis glabris integerrimis ſubciliatis. *Sp. pl.* 1669. *Hall. emend.* 161.

vniflora. 2. C. caule vnifloro, calyce corollam aequante. *Caulis ſolitarius erectus.*

pulla. 3. C. cauliculis vnifloris, fol. caulinis ouatis crenatis, calyc. (flor.) cernuis. *Jacq. obſ.* 30. *t.* 18. — *Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 285. M. (*Caul. erect. ſimpl.*)

rotundifolia. 4. C. fol. radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. (*Curt. Fl. londin. Caul. brevis, ramoſiſſ., diffuſus. Fol. radicalia citiſſime euaneſcunt, hinc vt plurimum deſunt. Huius ſpeciei plures dantur varietates, quarum nonnullae verae ſpecies videntur.* Cfr. *Panzeri Obſ. bot. p.* 40-47.)

patula. 5. C. fol. ſtrictis: radicalibus lanceolato-oualibus, panicula patula. *Fl. dan. t.* 373. (*Sowerb. engl. Bot. t.* 42. *Fol. glabra; fl. terni: intermed. longe pedicellat., calyc. laciniae vtrinque bidentatae.*)

Rapunculus. 6. C. fol. vndulatis: radicalibus lanceolato-oualibus, panicula coarctata. — *Fl. dan. t.* 855. M. (*Fol. piloſa, panicula ſubſecunda.*)

perſicifolia. 7. C. fol. radicalibus obouatis, caulinis lanceolato-linearibus ſubſerratis ſeſſilibus remotis. (*Tota planta glabra. Fol. ſeſſ. infer. ligulata, ſerraturae albidae.*)

pyramidalis. 8. C. fol. laeuibus ſerratis cordatis: caulinis lanceolatis, caulib. iunceis ſimplicibus, vmbellis ſeſſilibus lateralibus. (*A baſi fere vsque ad apicem vndique ramulos florigeros emittit.*)

americana. 9. C. fol. cordatis lanceolatisque, petiolis ciliatis, flor. ſecundis, coroll. quinquepartitis planis. *Mant.* 337.

lilifolia. 10. C. fol. lanceolatis: caulinis acute ſerratis, flor. paniculatis nutantibus.

rhomboidea. 11. C. fol. rhomboidibus ſerratis, ſpica ſecunda, calycib. dentatis. β. Campanula alpini. *Sp. pl. 1669.*

vnidentata. 12. C. erecta glabra, fol. lanceolatis acutis vtrinque vnidentatis, panicula diuaricata folioſa. *Suppl. p. 139.*

capillacea. 13. C. herbacea erecta, fol. filiformibus glabris, panicula terminali, floribus alternis. *Suppl. p. 139.*

linearis. 14. C. herbacea erecta, fol. linearibus integris glabris, floribus cernuis, capſulis hiſpidis. *Suppl. p. 140.*

Lobelioides. 15. C. glaberrima, ramoſiſſima, fol. lanceolatis ſerratis ſeſſilibus, paniculis terminalibus ſecundis, corolla infundibuliformi. *Suppl. p. 140.* (C. *Lobelioides*, cauliculis teretibus ſtrictis glabris, fol. lineari-lanceolatis denticulatis, corollis ſubinfundibuliformibus tri-quadrifidisque. *Aiton. Kew. I. p. 219.*)

carpatica. 16. C. fol. glabris cordatis ſerratis petiolatis, pedunculis elongatis, calyce reflexo glutinoſo, corolla patula. *Suppl. p. 140.* — Campanula carpatica. *Iacq. hort. v. 1. t. 57.* M. (*Curt. bot. Mag. t. 117. Calyc. foliola glanduloſo-ſerrata; rami filiformes.*)

grandiflora. 17. C. fol. ternis oblongis ſerratis, caule vnifloro, flore patulo. *Suppl. p. 140.* — Campanula *grandiflora*, caule ſubunifloro, foliis ſublanceolatis ſerratis, corolla patente *Iacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 2. Folia rariſſime ſunt ternata, caulis quandoque biflorus item rarius triflorus. Iacq.* Non poteſt pro varietate praecedentis haberi; nam C. *carpaticae* caulis adſcendens, *grandiflorae* erectiſſimus,

ctiſſimus, illius cultura ramoſiſſimus, huius et ſub illa ſimplex, illius folia perpetuo cordata omnia, huius plane nulla, vt de radice aliisque nihil proferatur. *Iacq.* M. (*Curt. bot. Mag. t.* 252.)

aurea. 18. C. capſulis quinquelocularibus, ſtigmatibus quinquefidis, caule paniculato, fol. duplicato-ſerratis. *Suppl. p. 141.*

tenella. 19. C. caulibus diffuſis filiformibus, foliis ouatis ſubvnidentatis reflexis, floribus ſolitariis terminalibus. *Suppl. p. 141.*

poroſa. 20. C. fol. lanceolatis laeuibus, caule erecto ſurſum punctis poroſo. *Suppl. p. 142.*

vndulata. 21. C. fol. lanceolatis dentatis vndulatis, floribus ſubſolitariis pedunculatis. *Suppl. p. 142.*

** *Foliis ſcabris* (*latioribus.* M.)

latifolia. 22. C. fol. ouato-lanceolatis, caule ſimpliciſſimo tereti, flor. ſolitariis pedunculatis, fruct. cernuis. — *Fl. dan. t. 782.* M. Trachelium maius belgarum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 172.*

rapunculoides. 23. C. fol. cordato-lanceolatis, caule ramoſo, flor. ſecundis ſparſis, calyc. reflexis. (*Fol. ſeſſilia. Caulem ſemper* ſimplicem *obſeruaui. An genuina Linnaeana ſpecies hinc diuerſa?*)

bononienſis. 24. C. fol. ouato-lanceolatis ſubtus ſcabris ſeſſilibus, caule paniculato. *Mant. 337.* Campanula caule ramoſiſſimo, fol. ouato-lanceolatis ſubtus tomentoſis, petiolis multifloris erectis. *Hall. flor. 689.* (*Racemus laxus vt plurimum vnilateralis. Stigm. 2-3-fidum. Haenke in Iacq. Coll. II. p. 7.*)

graminifolia. 25. C. fol. lineari-ſubulatis, capitulo terminali. *Similis Phyteumae hemiſphaericae, ſed grandior. Radix multis caeſpitibus. Folia anguſtiſſima, graminea, baſi ciliata; caulina ſubamplexicaulia, moxque ſubulata. Caules ſimpliciſſimi, vix foliis longiores. Flores faſciculati in capitulum; Bracteis ouatis apice ſubulatis. Stigma bifidum.*

cinerea. 26. C. erecta tomentoſa, fol. ſubulatis integris erectis approximatis, floribus ſolitariis terminalibus. *Suppl. p. 139.*

hiſpidula. 27. C. hiſpida, floribus erectis, calycibus longitudine corollae. *Suppl. p. 142.*

Trachelium. 28. C. caule angulato, fol. petiolatis, calyc. ciliatis, pedunc. trifidis. (*Sowerb. engl. bot. t. 12. Cor. intus villoſa.*)

glomerata. 29. C. caule angulato ſimplici, flor. ſeſſilibus, capitulo terminali. (*Sowerb. l. c. t. 90. Caul. pubeſcens. Fol. ouato-lanceolata. Flor. 3-ni erecti conglomerati.*)

Ceruicaria. 30. C. hiſpida, flor. ſeſſilibus, capitulo terminali, fol. lanceolato-linearibus vndulatis. — *Fl. dan. t. 787.* M. (*Caul. elongat. hiſpidus. Fl. laterales vtplurim. 3, in faſcic. ſeſſil., terminal. 6-8 in capit. hemiſphaerico.*)

thyrſoidea. 31. C. hiſpida, racemo ouato-oblongo terminali, caule ſimpliciſſimo, fol. lanceolato-linearibus. *Iacq. vind. 211. obſ. 33. t. 21.* — *Fl. auſtr. v. 5. t. 411.* M.

petraea. 32. C. caul. angulato ſimplici, flor. ſeſſilibus capitato-glomeratis, fol. ſubtus tomentoſis. *Pluk. phyt. 152. f. 1.*

*** *Capſulis obtectis calycis ſinubus reflexis.*

dichotoma. 33. C. capſ. quinquelocularibus obtectis, caule dichotomo, flor. cernuis. (*Ramoſiſſ. hirſuta. Cal. ſinus acute dependentes. Iacq. Coll. V. p. 37. t. 12.*)

Medium. 34. C. capſ. quinquelocularibus obtectis, caul. indiviſo erecto folioſo, flor. erectis. (*Flor. ſubvilloſi terni, calicis laciniae appendiculatae reflexae fruct. obtegunt. Vill. Dauph. II. p. 508.*)

barbata. 35. C. capſ. quinquelocularibus obtectis, caule ſimpliciſſimo ſubunifolio, fol. lanceolatis, corollis barbatis. Campanula foliis hiſpidis, caule ſubvnifloro. *Variat caule floribus 2-4. Scop. ann. 2. p. 45.* (*Iacq. Obſ. bot. t. 37.*)

ſpicata. 36. C. hiſpida, ſpica laxa, flor. alternis, fol. linearibus integerrimis. (*Echium refert.*)

alpina. 37. C. caule ſimplici, pedunc. vnifloris axillaribus diphyllis. *Sp. plant. 1669.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 118.* M. *Bracteae duae.* (*Scapus foliis flaueſc. adpreſſis veſtitus. Oeſtr. Fl. p. 116.*)

mollis. 38. C. capſ. quinquelocularibus obtectis pedunculatis, caul. proſtrato, fol. ſuborbiculatis. Campanula hirſuta, ocymi folio caulem ambiente, flore pendulo. *Bocc. ſic. 83.* Viola mariana minor caerulea, folio ſubrotundo, calyce corniculato. *Barr. ic. 759.* *β* Campanula dichotoma. *Sp. pl. 237.*

ſaxatilis. 39. C. capſ. quinquecarinatis obtectis, flor. alternis nutantibus, fol. obouatis crenatis.

ſibirica.

ſibirica. 40. C. capſ. trilocularibus obtectis, caule paniculato. *Gmel. ſib. 3. p. 154. t. 29.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 200.* M. *Pedunculi ſaepius triflori.* (*Folia vndulato-criſpa.*)

tridentata. 41. C. capſ. quinqueloculari obtecta, caule vnifloro, fol. radicalibus tridentatis. *Mant. 44.*

laciniata. 42. C. capſ. obtectis pedunculatis, fol. ſerratis: radicalibus lyratis: caulinis lanceolatis.

ſtricta. 43. C. capſ. obtectis, fol. hirtis, caulinis lanceolatis ſerratis, caul. ſimpliciſſimo, flor. ſeſſilibus.

canarienſis. 44. C. capſ. quinquelocularibus, fol. oppoſitis haſtatis dentatis petiolatis. *Radix tuberoſo-fuſiformis. Caulis ſolitarius, erectus, teres, laeuis, tripedalis articulis incraſſatis. Rami terni: ſuperioribus longioribus, apice dichotomis. Folia petiolata, haſtata, denticulata, laeuia, venoſa: Caulina terna; Ramea oppoſita. Flores e dichotomia ramorum ſuperiorum, ſolitarii, pedunculati, cernui. Calyx germine hexagona, coronato, foliolis lanceolatis, recuruatis, laeuibus. Corolla campanulata, foliis maior, rufa Fritillariae imperialis. Nectarium valuulis diſtantibus. Filamenta patentia. Antherae apice pendulae. Stylus clauatus, ſtaminibus longior. Stigma fiſſum. Plerumque numerus ſenarius in germine, calyce, corolla, ſtaminibus, nectario, ſtigmate, rarius quinarius, obtinet.*

fruticoſa. 45. C. capſ. columnaribus quinquelocularibus; caule fruticoſo, fol. lineari-ſubulatis, pedunc. longiſſimis.

Speculum. 46. C. caule ramoſiſſimo diffuſo, fol. oblongis ſubcrenatis, flor. ſolitariis, capſ. priſmaticis. (*Curt. bot. Mag. t. 108.*)

hybrida. 47. C. caule baſi ſubramoſo ſtricto, fol. oblongis crenatis, calyc. aggregatis corolla longioribus, capſ. priſmaticis.

O 5 limo-

(*Huius generis capſulis priſmaticis inſtructas ſpecies ad proprium conexit genus* ill L'HERITIER, *quod ita determinat:* PRISMATOCARPOS, Cal., Cor., Stam. *vt in* Campanula. Germen *inferum, longiſſimum, polygono cylindricum.* Stigm. *2-3-fidum.* Capſ. *priſmatico cylindrica, longiſſima 2-3-locularis, polyſperma, foraminibus ſuperis emittens* Semina Columellae *affixa; et ad quod retulit n. 45, 46, 47 et 48. conſeruatis tamen nominibus triuialibus. vid.* L'HERIT. Sertum anglicum. p. 1.)

limonifolia. 48. C. ramis patentibus indiuiſis, fol. radicalibus ellipticis laeuibus integerrimis, flor. ſeſſilibus ternis.

Pentagonia. 49. C. caule ſubdiuiſo ramoſiſſimo, fol. linearibus acuminatis. *Flores nobis ſaepius mutili.*

perfoliata. 50. C. caule ſimplici, fol. cordatis dentatis amplexicaulibus, flor. ſeſſilibus aggregatis.

capenſis. 51. C. fol. lanceolatis dentatis hiſpidis, pedunc. longiſſimis, capſ. ſtrigoſis.

Elatines. 52. C. fol. cordatis dentatis pubeſcentibus petiolatis, caul. proſtratis, pedunc. capillaribus multifloris. (*Petala reuoluta. Fol. lata. All. pedem. t. 7. f. 2.*)

hederacea. 53. C. fol. cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo. (*Sowerb. engl. bot. t. 73.*)

erinoides. 54. C. caul. diffuſis, fol. lanceolatis ſubſerratis decurrentibus linea ſcabra, flor. pedunculatis ſolitariis. *Mant. 44.*

heterophylla. 55. C. fol. ſubouatis glabris integerrimis, caulibus diffuſis. *Folia obouata, integerrima, pubeſcentia, apice vndulata. Caulis ramoſus alterne. Flores penduli, caeruleſcentes.*

Erinus. 56. C. caul. dichotomo, fol. ſeſſilibus: ſuperioribus oppoſitis tridentatis. *Ramificatio oppoſita. Corolla regularis, calyce minor. Stigma trifidum; omnia Campanulae.* (Caule diuaricatiſſimo, fol. trifidis, corrol. paruis. *Vill. Dauph. p. 514.*)

****

ſeſſiliflora. 57. C. proſtrata, fol. lineari-ſubulatis integris, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus. *Suppl. p. 139.*

faſciculata. 58. C. fruticoſo erecta, fol. ouatis ſubunidentatis recuruis, flor. glomeratis terminalibus. *Suppl. p. 139.*

paniculata. 59. C. herbacea, caule paniculato, ramis diuaricatis, fol. lanceolatis integris, flor. terminalibus ſolitariis. *Suppl. p. 139.*

adpreſſa. 60. C. herbacea erecta, fol. lanceolatis dentatis recuruis baſi ciliatis adpreſſis, panicula decompoſita. *Suppl. p. 140.*

verticillata. 61. C. foliis floribusque verticillatis. *Suppl. p. 141.*

procum-

**** *Iunctim ſub hoc ſigno Campanulas nouas enumero, quae rite collocari nequeunt, quoniam hiſce notae ſubdiuiſionum in deſcriptionibus non adiectae.* M.

procumbens. 62. C. caule dichotomo diffuſo, fol. ouatis crenatis obtuſis, flor. ſolitariis erectis. *Suppl. p. 141.*

triphylla. 63. C. fol. ternis linearibus, floribus veticillato-ternis. *Thunb. iapon. p. 87.* M.

tetraphylla. 64. C. fol. quaternis oblongis ſerratis. *Thunb. l. c.* M.

glauca. 65. C. fol. ſeſſilibus ouatis ſerratis ſubtus glaucis, caule angulato paniculato, pedunculis vnifloris. *Thunb. l. c.* M.

marginata. 66. C. fol. lanceolatis vndulatis ſerratis marginatis, ramis debilibus, flor. terminalibus ſolitariis. *Thunb. l. c.* M.

220. ROELLA. *Cor.* infundibulif. fundo clauſo ſtaminiferis, valuulis. *Stigma* 2-fidum. *Capſ.* 2-locularis, cylindrica, infera.

ciliata. 1. R. foliis ciliatis: mucrone recto. *Berg. cap. 41.* (*Cal.* ſuper: laciniis magn. inciſ. perſiſt. *Capſ.* 1-locul. apice peruia. *Gaertn. de fruct. 1. p. 154. t. 31.*)

reticulata. 2. R. fol. ciliatis: mucrone reflexo. *Folia Gorteriae ciliaris.*

ſquarroſa. 3. R. herbacea diffuſa, fol. ouatis recuruatis dentatis, floribus terminalibus aggregatis. *Suppl. p. 143.*

muſcoſa. 4. R. herbacea diffuſa, fol. ouatis dentatis reflexis, flor. terminalibus ſolitariis. *Suppl. p. 143.*

ſpicata. 5. R. fruticoſa erecta, fol. lanceolatis integris ciliatis, flor. terminalibus ſubſpicatis. *Suppl. p. 143.*

220. PHYTEVMA. *Cor.* rotata laciniis linearibus, 5-partita. *Stigma* 2-ſ. 3-fidum. *Capſ.* 2-ſ. 3-locularis, infera. (*Cor.* primo corniculata, dein 5-fida: laciniis apice ſubcohaerentibus.)

pauciflora. 1. P. capitulo ſubfolioſo, foliis omnibus lanceolatis. *Capſ. 2. ſ. 3-locularis. Stylus ſaepius bifidus. Bractea cordatae, (magnae ciliatae.) Folia crenata.*

hemiſphaerica. 2. P. capitulo ſubrotundo, fol. linearibus ſubintegerrimis. *Stylus trifidus.* (*Iacq. Pl. rariſſ. v. 2. ic.*)

comoſa. 3. P. faſciculo terminali ſeſſili, fol. dentatis: radicalibus cordatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 50.* M. *Barr. ic. 889. Scop. ann. 2. p. 48.* (*Caul.*

(*Caul. et fol. glauca. Cor. baſi caerulea ſurſum atrouiolac. Oeſtr. fl. p. 112.*)

orbicularis. 4. P. capit. ſubrotundo, fol. ſerratis: radicalibus cordatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 437.* M. 24. (*In alpibus fere fruteſcens. Subſtantia in omnib. partibus craſſior. Bract. lanceolatae lineares, valde ciliatae. Oeſtr. Fl. l. c.*)

ſpicata. 5. P. ſpica oblonga, capſ. bilocularibus, fol. radicalibus cordatis. *Fl. dan. t. 362.* (*Spica cylindrica, flor. albi. Ab hac vt ſpecies forte diſtinguenda:* Ph. *Rapunculus,* radice repente craſſa, fol. inferioribus cordatis: caulinis oblongis ſeſſilibus, ſpica ex ouato ſubtereti. *Huic flor. colore obſcure violacei. Styl. 2-fidus. Pro varietate P. ſpicatae ceteroquin habita eſt.*)

pinnata. 6. P. flor. ſparſis, fol. pinnatis.

221. TRACHELIVM. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* globoſum. *Capſ.* trilocularis, infera.

diffuſum. 1. T. ramoſiſſimum, diffuſum, ramis diuaricatis. *Suppl. p. 143.*

tenuifolium. 2. T. erectiuſculum, fol. linearibus ciliatis hiſpidis. *Suppl. p. 143.*

caeruleum. 3. T. ramoſum, erectum, fol. ouatis ſerratis planis *Suppl. p. 143.* Trachelium caeruleum. *Syſt. ed. 13. p. 17.* (*Valerianis affine.*)

222. SAMOLVS. *Cor.* hipocrateriformis. *Stamina* munita ſquamulis corollae. *Capſ.* 1-locularis, infera, (5-valuis.)

Valerandi. 1. SAMOLVS. *Fl. dan. t. 198.*

223. NAVCLEA. *Cor.* infundibuliformis. *Sem.* 1, inferum, biloculare. *Receptac. commune* globoſum. (*Capſ.* infera, 2-locularis, 2-cocca. *Sem.* caudata *Gaertn.*)

orientalis. 1. NAVCLEA.

224. RONDELETIA. *Cor.* infundibuliformis, *Capſula* 2locularis, infera, polyſperma, ſubrotunda, coronata.

americana. 1. R. foliis ſeſſilibus, panicula dichotoma.

aſiatica.

aſiatica. 2. R. fol. petiolatis oblongis acutis. (*Ob figuram corollae diuerſam, et fructum, qui Bacca non huius generis videtur. Swartz obſ. p. 67.*)

obouata. 3. R. fol. petiolatis ſubouatis obtuſis. *Sp. pl. p. 1671.* Rondeletia odorata. *Iacq. amer. pict. p. 34. t. 61.* M.

trifoliata. 4. R. fol. ternis. *Sp. pl. 1671. — Iacq. amer. pict. p. 34. t. 62.* M.

225. MACROCNEMVM. *Cor.* campanulata. *Capſ.* infera, 2-locularis, (valuulis lateribus externe dehiſcentibus.) *Sem.* imbricata.

iamaicenſe. 1. MACROCNEMVM. (*Swartz l. c. p. 68. t. 111. f. 1. Panicula dichotoma.*)

226. BELLONIA. *Cor.* rotata. *Capſ.* 1-locularis, infera, polyſperma, calyce roſtrata.

aſpera. 1. BELLONIA. (*Swartz obſ. bot. p. 69.*)

227. PORTLANDIA. *Cor.* clauato-infundibuliformis. *Antherae* longitudinales. *Capſ.* pentagona, retuſa, bilocularis, polyſperma, coronata *calyce* 5-phyllo.

tetrandra. 1. P. floribus tetrandris, fol. oblongis obtuſis, ſtipulis latis. *Suppl. p. 143.*

grandiflora. 2. P. flor. pentandris. — *Iacq. amer. pict. p. 35. t. 64.* M. (Foliolis calycis ouatis. *Smith Ic. pictae p. 6. t. 6.*)

hexandra. 2. P. flor. hexandris. *Mant. 45. Iacq. amer. pict. p. 35. t. 65.* M.

1294. SCAEVOLA. *Cor.* monopetala: tubo longitudinaliter fiſſo. Limbo 5-fido laterali. *Drupa* infera, 1-ſperma. *Nucleus* bilocularis.

Lobelia. 1. SCAEVOLA. — *Iacq. amer. pict. p. 36. t. 199.* M. Lobelia Plumieri. *Sp. plant. 1317.* Bugloſſum littoreum. *Rumph. amb. 4. p. 116. t. 54. Planta non lacteſcit Iacq.* (Fol. obouata glabra integerrima *Vahl ſymb. 2. p. 37.*)

228. CINCHONA. *Cor.* infundibulif. apice lanata. *Capſ.* infera, 2-locularis, diſſepimento parallelo. — *Sem.* imbricata. *Iacq.* M.*)

officinalis. 1. C. foliis ellipticis ſubtus pubeſcentibus, corollae limbo lanato. *Suppl. p. 144.* Cinchona officinalis. *Syſt. ed. 13. p. 178. Condam. act. pariſ. 1738. — Comm. noric. 1744. p. 217. t. 1. f. 3.* M. *Folia oppoſita, petiolata, integerrima, ſubtus tomentoſa. Flores paniculati, pedicellati. Cal. monophyllus, minimus, campanulatus, obſoletiſſime 5-dentatus. Cor. infundibuliformis, extus tomentoſa: Tubus cylindricus, calyce multoties longior; Limbus tubo breuior, 5 partitus: laciniis ouato-oblongis, patentibus, apice intus margineque lanatus. Filamenta 5, ſetacea, e medio tubi. Antherae oblongae, ſupra baſin exteriorem affixae in fauce corollae. Capſula bipartibilis, dehiſcens in duas partes diſſepimento parallelo latere interiore. Miſit D. Mutis. Ordine natur.* Contortis *accedit.*

caribaea. 2. C. pedunculis vnifloris. *Iacq. amer. 16. — Eiusd. Obſeruat. bot. P. 2. p. 27. Amer. pict. p. 35. t. 63. Dubitauit b. Linn. Syſt. ed. 13. p. 187. an haec ad idem genus pertineret: fauet vero ipſa deſcriptio generis in Syſt. ſuppeditata. Iacq.* M. (*Fol. ouato-lanceol.; ſtam. exſerta; odor florum gratiſſimus Swartz. Obſ. bot. p. 73.*)

corymbifera. 3. C. fol. oblongo-lanceolatis, corymbis axillaribus *Suppl. p. 144.* Conf. *Forſter in act. upſ. n. v. 3. p. 176. Corticis ſapor amariſſimus, ſubadſtringens, ſimillimus eo cortici peruuiano.*

229.

---

*) *Huius generis hiſtoriam egregie illuſtrarunt tam* Olaf SWARTZ *in Act. Holm. 1787. et in vtiliſſimo ſaepius allegato opere: Obſerv. botanicae, quam* M. VAHLIVS *in Skrifter af Naturalhiſtorie-Selskabet v. 1. Prior characterem generis eſſentialem ita definit:* Cor. *hypocrateriformis.* Capſ. *infera, 2-locularis: diſſepimentis parallelis intus dehiſcentibus.* Sem. *alata imbricata. — Poſterior* Cinch. officinalem *alia ſpecie commixtam tali modo determinat:*

Cinchona officinalis, *fol. ouato-lanceolatis glabris, capſulis oblongis. Skrift. etc. p. 17, t. 1.* Cinchona officinalis. *Lin. ſpec. pl. p. 244.*

Cinchona Macrocarpa, *fol. oblongis, ſubtus pubeſcentibus coſtatis Skrift. p. 20. t. 111.* Cinch. officinalis. *Lin. Syſt. veg. ed. 12. p. 164.* **In ambabus ſpecieb. corolla tomentoſa et ſtam. incluſa ſunt.)**

229. PSYCHOTRIA. *Cal.* 5-dentatus, coronans. *Cor.* tubuloſa, (varia.) *Bacca* globoſa. *Sem.* 2, hemiſphaerica, ſulcata.

aſiatica. 1. P. ſtipulis emarginatis, foliis lanceolato-ouatis. Pſychotria carthaginenſis fruteſcens, fol. obouatis. *Iacq. amer. 65. t. 174. f. 22. — Ed. 2. pict. p. 37. t. 260. f. 19.* M.

ſerpens. 2. P. caule ſubherbaceo repente, fol. ouatis vtrinque acutis. *Mant. 204. Multum ſimilis Pſ. herbaceae, diſtincta tamen.*

herbacea. 3. P. caule herbaceo repente, fol. cordatis petiolatis. *Iacq. amer. 66. t. 46. — Ed. 2. pict. p. 37. t. 67.* M.

emetica. 4. P. herbacea procumbens, fol. lanceolatis glabris, ſtipulis extrafoliaceis ſubulatis, capitulis axillaribus pedunculatis paucifloris. *Suppl. p. 144.* Ipecacuanha *Piſ. braſil. p. 101? Margr. braſ. p. 17? — Ex teſtimonio empirici cuiusdem autoptae, cl*[mo] *Mutis dato, haec vera ſtirps eſt, cui radicem Ipecacuanhae venalem debemus.*

230. COFFEA. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina* ſupra tubum. *Bacca* infera, diſperma. *Sem.* arillata.

arabica. 1. C. floribus quinquefidis diſpermis. *Folia ſubtus in alis neruorum coſtalium puncto ſecretorio inſtruuntur.* (*Plenk Pl. offic. t. 130.*)

occidentalis. 2. C. flor. quadrifidis, baccis monoſpermis. *Iacq. amer. 67. t. 47. — Ed. 2. pict. p. 37. t. 68.* M.

231. CHIOCOCCA. *Cor.* infundibuliformis, aequalis. *Bacca* 1-locularis, 2-ſperma, infera, (compreſſa. *Sem.* laeuia *Swartz.*)

paniculata. 1. C. erecta, foliis ouatis, floribus terminalibus paniculatis, dentibus ſtipularibus binis. *Suppl. p. 145.* (*Secundum cel. Swartz l. c. p. 77.* Pſychotriae *ſpecies eſt.*)

racemoſa. 2. C. ſcandens, fol. lato-lanceolatis, flor. lateralibus paniculato-racemoſis, dente ſtipulari vnico *Suppl. p. 145.* Chiococca *racemoſa,* foliis oppoſitis. *Syſt. ed. 13. p. 179. Iacq. amer. pict. p. 38. t. 69.* M. *β.* Chiococca ſcandens ſarmentis tenuiſſimis et fere indiuiſis. *Brown. iam. 164. Obſ.* Chiococca alternifolia *an Ceſtri ſpecies?*

232. HAMELLIA. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 5-locularis, infera, polyſperma.

patens. 1. H. racemis patentibus. *Iacq. amer. 71. t. 50.* — *Ed. 2. pict. p. 39. t. 72.* M. *An vna vel plures ſpecies?* (*Videſis Swartz Prodrom. p. 67.*)

233. LONICERA. *Cor.* monopetala, irregularis. *Bacca* polyſperma, 2-locularis, infera.

* Periclymena, *caule volubili.*

Caprifolium. 1. L. floribus verticillatis terminalibus ſeſſilibus, fol. ſummis connato-perfoliatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 357.* M.

ſempervirens. 2. L. verticillis aphyllis terminalibus, fol. ſummis connato-perfoliatis. *Flores fere regulares.* (*Schmidts baumz. II. t. 104. Flor. tubuloſi phoenicei.*)

dioica. 3. L. verticillis aphyllis terminalibus, fol. omnibus connato-perfoliatis. (L. *dioica*, vertic. ſubcapitatis bracteol., fol. deciduis ſubtus glaucis: ſummis connato-perfol., cor ringentibus baſi gibbis. *Ait. Kew. 1. p. 230.*)

Periclymenum. 4. L. capitulis ouatis imbricatis terminalibus, fol. omnibus diſtinctis. (*Curt. fl. lond. Memorabilis huius ſpeciei varietas* quercifolia *paſſim obſervatur.*)

iaponica. 5. L. flor. binis terminalibus ſeſſilibus, fol. omnibus diſtinctis, caule volubili. *Thunb. iapon. p. 85.* M.

media. 6. L. capitulis verticillatis aphyllis terminalibus, corolla breui, gibbo baſeos didymo, fol. ſummis connato-perfoliatis. *Murr. in comm. gott. 1776. p. 28. t. 3. Caulis et infloreſcentia, qualis in Periclymenis, corolla autem breuis tubo gibboſo, vt in Chamaeceraſis.* M. (*Secundum Dryander in Tranſact. of the Lin. ſoc. v. 2. p. 223.* et *Aiton.* in *Horto kewenſi tom. 1. p. 230. a* L. dioica *non diuerſa.*)

** Chamaeceraſa, *pedunculis bifloris.*

nigra. 7. L. pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, fol. ellipticis integerrimis. — *Iacq. Flor. auſtr. n. 4. t. 314.* M. *Folia iuniora hirſuta, integerrima, ſubplicata, vnde quaſi ſerrata. Stipulae ouato-lanceolatae. Bracteae ſquamis 2 aridis*

dis et foliolis 3 tranſuerſis latis. Calyx latiuſculus. Corolla purpuraſcens. Semina 5. Haller. emend. 135. (Cor. patula, lab. infer. pendulum.)

tatarica. 8. L. pedunc. bifloris, bacc. diſtinctis, fol. cordatis obtuſis. *Flores purpureſcenti albi. — Iacq. Miſc. v. 3. t.* M. (*Iacq. Ic. pl. rar. t. 37.*)

Xyloſteum. 9. L. pedunc. bifloris, bacc. diſtinctis, integerrimis pubeſcentibus. *Fl. dan. t. 808.* M. *Flores exalbidi.*

pyrenaica. 10. L. pedunc. bifloris, bacc. diſtinctis, fol. oblongis glabris.

alpigena. 11. L. pedunc. bifloris, bacc. coadunatis didymis, fol. ouali lanceolatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 274.* M. *Folia glabra. Corollae non calcaratae. luteae, inaequales. Calycis laciniae 2 ſuperiores vix diſtinctae. Bacca tota diſperma. (Semina in quolibet loculam. 2., adeoque in vniuerſo fructu 12, ex his autem non niſi 3 aut 2 ſaltem matureſcunt. Gaertn. de fr. et ſem pl. tom. 1. p. 136.)*

caerulea. 12. L. pedunc. bifloris, bacc. coadunatis globoſis, ſtylis indiuiſis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 17.* M. *Cortex flauiſſimus. Semina ſaepe 10. Flores flaui.* (*Fruct. caerulei.*)

*** *Caule erecto, pedunculis multifloris.*

Symphoricarpos. 13. L. capitulis lateralibus pedunculatis, fol. petiolatis. (*Plenk Pl. officin. t. 133. Fol. oppoſita ſubſeſſil. Fl. parui faſcicul. in axillis foliorum.*)

bubalina. 14. L. capitul. terminalibus pedunculatis, fol. oblongis integerrimis glabris. *Suppl. p. 146.* (*Involucr. polyphyll. breuiſſ., corollaque extus villoſa Vahl. ſymb. 3. p. 37. An huius generis?*)

Dieruilla. 15. L. racemis terminalibus, fol. ſerratis, (diſtichis.)

corymboſa. 16. L. corymbis terminalibus, fol. ouatis acutis.

234. TRIOSTEVM. *Cor.* monopetala, ſubaequalis. *Cal.* longitudine corollae. *Bacca* 3-locularis, monoſperma, infera. (*Sem.* 3, oſſea, ſulcata *Gaertn.*)

perfoliatum. 1. T. floribus verticillatis ſeſſilibus. *Folia perfoliata.* (*Nect. corpus calloſ. foueae tubi Cor. adnatum. Corol. hinc baſi ſaccata. Roth.*)

anguſtifolium. 2. T. flor. oppoſitis pedunculatis. (Fol. connatis, pedunc. oppoſitis 1-floris. *Vahl ſymb. 3. p. 37.*)

235. MORINDA. *Flores* aggregati, monopetali. *Stigma* 2-fidum. *Drupae* aggregatae. (*Baccae* inferae aggreg. 4-locular. *Gaertn.*)

vmbellata. 1. M. erecta, foliis lanceolato-ouatis, pedunculis confertis.

citrifolia. 2. M. arborea, pedunc. ſolitariis.

Royoc. 3. M. procumbens. — *Iacq. Hort. v. 1. t. 16.* M. (*Caul. inferne procumb. Baccae 2-ſpermae Sw. obſ. p. 78.*)

236. CONOCARPVS. *Cor.* 5-petala aut nulla. — *Cal.* campanulatus M. *Semina* nuda, ſolitaria, infera. (*Flores* aggregati.) — *Vncis includo haec, quum non quadrent in C. racemoſam.* M.

erecta. 1. C. erecta, foliis lanceolatis. *Iacq. amer. 78. t. 52. f. 1. — Ed. 2. pict. p. 42. t. 78.* M. Conocarpus Manghana arbor curaſſauica, foliis ſalignis. *Cateſb. car. 2. p. 33. t. 33.* (*Filamenta 5-10, ſubulata, e baſi calycis, petala nulla. Sw. l. c. p. 79. Samara cochleariformis, 1-ſperma. Gaertn. de fr. II. p. 470.*)

procumbens. 2. C. procumbens, fol. obouatis. *Iacq. amer. 79. t. 52. f. 2. — Ed. 2. pict. 42. t. 260. f. 22. quoad fol.* M. *An varietas C. erectae?*

racemoſa. 3. C. fol. lanceolato-ouatis obtuſiuſculis, fructibus ſegregatis. Conocarpus floribus completis remotis. *Iacq. amer. 80. t. 53. — Ed. 2. pict. p. 42. t. 79.* M. *Huic Petala 5, ſubrotunda; in prioribus nulla. Stamina huic 10.* Cfr. *Suppl. p. 146.* (*Fruct. compreſſi ſulcati coronati non dehiſc. Semina intra cruſtam germinant. Sw. l. c. p. 88.*)

237. KVHNIA. *Flos* compoſitus, floſculoſus. *Sem.* ſolitaria: pappo plumoſo. *Receptac.* nudum.

eupatorioides. 1. KVHNIA. *Linn. inn. dec. 21. t. 11.* Eupatorium *alternifolium*, foliis alternis, calycibus multifloris, pappo plumoſo. *Ard. ſpec. 2. p. 40. t. 20. Differt ab omnibus floribus compoſitis Antheris ſeparatis, etiam ab Eupatorio foliis alternis.* (*Antherae vere ſunt coalitae, hinc potius* Eupatorii *ſpecies. Schreb. Gen. Pl. Lin. Ed. 8. p. 823.*)

238. ERITHALIS. *Cor.* 5-partita: laciniis recuruis. *Cal.* vrceolatus. *Bacca* 10-locularis, infera.

fruticoſa. 1. ERITHALIS. Erithalis *odorifera*, arborea erecta. *Iacq. amer.* 72. *t.* 173. *f.* 23. — E. *fruticoſa. Iacq. amer. pict. p.* 39. *t.* 260. *f.* 20. *quoad florem et fructum.* M. Sambucus ligno duro odoratiſſimo ſ. Santalum racemoſum, foliis obtuſis. *Plum. ic. t.* 249. *f.* 2. *Arbor foliis oppoſitis; Corymbis compoſitis.* (*Filamenta* 5, 6, 8, 10 *e baſi calycis. Stigm.* 2-*fidum. Swartz Obſ. bot. p.* 81.)

239. MENAIS. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 3-phyllus. *Bacca* 4-locularis. *Sem.* ſolitaria.

topiaria. 1. MENAIS.

241. MVSSAENDA. *Cor.* infundibulif. *Stigm.* 2, craſſiuſcula. *Bacca* oblonga, infera. *Sem.* 4-fariam diſpoſita.

frondoſa. 1. M. panicula foliis coloratis. *Mant.* 338. *vbi male* M. formoſa *dicta.* (*Tota planta fere villoſa. Cfr. Vahl l. c.* 3. *p.* 37.)

ſpinoſa. 2. M. ſpinoſa, flor. ſeſſilibus aggregatis. *Mant.* 45. — *Iacq. amer. pict. p.* 39. *t.* 71. M. *Spinae quaternae.* (Gardenia armata. *Swartz. Prodr. p.* 51.)

1231. MATTHIOLA. *Cor.* tubuloſa, ſupera, indiuiſa. *Calyx* integer. *Drupa* nucleo globoſo.

ſcabra. 1. MATTHIOLA. *Arbuſcula viſa ſolo Plumiero, dum occurrat, attente deſcribenda, imprimis quoad characterem etiamnum dubium.* (*Planta obſcura et forte ſola* Guettardae *ſpecies:* floribus pentandris. *Swartz Obſ. bot. p.* 81.)

242. MIRABILIS. *Cor.* infundibul. ſupera. *Cal.* inferus. *Nectarium* globoſum, germen includens. (*Sem.* 1, calyce inuolucrat. *Gaertn.*)

dichotoma. 1. M. floribus ſolitariis axillaribus erectis ſeſſilibus. (*Plenk Pl. officin. t.* 139.)

Ialapa. 2. M. flor. congeſtis terminalibus erectis. *Plenk l. c. t.* 137.)

longiflora. 3. M. flor. congeſtis longiſſimis ſubnutantibus terminalibus, fol. ſubuilloſis.

243. CORIS. *Cor.* monopetala, irregularis. *Cal.* ſpinoſus. *Capſ.* 5-valuis, ſupera.

monſpelienſis. 1. CORIS. (*Fol. rigida, acuta. Flor. terminales purpuro-violacei Villars Dauph. p. 464.*)

1229. BROSSAEA. *Cor.* truncata. *Cal.* cornoſus. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma.

coccinea. 1. BROSSAEA. *Planta obſcura, et charactere dubia, praeter ea, quae habet Plumier. Statura Codio nonnihil ſimilis videtur.*

245. VERBASCVM. *Cor.* rotata, ſubinaequalis. *Capſ.* 2-locularis, 2-valuis. (*Stam.* inaequalia, vtplurimum villoſa.)

Thapſus. 1. V. foliis decurrentibus vtrinque tomentoſis, caule ſimplici. — *Fl. dan. t. 361.* M.

thapſoides. 2. V. fol. decurrentibus, caul. ramoſo. *An hybrida V. Thapſi?* (*Ab eo vix ſpecie diuerſum.*)

Boerhaauii. 3. V. fol. ſublyratis, flor. ſeſſilibus. *Mant. 45. An Till. piſ. t. 50.?* (*Mill. ic. t. 273.*)

phlomoides. 4. V. fol. ouatis vtrinque tomentoſis: inferioribus petiolatis.

Lychnitis. 5. V. fol. cuneiformi-oblongis. *Fl. dan. t. 586.* (*Fol. oblongo-ouata, crenata.*)

nigrum. 6. V. fol. cordato-oblongis petiolatis. (*Sow. engl. bot. t. 59. β. Fol. baſi lyrata:* V. Chaixi. *Vill. l. c. p. 491.*)

phoeniceum. 7. V. fol. ouatis nudis crenatis radicalibus, caule ſubnudo racemoſo. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 125* M. *Folia radicalia ouata, ſubſeſſilia, nuda, laeuia, rugoſa, vix crenata. Caulis erectus, ſimplex, bipedalis. Rami ex alis infimis, erecti, ſimplices, longitudine caulis; omnes angulati, ſubpubeſcentes pilis apice viſcidis. Folia caulina cordata, ſeſſilia, glabra, rugoſo-venoſa. Racemus omnium terminalis, ſimplex, pedalis. Pedunculi ſimplices, ſolitarii, vniflori. Calyx 5 partitus: foliolis inferioribus fere minoribus. Corolla rotata, ſaturate purpurea. Filamenta purpurea, barbata: horum ſuperiora 3 barba alba. Antherae reniformes, compreſſae, nigricantes polline fuluo. Piſtillum purpureum, deflexum.*

Blattaria. 8. V. fol. amplexicaulibus oblongis glabris, pedunc. ſolitariis. (*Stamina purpuro-villoſa.*)

ſinua-

ſinuatum. 9. V. fol. radicalibus pinnatifido-repandis tomenſis: caulinis amplexicaulibus nudiuſculis; rameis primis oppoſitis.

Osbeckii. 10. V. fol. inciſis nudis, caule folioſo, calyc. lanatis, pedunc. bifloris.

ſpinoſum. 11. V. caule folioſo ſpinoſo fruteſcente. (*Pedunc. in ſpinam deſinens. Saepe loco pedicelli ſpina patentiſſ. Vahl Symb. 2. p. 39.*)

Myconi. 12. V. fol. lanatis radicalibus, ſcapo nudo. *Trew. Ehret. 26. t. 57. Mill. ic. t. 277.*

246. DATVRA. *Cor.* infundib. plicata. *Cal.* tubuloſus, angulatus, deciduus. *Capſ.* 4-valuis.

ferox. 1. D. pericarpiis ſpinoſis erectis ouatis: ſpinis ſummis maximis conuergentibus.

Stramonium. 2. D. pericarp. ſpinoſis erectis ouatis, fol. ouatis glabris. *Fl. dan. t. 436.* (*Fol. ſubſinuata.*)

Tatula. 3. D. pericarp. ſpinoſis erectis ouatis: fol. cordatis glabris dentatis.

faſtuoſa. 4. D. pericarp. tuberculatis nutantibus globoſis, fol. ouatis angulatis. *Rumph. amb. 5. t. 243. f. 2. Caulis rufus punctis ſ. lineolis albis.*

Metel. 5. D. pericarp. ſpinoſis nutantibus globoſis, fol. cordatis ſubintegris pubeſcentibus. *Calyx non angulatus, ſed teres, ſubtumidus, peniformis.* (*Ex inconſtantia habitus huius plantae videtur, diuerſas ſpecies a Linnaeo enumeratas pro varietatibus habendas eſſe. Loureiro Cochinch. I. p. 110.*)

arborea. 6. D. pericarp. glabris inermibus nutantibus: caule arboreo.

laeuis. 7. D. pericarp. ouatis glabris inermibus erectis, caule herbaceo. *Suppl. p. 146.* Datura inermis. *Iacq. hort. v. 3. t. 82.*

247. HYOSCYAMVS. *Cor.* infundibul. obtuſa. *Stam.* inclinata. *Capſ.* operculata, 2-locularis. (circumſciſſa.)

niger. 1. H. foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus.

albus. 2. H. fol. petiolatis ſinuatis obtuſis, flor. ſeſſilibus.

aureus. 3. H. fol. petiolatis dentatis acutis, flor. pedunculatis, fructib. pendulis. *Stamina purpurea.*

muticus. 4. H. fol. petiolatis ouatis acutangulis, cal. muticis, bracteis indiuiſis. *Mant. 45.*

puſillus. 5. H. fol. lanceolatis dentatis: floralibus inferioribus binis, calyc. ſpinoſis. *Mant.* 339. *Murr. Fl. gott.* 144. (*Fol. pinnatifida, cal. inflat.*)

phyſaloides. 6. H. fol. ouatis integerrimis, calyc. inflatis ſubgloboſis. *Amoen. acad.* 7. *t.* 6. *f.* 1. *Deſcriptio pulmonariae hirtae. Sp. pl.* 1667. *huius eſt.*

Scopolia. 7. H. fol. ouatis integris, cal. inflatis campanulatis laeuibus. *Mant.* 46. 339. Solanum ſomniferum bacciferum. *Bauh. pin.* 166. Solanum ſomniferum alterum. *Cam. epit.* 816. *Syſt. nat.* 3. *p.* 235. (Scopolia carniolica *Iacq. Obſ. bot. I. t.* 20. *Habitu et flore* Atropa, *fructu* Hyoſcyamus.)

248. NICOTIANA. *Cor.* infundibul. limbo plicato. *Stam.* inclinata. *Capſ.* 2-valuis, 2-locularis.

Tabacum. 1. N. foliis lanceolato-ouatis ſeſſilibus decurrentibus, floribus acutis.

fruticoſa. 2. N. fol. lanceolatis ſubpetiolatis amplexicaulibus, flor. acutis, caule fruteſcente. (*Fol. ſemiamplecaul., vndulata, rugoſa. Lour. Cochinch. I. p.* 111.)

ruſtica. 3. N. fol. petiolatis ouatis integerrimis, flor. obtuſis. (*Flor. vireſcentes.*)

paniculata. 4. N. fol. petiolatis cordatis integerrimis, flor. paniculatis obtuſis clauatis.

vrens. 5. N. fol. cordatis crenatis, racemis recuruatis, caule hiſpido pruriginoſo.

glutinoſa. 6. N. fol. petiolatis cordatis integerrimis, flor. racemoſis ſecundis ſubringentibus.

puſilla. 7. N. fol. oblongo-oualibus radicalibus, flor. racemoſis acutis.

249. ATROPA. *Cor.* campanulata. *Stam.* diſtantia. *Bacca* globoſa, 2-locularis.

Mandragora. 1. A. acaulis, ſcapis vnifloris. (Mandragora acaulis: *Bacca* ſolida, *Semina* periphaerica. *Gaertn. de fr. II. p.* 237.)

Belladonna. 2. A. caule herbaceo, fol. ouatis integris. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 309. *Fl. dan. t.* 758. M.

phyſaloides. 3. A. caule herbaceo, fol. ſinuato-angulatis, calyc. clauſis acutangulis. Alkekengi calyc. profunde diuiſo, fructu ſicco. *Act. petrop.* 1761. *p.* 319. *Mant.* 339. (Nicandra phyſaloides: *Bacca* 3-ſ-5-locularis, *calyce* cincta. *Gaertn. l. c. t.* 131.)

ſolanacea.

ſolanacea. 4. A. caul. fruticoſo, pedunc. ſolitariis, coroll. campanulatis, fol. ſubouatis. *Mant. 205.* Solanum guineenſe. *Sp. plant. 263.* Solanum lignoſum africanum ſemperuirens, laurinis foliis. *Comm. hort. 2. p. 191. t. 96.* (Solanum aggregatum. *Iacq. Ic. pl. rar. t. 323. Caul. inermis, pedunc. 1-floris ex eadem gemma pluribus. Cor. ſolanacea, anth. vero non contiguae. Iacq. Coll. IV. p. 125.*)

arboreſcens. 5. A. caule fruteſcente, pedunc. confertis, corollis reuolutis, fol. oblongis. (*Bacca ſubrotunda, 2 locul.? polyſperm. mollis nigra. Swartz Obſ. bot, p. 82.*)

fruteſcens. 6. A. caule fruticoſo, pedunc. confertis, fol. cordato-ouatis obtuſis.

250. PHYSALIS. *Cor.* rotata. *Stam.* conniuentia. *Bacca* intra *calycem* inflatum, bilocularis.

* *Perennes.*

ſomnifera. 1. P. caule fruticoſo, ramis rectis, floribus confertis.

flexuoſa. 2. P. caule fruticoſo, ramis flexuoſis, flor. confertis.

arboreſcens. 3. P. caule fruticoſo, fol. ouatis piloſis, flor. ſolitariis, corollis reuolutis.

curaſſauica. 4. P. caule fruticoſo, fol. ouatis tomentoſis.

viſcoſa. 5. P. fol. geminis repandis obtuſis ſubtomentoſis, caule herbaceo ſuperne paniculato. — *Iacq. hort. v. 2. t. 136.* M.

penſyluanica. 6. P. fol. ouatis ſubrepandis obtuſis nudiuſculis, flor. geminis, caule herbaceo. *Sp. pl. 1670.*

Alkekengi. 7. P. fol. geminis integris acutis, caule herbaceo inferne ſubramoſo. (*Cal. demum colore elegant. rubro.*)

peruuiana. 8. P. pubeſcens, fol. cordatis integerrimis. *Sp. pl. 1670. Caulis in hybernaculis perennat.*

** *Annuae.*

angulata. 9. P. ramoſiſſima, ramis angulatis glabris, fol. ouatis dentatis.

pubeſcens. 10. P. ramoſiſſima, fol. villoſo-viſcoſis, flor. pendulis. *Baccae globoſae, calycem replentes.*

minima. 11. P. ramoſiſſima, pedunc. fructiferis folio villoſo longioribus. *Planta parua, patens, pilis oblongis ad ramorum alas.*

pruinoſa. 12. P. ramoſiſſima, fol. ſubuilloſis, pedunc. ſtrictis. Alkekengi barbadenſe nanum, alliariae folio. *Dill. elth. 10. t. 9. f. 9. nec t. 12. f. 12. Calycis baſi plana. Baccae ſubturbinatae.*

barbadenſis. 13. P. ramoſiſſima fol. cordatis villoſis, calycibus fructeſcentibus pendulis, ouatis acutis pentagonis fructu maioribus. *Iacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 359. Icon. rar.* M.

251. SOLANVM. *Cor.* rotata. *Antherae* ſubcoalitae, apice poro gemino dehiſcentes. *Bacca* 2-locularis.

* *Inermia.*

laurifolium. 1. S. caule inermi arboreo, foliis petiolatis ouato-oblongis ſubtus tomentoſis, panicula terminali dichotomo diuaricata. *Suppl. p. 148.*

verbaſcifolium. 2. S. caule inermi fruticoſo, foliis ouatis tomentoſis integerrimis, vmbellis compoſitis. *Iacq. hort. v. 1. t. 13.* (*Magna arborea.*)

Pſeudo-Capſicum. 3. S. caule inermi fruticoſo, fol. lanceolatis repandis, vmbell. ſeſſilibus.

diphyllum. 4. S. caule inermi fruticoſo, fol. geminis: altero minore, flor. cymoſis. (*Iacq. Ic. pl. rar. t. 322.*)

Dulcamara. 5. S. caule inermi fruteſcente flexuoſo, fol. ſuperiorioribus haſtatis, racemis cymoſis. — *Fl. dan. 607.* M. (*Petala baſi nectar. flauo-virentibus gaudent.* Variat *fol. omnibus ouatis: β.* S. paluſtre. *Anth. et huic ſunt coalitae, quae in ceteris ſpeciebus potius ſe inuicem arcte adtingunt. Cfr. Wendl. et Schrad. Sert. han. l. p. 8.*)

quercifolium. 6. S. caule inermi ſubherbaceo angulato flexuoſo ſcabro, fol. pinnatifidis, racemis cymoſis. *Soror Dulcamarae.* (*Flor. terni.*)

radicans. 7. S. caule inermi herbaceo laeui teretiuſculo proſtrato radicante, fol. pinnatifidis, racemis cymoſis.

hauanenſe. 8. S. caule inermi fruteſcente, fol. lanceolatis nitidis integerrimis, pedunc. ſubbifloris. *Mant. 47. Iacq. amer. pict. p. 29. t. 48.* M. (Sol. *hauanenſe,* caul. inermi fruteſc., fol. oblongo-lanceol. integris nitidis, racemis axillaribus. *Swartz obſ. bot. p. 82.*)

triſte. 9. S. caule inermi fruteſcente, fol. lanceolato-oblongis ſubrepandis glabris, racemis ſubcymoſis. *Iacq. amer. pict. p. 30. t. 49.* M.

racemo-

racemoſum. 10. S. caule inermi fruteſcente, fol. lanceolatis repandis vndulatis, racem. longis erectis. *Mant. 47. — Iacq. amer. pict. p. 3. t. 50.* M.

bonarienſe. 11. S. caule ſubinermi fruticoſo, fol. ouato-oblongis ſinuato-repandis ſcabris. *Mant. 205.* Solanum bonarienſe arboreſcens, papas floribus. *Dill. elth. 364. t. 270. f. 351. Frutex orgyalis et vltra.*

macrocarpon. 12. S. caule inermi ſuffruticoſo, fol. cuneatis repandis glabris. *Mant. 205.* Solanum caule inermi ſuffruticoſo, fol. oblongo-ouatis ſinuatis glabris. *Mill. ic. 294.* Solanum arboreſcens, anguloſo hirſuto folio, fructu luteo maximo. *Feuill. peruv. 3. p. 61. t. 46.* Solanum arboreſcens, foliis angulatis, fructu aureo. *Plum. ſpec. 4. icon. 224. f. 2.* (*Feuillei ſynonymum excludendum. Ait. Kew. I. p. 248.*)

tuberoſum. 13. S caule inermi herbaceo, fol. pinnatis integerrimis, pedunc. ſubdiuiſis.

pimpinellifolium. 14. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis integerrimis, racem. ſimplicibus.

Lycoperſicum. 15. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis inciſis, racem. ſimplicibus. *Syſt. ed. 13. p. 187. — Rectius determinatur ſic;* Solanum *Lycoperſicum*, caule inermi herbaceo, foliis pinnatis inciſis, racemis bipartitis aphyllis, fructibus glabris. *Iacq. in Litt. Fructus toruloſus, maior.* M. (*Antherae ſecum connatae. Med. Beob. 83. p. 383.*)

Pſeudo-Lycoperſicum. 16. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis inciſis racemis ſimplicibus, fruct. ſubuilloſis. *Iacq. in Litt. Hort. vol. I. t. 11. Fructus globoſus minor, vix ſulcatus.* M. (*Floris pedicelli oppoſiti piloſi.*)

peruuianum. 17. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis inciſis tomentoſis, racem. bipartitis folioſis, baccis piloſis, (*Iacq. Ic. pl. rar. t. 327.*)

montanum. 18. S. caule inermi herbaceo, fol. ſubcordatis repandis.

rubrum. 19. S. caule inermi ſubperennante, fol. geminis ouatis integerrimis, pedunc. ſubumbellatis.

nigrum. 20. S. caule inermi herbaceo, fol. ouatis dentato-angulatis, racemis diſtichis nutantibus. *Fl. dan. t. 460.* (*Quae ſolummodo vt varietates huius ſpeciei a Linnaeo conſideratae ſunt, merito quatenus characteribus conſtantibus inſtructae vt ſpecies diſtinguendae eſſent.*)

ſcandens. 21. S. caule inermi volubili, fol. cordatis ouatis dependentibus ſubtus molliſſimis, paniculis terminalibus. *Suppl. p. 147.*

quadrangulare. 22. S. caule inermi herbaceo tetragono ſcabro, fol. rhombeis dentatis integrisque. *Suppl. p. 147.*

aethiopicum. 23. S. caule inermi herbaceo; fol. ouatis repando-angulatis, pedunc. fertilibus vnifloris cernuis. *Pluk. phyt. 226. f. 4. — Iacq. hort. vol. I. t. 12.* M. (*Baccae orbiculatae ſulcis magnis.*)

Melongena. 24. S. caule inermi herbaceo, fol. ouatis tomentoſis, pedunc. pendulis incraſſatis, calyc. inermibus. Solanum pomiferum, fructu oblongo. *Bauh. pin. 167. Pluk. phyt. 226. f. 2.* (*Bacca ouata magna farcta. Generi* Mandragora *Gaertn. affine.*)

lyratum. 25. S. caule inermi herbaceo erecto, fol. lyrato-haſtatis tomentoſis. *Thunb. iap. p. 92.* M.

** *Aculeata.*

inſanum. 26. S. caule aculeato herbaceo, fol. ouatis tomentoſis, pedunc. pendulis incraſſatis, calyc. aculeatis. Trongum hortenſe *Rumph. amb. 5. p. 238. t. 85. Pluk. phyt. t. 226. f. 3. Valde affinis S. Melongenae, excluſo Fl. Zeyl. ſynonymo.* (*Pedunculi termin. breues aculeati. Swartz obſ. bot. p. 84. A. S.* Melongena *quoad ſpeciem haud diverſum putat Loureiro Cochinch. I. p. 130., cum vtramque ſpeciem et aculeatam et inermem obſervauit.*)

ferox. 27. S. caule aculeato herbaceo, fol. cordatis angulatis tomentoſis aculeatis, baccis hirtis calyce obtectis.

campechienſe. 28. S. caule aculeato hirto, fol. cordato-oblongis quinquelobis: ſinubus obtuſis eleuatis. *Mant. 340.* Solanum fuſcatum *Sp. pl. p. 368. n. 23. Varietas huius eſt.*

mammoſum. 29. S. caule aculeato herbaceo, fol. cordatis angulato-lobatis: vtrinque villoſis aculeatis.

paniculatum. 30. S. caule petiolisque aculeatis, fol. ſinuato-angulatis ſupra glabris, flor. paniculatis.

virginianum. 31. S. caule aculeato angulato, fol. pinnatifidis vndique aculeatis: laciniis ſinuatis obtuſis, calyc. aculeatis. *Differt a S. ſodomeo ramis angulatis. ſed annuum. Spinae copioſae, niueae. Fructus*

parui,

parui, variegati e viridi et albo. (Iacq. Ic. pl. rar. t. 332. Caul. herbac. procumbens.)

indicum. 32. S. caule aculeato fruticoſo, fol. cuneiformibus angulatis ſubuilloſis integerrimis: aculeis vtrinque rectis. *Burm. Zeyl. 220. t. 102. (Dill. elth. t. 270. f. 349.)*

fuſcatum. 33. S. caule aculeato fruticoſo, fol. ouatis obtuſe lobatis: aculeis vtrinque rectis: ſuperioribus coloratis. (*An a* S. campechienſe *ſpecie diuerſum?*)

carolinenſe. 34. S. caule aculeato annuo, fol. haſtato-angulatis: aculeis vtrinque rectis, racem. laxis. *Folia ſcabra, vix tomentoſa. (Dill. Elth. t. 269. f. 348. Cal. inerm. hirſuti. Caul. fruticoſus Iacq. Ic. pl. rar. t. 331.)*

ſodomeum. 35. S. caule aculeato fruticoſo tereti, fol. pinnatifido-ſinuatis ſparſe aculeatis nudis, calyc. aculeatis. *Folia nuda vtrinque. (Sinuato-lobata.)*

ſanctum. 36. S. caule aculeato fruticoſo, aculeis tomentoſis foliisque oblique ouatis repandis. Solanum aethiopicum maxime tomentoſum, caule ſolummodo, non foliis, aculeatum. *Pluk. alm. 351. t. 316. f. 52. Sub Solano inſano a C. Bauhino habuit Burſerus.*

hybridum. 37. S. caule aculeato fruticoſo, foliis ouatis ſubinermibus acutis repandis tenellis, dorſo et ad oras violaceo-puluerulentis. *Iacq. in Litt. hort. v. 2. t. 113.* M.

coccineum. 38. S. caule aculeato fruticoſo, fol. ouatis ſubrepandis vno alteroue aculeo armatis, ſubtomentoſis. *Iacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 327. Icon. rar. t. 24.* M.

tomentoſum. 39. S. caule aculeato fruticoſo: aculeis aceroſis, fol. cordatis inermibus ſubrepandis; tenellis purpureo-puluerulentis. *Folia vtrinque viridia.*

bahamenſe. 40. S. caule aculeato fruticoſo, fol. lanceolatis repandis obtuſis margine reflexis, racemis ſimplicibus.

igneum. 41. S. caule aculeato-fruticoſo, fol. lanceolatis acuminatis baſi vtrinque reuolutis, racemis ſimplicibus. — *Iacq. hort. t. 14.* M. (*Aculei ferrugineo-fului.*)

trilobatum. 42. S. caule aculeato fruticoſo. fol. cuneiformibus ſubtrilobis glabris obtuſis inermibus. *Burm. ind. 57. t. 22. f. 2. (Quaeſtionem ſummi Linnaei in Spec. pl. t. 270. propoſitam, an hac ex ſpecie 2 conſti-*

conſtituendae eſſent ſpecies? ill. Iacquinius Coll. IV. p. 208. nunc ſoluit, nimirum Solanum fl. paruis albis *vt peculiarem diſtinxit ſpeciem, nomine* Solanum Milleri *indutam.*)

ſtramonifolium. 43. S. caule aculeato fruticoſo, fol. cordatis acute lobatis aculeatis ſubuilloſis, calycibus inermibus. *Iacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 298. Icon. rar.* M.

marginatum. 44. S. caule aculeato fruticoſo, fol. cordatis repandis margine albis. *Suppl. p. 147. — Solanum marginatum,* aculeatum foliis ſinuato-angulatis, ſubtus omnino, ſuperne margine, tomentoſis, calycibus tripartitis. *Murr. in comm. gott. 1783. t. 4.* M.

capenſe. 45. S. caule aculeato fruticoſo tereti, fol. ſinuato-pinnatifidis aculeatis nudis: laciniis alternis integris obtuſis. *Suppl. p. 147.*

*** *Spinoſa.*

lycioides. 46. S. caule ſpinoſo fruticoſo, fol. ellipticis. *Mant. 46.*

252. CAPSICVM. *Cor.* rotata. *Bacca* exſucca, (varia. *Antherae* conuergentes, apice clauſae.)

annuum. 1. C. caule herbaceo, pedunculis ſolitariis.

baccatum. 2. C. caule fruticoſo laeui, pedunc. geminis. *Mant. 47.* Capſicum fruteſcens. *Sp. pl. 271. β. diſtincta ſit ſpecies.* (*Plenk pl. officin. t. 108.*)

ſinenſe. 3. C. caule fruticoſo, floribus fructibusque pendulis. *Iacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 67.*

groſſum. 4. C. caule ſuffruteſcente, fructibus incraſſatis variis. *Mant. 47.* Piper indicum, ſiliquis ſurrectis rotundis, maximum. *Bauh. pin. 103.* Piper indicum. *Beſl. eyſt. aut. 2. t. 2. f. 1.*

fruteſcens. 5. C. caule fruticoſo ſcabriuſculo, ſolitariis. *excluſa varietate. β. (Bacca conica, curua, flauo-rubra. Lour. Cochinch. p. 128. Pedunculorum numerus ad diſtinguendas huius generis ſpecies, ſibi ceteroquin affines, incertus videtur.)*

253. STRYGNOS. *Cor.* 5-fida, *Bacca* 1-locularis, cortice lignoſo.

Nux vomica. 1. S. foliis ouatis, caule inermi. (*Roxb. Pl. of corom. t. 4.*)

colubrina. 2. S. fol. ouatis acutis, cirrhis ſimplicibus. — *Contendunt Indiae Botanici, hanc a Str. Nuce vomica*

ca non eſſe diuerſam. Suppl. p. 149. (*Plenk Pl. offic. t. 118.*)

potatorum. 3. S. inermis, fol. oppoſitis ouatis petiolatis acutis, paniculis verticillatis. *Suppl. p. 148.* (*Roxb. l. c. p. 10. t. 5. Semina ad aquam purificandam adhibentur.*)

240. GENIPA. *Cor.* rotata. *Stigma* clauatum. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* nidulantia, cordata.

americana. 1. GENIPA. *Plum. ic. 136.* Ianipha *Marcgr. braſ. 92.* (*An* Gardeniae *ſpecies? Cfr. Swartz Prodr. p. 51 et Eius obſ. bot. p. 84.*)

1370. IGNATIA. *Cor.* infundibulif. longiſſima. *Cal* 5-dentatus. *Drupa* 1-locularis, polyſperma. *Suppl. p.* 20.

amara. *Suppl. p. 149. Mater Fabae ſancti Ignatii officinarum.* (*Ab ill. Iuſſieu, Gen. plant. p. 149. hocce genus, cui inſuper ſemina angulata adſcribuntur, cum* Strychnos *coniunctum eſt.*)

291. CESTRVM. *Cor.* infundibuliformis. *Stam.* (in nonnullis) denticulo in medio. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.

nocturnum. 1. C. floribus pedunculatis, fol. ſubcordato-ouatis. – Ceſtrum *nocturnum*, pedunculis multifloris, corollae tubo infundibuliformi, limbi laciniis ouatis. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 44.* M. *Dens inter lacinias ſingulas corollae.* (*filam. dentatis, pedunculis ſubracemoſis folio aequalibus. L'Herit. ſtirp. p. 70.*)

veſpertinum. 2. C. flor. ſubſpicatis lateralibus, fol. ellipticis. *Mant. 206.* Ceſtrum foliis oblongo-ouatis, floribus axillaribus confertis tubo tenuiſſimo. *Mill. dict. 5.* Ceſtrum floribus ſubſpicatis ſeſſilibus, corollae tubo longiſſimo filiformi, laciniis acuminatis. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 41. t. 8.* Ixora alternifolia. *Iacq. amer. pict. t. 16.* M. (fil. edentatis tubo filiformi, pedunculis breuiſſimis. *L'Herit. l. c. p. 72.*)

diurnum. 3. C. flor. ſeſſilibus. — *Ceſtrum diurnum*, pedunculis multifloris, corollae tubo infundibuliformi, limbi laciniis ſubrotundis. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 44.* M. (fil. edentatis, laciniis corollae ſubro-

ſubrotundis reflexis, fol. lanceolatis. *L'Her. l. c. p. 74.*)

tomentoſum. 4. C. flor. confertis ſeſſilibus terminalibus, ramis foliis calycibusque tomentoſis. *Suppl. p. 150.*

262. LYCIVM. *Cor.* tubuloſa, fauce clauſa filamentorum barba. *Bacca* 2-locularis, polyſperma.

iaponicum. 1. L. inerme, fol. ouatis neruoſis planis, flor. ſeſſilibus. *Thunb. iapon. p. 93.* M. (*Non diuerſa a* L. foetido *Ehrh. Beytr. 6. p. 27. Secundum quem etiam planta* dioica *eſt.*)

barbatum. 2. L. *Ita voco* (M.) Lycium *inerme*, glabrum, foliis oblongis glabris, floribus aggregatis pedunculatis, ſtipulis barbatis. *Suppl. p. 150.*

afrum. 3. L. foliis linearibus. — *Lycium afrum*, ſpinoſum foliis faſciculatis linearibus ramis ſtrictis. *Murr. in comment. gott. 1779. p. 12.* M. *Flores atro-purpuraſcentes.* (*Plenk Pl. officin. t. 117.*)

ruthenicum. 4. L. ſpinoſum, fol. faſciculatis linearibus, ramis dependentibus. *Murr. in comment. gott. 1779. p. 2. t. 2. M.*

foetidum. 5. L. fol. oppoſitis ouato-lanceolatis, ſtipulis interfoliaceis ſetaceo-ſpineſcentibus, floribus axillaribus ſeſſilibus. *Suppl. p. 150.*

tetrandrum. 6. L. ſpinoſum, fol. ouatis obtuſis carnoſis, ramis angulatis glabris, corollis quadrifidis tetrandris. *Suppl. p. 150.*

Boerhaauiaefolium. 7. L. ſpinoſum, fol. ouatis integerrimis acutis glaucis, floribus paniculatis. *Suppl. p. 150.*

heterophyllum. 8. L. fol. ouatis flexuoſis glaucis, ramis horizontalibus, ſpinis gemmaceis. *Murr. in comm. gott. 1783. t. 2.* M. (*Secundum Aitonium, Kew. 1. p. 256 et Ehrhartum l. c. a praecedente haud diverſum.* Ehretia halimifolia. *L'Herit. ſtirp. t. 23. Ob fructum.*)

barbarum. 9. L. ſpinoſum, (M.) fol. lanceolatis, calycibus ſubbifidis *Mant. 341.* — Lycium *barbarum*, foliis lanceolatis ſolitariis ramis dependentibus *Murr. in comm. gott. 1779. p. 12.* M. Lycium foliis lanceolatis acutis. *Mill. dict. 6.* Lycium foliis oblongo-lanceolatis, floribus ſolitariis patentibus alaribus, ramorum ſpinis rarioribus. *Trew. Ehret 33. t. 68. Debilis frutex, niſi ſuſtentetur pergulis.* (*Ramis angulatis.*)

euro-

europaeum. 10. L. ſpinoſum (M.,) fol. obliquis, ramis flexuoſis teretibus. *Mant. 47.* (*Cal. 5-fidus.*)

capſulare. 11. L. ſpinoſum (M.) fol. lanceolatis tenuibus glabris, pedunculis calycibusque pubeſcentibus, pericarpiis capſularibus.

254. IACQVINIA. *Cor.* 10-fida *Stam.* receptaculo inſerta *Bacca* 1-ſperma.

armillaris. 1. I. foliis obtuſis cum acumine. *Iacq. amer.* 53. *t.* 39. — *Ed.* 2. *pict. p.* 31. *t.* 56. M. *Pedunculi racemoſi. Loeflingii deſcriptio bona.* (*Bacca* ſub 4-ſperma. *Filamenta* e baſi corollae *Swartz obſ. bot. p.* 85. *Ex ſeminum vſu apud incolas nomen triuiale depromtum eſt.*)

ruſcifolia. 2. I. fol. lanceolatis acuminatis. *Iacq. amer.* 55. — *Ed.* 2. *pict. p.* 32. *t.* 57. M. *Pedunculi vniflori.*

linearis. 3. I. fol. linearibus acuminatis. *Iacq. amer.* 54. *t.* 40. *f.* 1. — *Ed.* 2. *pict. p.* 32. *t.* 58. M. *Pedunculi vniflori.*

255. CHIRONIA. *Cor.* rotata. *Piſtillum* declinatum. *Stam.* tubo corollae inſidentia. *Antherae* demum ſpirales. *Peric.* 2-loculare.

trineruia. 1. C. herbacea, calycinis foliolis membranaceo-carinatis.

iaſminoides. 2. C. herbacea, fol. lanceolatis, caule tetragono.

lychnoides. 3. C. caule ſimplici, foliis lineari-lanceolatis. *Mant.* 207. Chironia foliis longis linearibus acutis, panicula pauciflora. *Berg. cap.* 45.

campanulata. 4. C. herbacea, fol. ſublinearibus, calyc. longitudine corollae.

angularis. 5. C. herbacea, caule acutangulo, fol. ouatis amplexicaulibus.

linoides. 6. B. herbacea, fol. linearibus. *Berg. cap.* 43. *Calyces ſemiquinquefidi, obtuſi.*

nudicaulis. 7. C. herbacea, fol. oblongis obtuſiuſculis, caulibus ſubdiphyllis ſimpliciſſimis vnifloris, calycibus dentibus ſetaceis. *Suppl. p.* 151.

tetragona. 8. C. fruticoſa, fol. ouatis trineruiis obtuſiuſculis, calycinis foliolis obtuſiuſculis carinatis. *Suppl. p.* 151.

baccifera. 9. C. fruteſcens baccifera. *Caulis 4-gonus. Calyces ſubulati, breues.* (*Curt. bot. mag. t.* 233. *Bacca lutea. Cfr. Necker Elem. bot. II. p.* 34.)

fruteſcens.

fruteſcens. 10. C. fruteſcens, fol. lanceolatis ſubtomentoſis, calyc. campanulatis. *Berg. cap. 45. Calycis foliola ouata obtuſa ſubtomentoſa, tubo corollae multo latiora.* (*Curtis l. c. t. 37. Etiam baccam profert, ſed minorem et calyci incl. jam. Gaertn. de fr. II. p. 157.*)

256. CORDIA. *Cor.* infundibuliformis. *Stylus* dichotomus. *Drupa* nucleis 2-locularibus.

Myxa. 1. C. foliis ouatis ſupra glabris, corymbis lateralibus, calycibus decemſtriatis. Prunus Sebeſtena, longiore folio, maderaſp. *Pluk. alm. 306. t. 217. f. 3. Folia Alni ſerrato-angulata, ſubtus ſcabra.*

ſpineſcens. 2. C. fol. ouatis acutis ſerratis ſcabris, petiolis ſubſpineſcentibus. *Mant. 206. Baſis petiolorum perſiſtit vt in Volkameria.*

Sebeſtena. 3. C. fol. oblongo-ouatis repandis ſcabris. *Iacq. hiſt. 42. — Ed. 2. pict. p. 26. t. 44. ſed ibi color corollae aurantius, vt in Cheirantho Cheiri fl. pl., non miniatus.* M.

Geraſcanthus. 4. C. fol. lanaeolato-ouatis ſcabris, panicula terminali, calyc. decemſtriatis. *Iacq. amer. 43. t. 175. f. 16. Ed. 2. pict. p. 27. t. 259. f. 12. quoad florem* M. *Corollae albidae.*

macrophylla. 5. C. fol. ouatis villoſis ſeſquipedalibus.

Callococca. 6. C. fol. cordato-ouatis integerrimis, flor. corymboſis, calyc. interne tomentoſis.

208. PATAGONVLA. *Cor.* rotata. *Styl.* dichotomus. *Cal.* fructiferus maximus.

americana. 1. PATAGONVLA. *An Cordiis aſſocianda?* (Cordia *Patagonula*, fol. oblongo-lanceolatis vtrinque glabris: ſuperioribus ſerratis, ramulis piloſis *Ait. Kew. I. p. 259.*)

257. EHRETIA. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* ſolitaria, bilocularia. *Stigma* emarginatum.

tinifolia. 1. E. foliis oblongo-ouatis integerrimis glabris, floribus paniculatis. — *Trew. ehret. t. 24.* M.

ſpinoſa. 2. E. ſpinoſa. *Iacq. amer. 46. t. 80. f. 18. — Ed. 2. pict. p. 27. t. 259. f. 14. quoad folium et ſpicam.* M.

Beurreria. 3. E. fol. ouatis integerrimis laeuibus, flor. ſubcorymboſis, calyc. glabris. *Iacq. ſpec. 2. p. 2. t. 26. — Iacq. amer. pict. p. 28. t. 45.* M.

exſucca.

exſucca. 4. E. fol. cuneiformi-lanceolatis margine reflexis. Beurreria *exſucca* fructibus exſuccis quadripartitis *Iacq. amer. 45. t. 173. f. 17. — Ed. 2. pict. p. 28. t. 259. f. 13. quoad florem et fructum.* M.

258. VARRONIA. *Cor.* 5-fida. *Drupa* Nucleo 4-loculari.

lineata. 1. V. foliis lanceolatis lineatis, pedunculis lateralibus petiolo adnatis, ſpicis globoſis. (*Brown iam. 172. 1. t. 23. f. 2.*)

bullata. 2. V. fol. ouatis venoſo-rugoſis, ſpicis globoſis. — *Iacq. amer. pict. p. 26. t. 43.* M. (*Iacquinii ſynon. vtpote nouam indicans ſpeciem excludendum Swartz obſ. bot. p. 88.*)

martinicenſis. 3. V. fol. ouatis acuminatis, ſpicis oblongis. — *Iacq. amer. pict. p. 26. t. 42.* M. (*A* curaſſauica *non diuerſa. Swartz. l. c. p. 89.*)

globoſa. 4. V. fol. lanceolato-oblongis, caul. dichotomo, pedunc. axillaribus elongatis nudis, ſpicis globoſis. — *Iacq. amer. pict. p. 26.* (*An* bullatae *varietas? Cfr. Swartz l. c.*)

curaſſauica. 5. V. fol. lanceolatis, ſpicis oblongis. — *Iacq. amer. pict. p. 25.* M. (*Fol. ouato-lanceol., filam. baſi hirſuta Swartz l. c.*)

alba. 6. V. fol. cordatis, flor. cymoſis. *Iacq. amer. 41. — Ed. 2. pict. p. 26.* M.

259. LAUGERIA. *Cor.* 5-fida. *Drupa* Nucleo 5-loculari.

odorata. 1. LAUGERIA. *Iacq. amer. pict. p. 36. t. 259. f. 16.* M. *Oppoſitifolia. Variat ſpinoſa et inermis. Flores triſtes.*

260. BRVNSFELSIA. *Cor.* infundibuliformis, longiſſima. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.

americana. 1. BRVNSFELSIA. *Ad ringentes pertinere Dav. Royen.* (*Ad claſſem* Didynamiam *referenda. Ehrh. Beytr. 5. p. 45. et quidem pone* Besleriam *ſecundum Swartz, qui in Obſ. bot. p. 90. generis characterem ita exhibet:* Cal. *5-dentatus.* Cor. *tuboloſa, longiſſima.* Bacca *1-locular. polyſperma: conceptaculo maximo.*)

263. CHRYSOPHYLLVM. *Cor* campanulata, 10-fida: laciniis alternis patulis. *Bacca* 10 ſperma.

Cainito. 1. C. foliis ouatis parallele ſtriatis, ſubtus tomentoſo-nitidis. *Iacq. amer.* 51. *t.* 37. — *Ed.* 2. *pict. p.* 30. *t.* 51. M.

β. Chryſoph. fol. oblongo-ouatis, ſuperne glabris, ſubtus ferrugineis, flor. alaribus corymboſis. *Mill. dict.*

γ. Chryſoph. iamaicenſe, fructu purpureo. *Iacq. amer.* 52. — *Ed.* 2. *pict. p.* 31. M.

Chryſoph. fructu globoſo, fol. ſubtus ferrugineis. *Brown. iam.* 171. *t.* 14. *f.* 2.

Anona fol. ſubtus ferrugineis. *Sloan. iam.* 2. *p.* 170. 229.

δ. Chryſoph. caeruleum, fructu caeruleo globoſo. *Iacq. amer.* 52. *t.* 37. — *Ed.* 2. *pict. p.* 31. *t.* 52. M.

ε. Chryſoph. *microphyllum*, fol. minoribus. *Iacq. pict.* δ. *p.* 31. *t.* 53. M.

argenteum. 2. C. fol. falcato-ouatis ſubtus tomentoſo-nitidis. *Iacq. amer. pict. p.* 31. *t.* 54. M.

glabrum. 3. C. fol. vtrinque glaberrimis. *Iacq. amer.* 53. *t.* 38. — *Ed.* 2. *pict. p.* 31. *t.* 55. M.

264. SIDEROXYLON. *Cor.* 10-fida: laciniis alternis incuruis. *Stigma* ſimplex. *Bacca* 5-ſperma.*)

mite. 1. S. inerme, floribus ſeſſilibus. *Conf.* Laurifolia africana. *Comm. hort.* 2. *p.* 95. *t.* 100. *ſed flores absque dentibus inter ſtamina. D. Royen.*

inerme. 2. S. inerme, fol. perennantibus obouatis, pedunc. teretibus. *Mill. dict. t.* 299. *Berg. cap.* 47. *excluſo Burmanni ſynonymo.*

melanophleum. 3. S. inerme, fol. perennantibus lanceolatis, pedunc. angulatis. *Mant.* 48. *Iacq. hort. t.* 71.

foetidiſſimum. 4. S. inerme, fol. ſuboppoſitis, flor. patentiſſimis. *Mant.* 49. — *Iacq. amer. pict. p.* 32. M.

cymoſum. 5. S. inerme, fol. oppoſitis petiolatis, cymis compoſitis et decompoſitis. *Suppl. p.* 152.

tenax.

---

* *Secundum cl.* SWARTZ *l. c. p.* 92. Cor. *in hoc vti et in anteced. genere potius* 5-fida, *nec* 10-fida *eſt, laciniae enim ad baſin diuiſurar. petalor. obuiae nectarii partes ſunt, interdum hae in* Siderox. *nr.* 1 *et* 3. *omnino deſunt.* Sid. 4 *et* 6. *ob nectarii figuram et drup.* 1-ſpermam *ad* Bumeliam, *nouum ab Auctore in* Prodr. *p.* 49. *conſtitutum genus amandanda.*)

tenax. 6. S. ſubinerme, fol. deciduis lanceolatis ſubtus tomentoſis, pedunc. filiformibus. *Mant. 48.* Chryſophyllum carolinenſe *Iacq. obſ. 3. p. 3. t. 54.*

lyciodes. 7. S. ſpinoſum, fol. deciduis lanceolatis.

decandrum. 8. S. ſpinoſum, fol. deciduis ellipticis. *Mant. 48.*

ſpinoſum. 9. S. ſpinoſum, fol. perennantibus. Lycii ſimilis frutex indicus. *Comm. hort. I. p. 161. t. 83.* Lycium maderaſp. biiugis et gracilioribus ſpinis horridus. *Pluk. alm. 235. t. 202. f. 2. Burm.*

265. RHAMNVS. *Cal.* tubuloſus: ſquamis ſtamina munientibus. *Cor.* nulla. *Bacca.* *)

* *Spinoſi.*

catharticus. 1. R. ſpinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ouatis, caule erecto. — *Fl. dan. t. 850.* M. (*Sem. 4. et Stam. 4.*)

infectorius. 2. R. ſpinis terminalibus, flor. quadrifidis dioicis, caulib. procumbentibus. *Mant. 49. Folia ſubtus villoſa. Calyx cyathiformis edentulus Scop. ann. 2. p. 44.* (*Squamulae 5-petala vtrique ſexui ſolennia v. Wulf. in Iacq. Coll. III. p. 18.*)

lycioides. 3. R. ſpinis terminalibus, fol. linearibus.

oleoides. 4. R. ſpinis terminalibus, fol. oblongis integerrimis.

ſaxatilis. 5. R. ſpinis terminalibus, flor. quadrifidis hermaphroditis. *Sp. pl. p. 1677. — Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 53. qui in eadem planta et flores fertiles et ſteriles vidit.* M. (*Secundum accuratas Wulfenii obſeruationes quoque* dioicus, *et flores feminei corollis ſ. ſquamulis deſtituti ſunt. Stamina 4. Medicus.*)

theezans. 6. R. ſpinis terminalibus, fol. ouatis ſerrulatis, ramis diuaricatis. *Mant. 207.* Rhamnus Thea. *Obſ. it. 232. 161.*

pentaphyllus. 7. R. ſpinis lateralibus, fol. ſolitariis quinatisque. *Iacq. obſ. 2. p. 17.* Rhamnus ſiculus *Syſt. nat. 3. p. 229.* Rhamnus ſiculus pentaphyllos. *Bocc. ſic. 43. t. 21. Rai. hiſt. 1626. An huius generis? Fo-*

Q 2 *lia*

*) Cal. *campanulatus, 5-fidus.* Pet. *ſquamiformia, ſaepe nulla.* Stam. *petalis cucullata.* Germen *ſubimmerſum.* Styl. *et* fructus *varii.* L'HERITIER *Sert. angl. p. 5. Hocce genus melius in plura diſtribui poteſt, quae tam ſtaminum et ſtylorum numero, quam fructuum natura quam maxime inter ſe differrent.* Cfr. Medicus *bot. beobacht. vom I. 1782.*)

lia Buxi, viridia. Flores axillares, ſeſſiles. Calyces 5-fidi. Stylus ſimplex longus.

** *Inermes.*

Sarcomphalus. 8. R. inermis, fol. oualibus coriaceis integerrimis emarginatis.

volubilis. 9. R. inermis, caule volubili, fol. integerrimis ouatis ſtriatis. *Suppl. p. 152. (Iacq. ic. pl. rar. t. 336.* Rh. volubilis *et* lineatus *ſibi affines, etiam Drupa 2-ſperma: nucleis 2-locularibus conueniunt L'Herit. Sert. p. 5.)*

tetragonus. 10. R. inermis, fol. ouatis integris glabris ſeſſilibus ramis tetragonis. *Suppl. p. 153.*

Micranthus. 11. R. inermis, fol. ouato-lanceolatis obliquis pubeſcentibus, ſtipul. lanceolatis acuminatis deciduis. *Muntingiae Plum. ſpeciem facit Millerus.* (Celtis *micranthus*, fol. oblique cordatis ouato-lanceolatis ſerrulatis ſuperne ſubſcabris. *Swartz Prodr. p. 93. Cfr. quoque L'Her. Sert. p. 6.*)

cubenſis. 12. R. inermis, flor. hermaphroditis, capſ. trilocularibus, fol. rugoſis integerrimis tomentoſis. — *Iacq. hort. v. 3. t. 49. Amer. pict. p. 40. t. 75.* H. *Habitus Viburni Lantanae. Folia vtrinque tomentoſa. Fructus praecedentis.*

colubrinus. 13. R. inermis, flor. monogynis hermaphroditis erectis, capſ. tricoccis, petiolis ferrugineo-tomentoſis. — *Iacq. hort. v. 3. t. 50. Americ. pict. p. 40. t. 74.* M. Rhamnus arboreus foliis obouatis venoſis. *Brow. iam. 172. Petala lanceolata ex ſinubus calycis. Stamina intra petala. Callus nectariferus transuerſus inter baſin ſtaminum. Stylus triqueter. Ramuli, pedunculi, petioli et foliorum nerui ſubtus ſunt ferrugineo-ſubtomentoſi.*

alpinus. 14. R. inermis, flor. dioicis, fol. duplicato-crenatis. Frangula inermis, foliis ouatis crenulatis. *Hall. flor. 823. t. 40. Dioicus calyce 4-fido, Stigmate 4-fido, vt R. cathartici. (Fol. lucida, glanduloſo-crenulata v. Wulf. l. c. p. 15. Huic habitu ſimilis:* R. alnifolius *L'Herit., qui flor. hermaphr. habet.)*

pumilum. 15. R. inermis repens, flor. hermaphroditis, fol. ſerratis. *Mant. 49.*

Frangula. 16. R. inermis, flor. monogynis hermaphroditis, fol. integerrimis. *Fl. dan. t. 278. (Sem. 2-3. Sow. engl. bot. t. 250.)*

lineatus.

lineatus. 17. R. inermis, flor. hermaphroditis, fol. ouatis lineatis repandis ſubtus reticulatis. Rhamnus Zeylanicus, folio ſubrotundo glabro, caulibus hirſutis, ſpinis exiguis. *Burm. Zeyl. 188. t. 88.* Acaciae forte cognatus e maderaſp. frutex, vitis ideae benghalenſis folio. *Pluk. phyt. 122. f. 4.* (Rh. *lineatus*, acul. ſolitariis rectis; fol. ouatis oblique lineatis; pedunculis multifloris *Lour. Cochinch. I. p. 159.*)

Alaternus. 18. R. inermis, flor. dioicis, ſtigmate triplici, fol. ſerratis. *Alia indiuidua Mares, alia hermaphrodita feminea. Stigmata 3. Folia ſubtus et margine lucida.*

*** *Aculeati.*

Paliurus. 19. R. aculeis geminatis: inferiore reflexo, flor. trigynis. (Paliurus auſtralis. *Gaertn. de fr. I. p. 203. t. 43. f. 5.*)

Lotus. 20. R. aculeis geminatis: altero recuruo, fol. ouato-oblongis.

iguaneus. 21. R. aculeis geminatis: altero patente, racemis axillaribus monoicis, fol. nudis. — *Iacq. amer. pict. p. 40.* M. *Folia alterna, glabra, ſubſerrata. Calyx absque ſquamis petaloideis, absque tubo. Floris feminei Stylus 2. ſtigmatibus bifidis. Drupa nucleo uniloculari. (Etiam inter* Celtis *ſpecies ſub nomine:* Celtis aculeata *a Swartzio eſt locata. Vid. Prodr. p. 53. et Obſ. bot. p. 92. An Linnaei et Iacquini nomine conſimilis planta vna eademque eſt? Sw.*)

Napeca. 22. R. aculeis ſubgeminatis recuruis, pedunc. corymboſis, flor. ſemidigynis, fol. ſerratis vtrinque laeuibus.

Iuiuba. 23. R. aculeis ſolitariis recuruis, pedunc. aggregatis, flor. ſemidigynis, fol. retuſis ſubtus tomentoſis. (*Fol. ouata integerrima Lour. l. c.*)

Oenoplia. 24. R. aculeis ſolitariis recuruis, pedunc. aggregatis ſubſeſſilibus, fol. ſemicordatis ſubtus tomentoſis.

circumſciſſus. 25. R. aculeis ſolitariis recuruis oppoſitifoliis, fol. oppoſitis bifariis obcordatis. *Suppl. p. 152.* (*Secundum b. Gaertner de fr. II. p. 111. ob pericarpium exſuccum, 3-locul. trigonum* Ceanothi *genus intrare debet.*)

Zizyphus. 26. R. aculeis geminatis: altero recuruo, flor. digynis, fol. ouato-oblongis. *A Syria in Italiam translatus a Sexto Pampinio, tempore Auguſti.*
Spina Chriſti. 27. R. aculeis geminatis rectis, fol. ouatis.

266. PHYLICA *Perianth.* 5-partitum, turbinatum. *Petala* 0. *Squamae* 5 ſtamina munientes. *Capſ.* tricocca, infera.

ericoides. 1. P. foliis linearibus verticillatis, (congeſtis. *Curt. bot. Mag.*)
bicolor. 2. P. fol. linearibus pubeſcentibus, calycib. communibus corolla breuioribus. *Mant. 208.*
plumoſa. 3. P. fol. lineari-ſubulatis: ſummis hirſutis. *Excluſo ſynonymo Burmanni.* (*Gaertn. de fr. t. 24. f. 7.*)
imberbis. 4. P. fol. linearibus obtuſis ſcabris, flor. terminalibus *Berg. cap. 51.* Sanamundae 3. Cluſii affinis. *Breyn. cent. 18. t. 7. Seb. muſ. 2. t. 49. f. 5.*
ſtipularis. 5. P. fol. linearibus ſtipulatis, flor. quinquecornibus. *Mant. 208.* Chamaelea fol. anguſtis ſubtus incanis, flor. muſcoſis. *Burm. afr. 177. t. 43. f. 2.*
dioica. 6. P. fol. cordatis. *Mant. 342. Burmann.*
calloſa. 7. P. fol. cordatis lanceolatis ſubtus tomentoſis ſupra papilloſis apice pungentibus, floribus capitatis villoſis. *Suppl. p. 153.*
ſpicata. 8. P. fol. cordato-ſagittatis lanceolatis ſubtus tomentoſis ſupra glaberrimis acuminatis pungentibus, ſpicis lanatis. *Suppl. p. 153.*
buxifolia. 9. P. fol. ouatis ſparſis terniſque ſubtus tomentoſis. (*Racemi folioſi, tomentoſi.*)
racemoſa. 10. P. fol. ouatis glabris, flor. ſimplicibus paniculato-racemoſis. *Mant. 209.*
pinifolia. 11. P. fol. aceroſis vtrinque planis glaberrimis, flor. paniculato-racemoſis. *Suppl. p. 153.*
paruiflora. 12. P. fol. ſubulatis acutis ſcabris ſubpiloſis, ramis paniculato-multifloris. *Mant. 209.*

267. CEANOTHVS. *Petala* 5, ſaccata, fornicata. *Bacca* ſicca, 3-locularis, 3-ſperma. (*Capſ.* 3-cocca. *Sem.* ſolitaria. *Gaertn.*)

americanus. 1. C. foliis trineruiis. (*Mill. ic. 57.*)
aſiaticus. 2. C. fol. ouatis eneruiis.

africa-

africanus. 3. C. fol. lanceolatis eneruiis, ſtipul. ſubrotundis. *Fabr. helm. 234. Pluk. phyt. 126. f. 1. Mant. 342. Stylus ex 3. coadunatis.*

1250. ARDVINA. *Cor.* 1-petala. *Stigma* 2-fidum. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* ſolitaria.

biſpinoſa. 1. ARDVINA. *Mant. 52.* (*Spinis craſſis bigeminis. Mill. ic. t. 300.*)

268. BüTTNERIA. *Cor.* 5-petala. *Filamenta* apice petalis connata. *Capſ.* 5-cocca., muricata.

ſcabra. 1. B. foliis (*addo* M. lanceolatis) coſta petiolisque aculeatis. — *Aublet pl. guian. v. 1. t. 96.* M. *Frutex ſarmentoſus, Rubi fruticoſi, aculeis recuruis. Folia alterna, oblonga, petiolo coſtaque aculeata. Racemi axillares, aggregati.*

carthagenenſis. 2. B. fol. ouatis in coſta petiolisque aculeatis. *Iacq. amer. pict. p. 41. qui eam diuerſam a B. ſcabra declarat.* M.

microphylla. 3. B. ramis flexuoſis laeuibus, foliis inermibus *Mant. 107. Iacq. hort. t. 29. Spinae laterifoliae caulis, horizontales.*

269. MYRSINE. *Cor.* ſemi 5-fida, conniuens. *Germen* corollam replens. *Bacca* 1-ſperma *nucleo* 5-loculari. (*Bacc.* 1-locul. ovulis inmaturis quinis; *ſemine* maturo 1 ſ. gemino. *Gaertn.*)

africana. 1. MYRSINE. *Berg. cap. 53. Flores axillares terni pedunculis breuioribus. Corolla pallida, punctis teſtaceis ſcabra, ciliata, clauſa. Stamina laciniis corollae oppoſita, nec alterna. Stigma penicilliforme. Bacca figura et magnitudine Uvae vrſi, caerulea. Nucleus eiusdem formae, globoſus, depreſſiuſculus. (Folia elliptica acuta.)*

. . BLADHIA. *Cor.* rotata, decidua. *Bacca* 1-ſperma. *Sem.* arillatum! *Thunb. nov. gen. pl. p. 6.* M.

iaponica. 1. B. foliis ſerratis glabris. *Thunb. l. c. p. 7. c. tab. Iap. p. 95.* M. Quackitzit. et Iabokoſi, vulgo Fanna Tadſi banna. *Kämpf. am. exot. p. 766.* it. Sjiro Tadſibanna *ib.* M. (Bl. *iaponica*, fol. ternis ſerratis glabris, caul. baſi decumbente. *Thunb. in Transact. of the Lin. Soc. II. p 331. Quibus characterib. a:* Bl. *glabra*, fol. oppoſitis ſerratis glabris,

glabris, caul. erecto. *Th. l. c.* 5. Bladhia *Fl. iap. nr.* 5. *diuerſa eſt.*)

villoſa. 2. B. fol. ſerratis villoſis. *Thunb. iap. p.* 96. M.

criſpa. 3. B. fol. oblongis criſpis glabris. *Thunb. iap. p.* 97. M. (*Kaempf. Ic. ſel. cur. Banks. t.* 7.)

270. CELASTRVS. *Cor.* 5-petala, patens. *Capſ.* 3-angularis, 3-locularis. *Sem.* calyptrata.

bullatus. 1. C. inermis, foliis ouatis integerrimis.

ſcandens. 2. C. inermis, caule volubili.

myrtifolius. 3. C. inermis, fol. ouatis ſerrulatis, flor. racemoſis, caule erecto.

procumbens. 4. C. inermis, procumbens, fol. ouatis ſerratis, floribus axillaribus ſubſolitariis. *Suppl. p.* 153.

filiformis. 5. C. inermis, fol. lanceolatis integris, ramis filiformibus, pedunculis axillaribus vnifloris. *Suppl. p.* 153.

acuminatus. 6. C. inermis, fol. ouatis acuminatis ſerratis, pedunculis axillaribus vnifloris, caule erecto laxo. *Suppl. p.* 154.

microphyllus. 7. C. inermis, fol. ouatis obtuſis integris, cymis terminalibus dichotomis. *Suppl. p.* 154.

articulatus. 8. C. inermis, fol. rotundatis acuminatis ſerratis, pedunculis axillaribus ſubtrifidis. *Thunb. iap. p.* 97. M.

punctatus. 9. C. inermis, ramis ſcandentibus punctatis, fol. ouatis ſerratis. *Thunb. loc. cit.* M. (Celaſtr. *ſcandens*, inerm. ramis ſcandentibus punctatis, fol. ouato-ſerratis. *Thunb. in Transact. p.* 332.)

ſtriatus. 10. C. inermis, ramulis erectis ſtriatis, fol. ouatis acuminatis ſerratis, pedunculis ſparſis vnifloris. *Thunb. l. c. p.* 98. M.

alatus. 11. C. inermis, ramis alatis. *Thunb. l. c.* M.

buxifolius. 12. C. ſpinis folioſis, ramis angulatis, fol. obtuſis. *Pluk. phyt.* 202. *f.* 3.

pyracanthus. 13. C. ſpinis nudis, ramis teretibus, fol. acutis. *Pluk. phyt. t.* 126. *f.* 2, 3.

lucidus. 14. C. fol. oualibus nitidis integerrimis marginatis. *Mant.* 49. (*L'Herit. Stirp. nov. p.* 49. *t.* 25.)

linearis. 15. C. ſpinis folioſis, fol. linearibus integris. *Suppl. p.* 153.

integrifolius. 16. C. ſpinis folioſis, fol. ouatis obtuſis integerrimis, cymis lateralibus. *Suppl. p.* 153.

271. EVONYMVS. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 5-gona, 5-locularis, 5-valuis, colorata. *Sem.* calyptrata.

americanus. 1. E. flor. omnibus quinquefidis, fol. ſeſſilibus. (*Schmidts Oeſterr. Baumz. I. t. 75. Capſ. aculeata.*)

Tobira. 2. E. flor. quinquefidis, fol. oblongis retuſis integris. *Thunb. iap. p. 99.* M. (*Kaempf. Amoen. exot. 5. p. 797. ic.*)

latifolius. 3. E. flor. plerisque quinquefidis, capſulis alato-angulatis, pedunculis folio longioribus. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 3. t. 289.* M. *Linn. Spec. pl. p. 286. vbi tanquam Varietas E. europaei ſiſtitur.* M.

europaeus. 4. E. flor. plerisque quadrifidis, fol. (ſub-)ſeſſilibus. (*Rami laeues, pedunc. compreſſ., ſtigmata ſubulata. Cfr. Ait. Kew. V. I. p. 273. Schmidts Baumz. t. 71.*)

verrucoſus. 5. E. flor. omnibus quadrifidis, ramis verrucoſis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 1. t. 49.* E. leproſus γ, *Suppl. p. 154. cui videtur Varietas europaei eſſe, a quo vero mirifice differt. In* E. verrucoſo *calyx planus, adpreſſus transuerſim rugoſus; petala orbiculata, fuſca; filamenta ſtaminum breuiſſima, item piſtillum; pedunculi longiſſimi, capillares, horizontales, ternati vel biternati, pedicello medio breuiori. In* E. europaeo *calyx diſtans, vel reflexus, foliolis concauis; petala oblonga, ad latera reuoluta, luteo-viridia; filamenta longa, duplo tantum corolla breuiora; ſtylus exſertus dimidiae ſtaminum longitudinis; pedunculi breuiores, craſſiores, patentes, incerti numeri et proportionis ſaepe 4- vel 5-flori.* M.

atropurpureus 6. E. flor. omnibus quadrifidis, ramis glabris, fol. petiolatis acutis. *Iacq. in Litt. Hort. v. 2. t. 120.* M. (E. *atropurpureus*, flor. 4- et 5 fidis, fol. lanceolat. nitidulis petiolat., ramis laeuibus *Lamark Encyclop. method. botaniq. v. 2. p. 567. Stigmata 4-gona truncata Ait. l. c. p. 274.*)

iaponicus. 7. E. flor. quadrifidis, fol. ouatis obtuſis ſerratis. *Thunb. iap. p. 100.* M. Euonymus *iaponicus*, floribus quadrifidis, foliis elliptico-ouatis ſerratis obtuſiſſimis. *Suppl. pl. 154.* (*Kaempf. Ic. ſel. Pl. cur. Banks. t. 8.*)

272. DIOSMA. *Cor.* 5-petala. *Nectaria* 5 ſupra germen. *Capſ.* 3. ſ. 5, coalitae. *Sem.* calyptrata.

oppoſitifolia. 1. D. foliis ſubulatis acutis oppoſitis. *Berg. cap. 62.*
hirſuta. 2. D. fol. linearibus hirſutis. *Berg. cap. 65.*
rubra. 3. D. fol. linearibus mucronatis glabris carinatis, ſubtus bifariam punctatis. *Berg. cap. 62.*
ericoides. 4. D. fol. lineari-lanceolatis, ſubtus conuexis, bifariam imbricatis. *Berg. cap. 65.*
capenſis. 5. D. fol. linearibus triquetris, ſubtus punctatis. Hartogia capenſis. *Syſt. nat. 625. Sp. plant. 288. Folia oppoſita.*
capitata. 6. D. fol. linearibus imbricatis ſcabris ciliatis, flor. capitato ſpicatis. *Mant. 210. Facies omnino Ericae ſ. Bruniae nodiflorae. Nectaria parua, mutica.*
vnicapſularis. 7. D. fol. lineari-lanceolatis M. capſulis vnilocularibus. *Suppl. p. 155.*
latifolia. 8. D. fol. ouatis crenatis, pedunculis axillaribus ſolitariis, caule villoſo. *Suppl. p. 154.* (fol. ouatis crenatis pubeſcentibus, pedunculis lateralibus 1-floris, ramis ſubtomentoſis *Thunb. Fl. capenſ. append.*)
marginata. 9. D. fol. cordato-attenuatis membranaceo-marginatis. *Suppl. p. 155.*
barbigera. 10. D. fol. cordatis amplexicaulibus, petalis barbatis. *Suppl. p. 155.*
tetragona. 11. D. fol. cordatis retuſis complicato-carinatis ciliatis, ramis vnifloris. *Suppl. p. 155.*
cupreſſina. 12. D. fol. ouatis triquetris imbricatis, flor. ſolitariis terminalibus ſeſſilibus. *Mant. 50.* Brunia vniflora. *Sp. pl. 289.*
imbricata. 13. D. fol. ouatis mucronatis imbricatis ciliatis. *Mant. 124. ſub* Hartogia. *Similis D. ciliaris Petala purpurea, ſubrotunda, vnguibus calyce triplo longioribus.*
lanceolata. 14. E. fol. ellipticis obtuſis glabris. Hartogia lanceolata. *Syſt. nat. 625. Folia vtrinque pilis raris.*
ciliata. 15. D. fol. lanceolatis ciliatis rugoſis. Hartogia ciliaris. *Syſt. nat. 625. Berg. cap. 68. Folia margine et carina ciliata. Petala oblonga vnguibus vix calyce longioribus.*
crenata. 16. D. fol. lanceolato-oualibus oppoſitis glanduloſo-crenatis, flor. ſolitariis. Hartogia betulina. *Berg. cap. 67. Calycis folia ſubulata, crenata.*

vniflora.

vniflora. 17. D. fol. ouato-oblongis, flor. ſolitariis terminalibus. *Berg. cap. 71. Calycis foliola ouata, magna, foliisque fere latiora. (Petala huic ſpeciei maxima. Curt. bot. Mag. t. 273. Schrad. et Wendl. Sert. hann. t. 8.)*

pulchella. 18. D. fol. ouatis-obtuſis glanduloſo-crenatis, flor. geminis axillaribus. Hartogia pulchella. *Syſt. nat. 625. Flores hermaphroditi. Fructus 3-locularis. Cornua terminata Glandulis 2.*

OBS. Polymorphum genus ſexu, nectariorum figura, capſularum numero, ſuaſit diuiſionem in Dioſmas et Hartogias, ſed vtraque demum plures obſervationes retraxerunt in vnum.

: . HOVENIA. *Cor.* 5-petala, petalis conuolutis. *Stigma* 3-fidum. *Capſ.* 2-locularis, 3-valuis *Thunb. Diſſ. nov. gen. pl. p. 7.* M.

dulcis. 1. *Houenia. Thunb. l. c. p. 8. Iap. p. 102.* Sicku, vulgo Ken et Kenpökönas. *Kämpf. amoen. p. 808. fig. p. 809.* M.

274. BRVNIA. *Flores* aggregati. *Filamenta* vnguibus petalorum inſerta. *Stigma* 2-fidum. *Sem.* ſolitaria, bilocularia. (*Drupa* ſicca infera, 2-locul. *Gaertn.*)

nodiflora. 1. B. foliis imbricatis triquetris acutis. *Mant. 343. Fructus ſuperus bilocularis. Styli 2.*

paleacea. 2. B. fol. quinquefariam imbricatis adpreſſis, corymbo terminali, paleis capitulorum exſertis. *Berg. cap. 56. Mant. 559.*

lanuginoſa. 3. B. fol. linearibus patulis, apice calloſis. *Berg. cap. 60. Similis B. abrotanoidi. Rima nectarifera, vt in B. abrotanoide.*

abrotanoides. 4. B. fol. lineari-lanceolatis patentibus triquetris apice calloſis. *Berg. cap. 59. Germen ſuperum. Stylus 1. emarginatus.*

ciliata. 5. B. fol. ouatis acuminatis ciliatis. *Germen ſuperum. Stylus bifidus.*

radiata. 6. B. fol. linearibus triquetris, calyce radiante: foliolis intimis coloratis. Phylica radiata. *Sp. pl. 283. (Pluk. mant. t. 454. f. 7.)* *)

glutinoſa.

*) STAVIA: Cor. *ſupera*, *5-petala.* Stam. *calyci inſerta.* Styl. *bifidus*, Thunb. *Fol. cap. prodr.*

1.

glutinoſa. 7. B. fol. linearibus triquetris, calyce radiante: foliolis omnibus coloratis. *Mant. 210.* Brunia colorata. *Berg. cap. 57. Similis praecedenti, etiam ſtylo ſimplici et flore radiato, at in hac diſcus maior glutinoſus; vtrisque Germen inferum: an itaque proprii generis hae duae? (Pluk. amalth. t. 431. f. 1.)*

verticillata. 8. B. fol. triquetris, ramulis verticillatis faſtigiatis, capitulis terminalibus glabris. *Suppl. p. 156.*

1247. CYRILLA. *Petala* acuta, receptaculo inſerta. *Capſ.* 2-locularis. *Stylus* 2-fidus, perſiſtens.

racemiflora. 1. CYRILLA. *Mant. 50.* (Itea *Cyrilla,* foliis integerrimis. *L'Herit. Stirp. nov. t. 66. Ad vnum genus* Itea *et* Cyrilla *ob conformitatem tam floris quam fructus bilocularis in vtraque retraxit cel. L'Heritier l. c. p. 137. Hinc Auctor eodem opere p. 147. aliud genus in memoriam cel. Cyrilli:* Cyrilla pulchella *dixit, quod ad claſſem didynamiam angioſpermiam pertinet.)*

275. ITEA. *Petala.* longa, calyci inſerta. *Capſ.* 1-locularis, 2-valuis.

virginica. 1. ITEA. (foliis ſerratis. *L'Herit. l. c. p. 137.*) *Frutex humanae altitudines. Folia alterna, petiolata, ouata, ſerrata. Racemi terminales, albi. Facies Padi.*

276. GALAX. *Cor.* hypocrater. *Cal.* 10-phyllus. *Capſ.* 1-locularis, 2-valuis, elaſtica.

aphylla. 1. GALAX.

277. CEDRELA. *Cal.* marceſcens. *Cor.* 5-petala, infundibuliformis, baſi ad $\frac{1}{3}$ receptaculo adnata. *Capſ.* lignoſa, 5-locularis, 5-valuis. *Sem.* deorſum imbricata, ala membranacea.

odorata. 1. C. floribus paniculatis. *(Capſ. ſupera e lignoſo pedunculo continuata, fuſca, maculis irregularib. pallidioribus. Gaertn. de fr. II. p. 84. t. 95.)*

ELAEO-

---

1. *St.* radiata, *fol. lanceolato-trigonis, patulis, calycis radio colorato breviore.* Thunb. *l. c. p. 41,* (Brunia radiata. *Linn.*)

2. *St.* glutinoſa, *fol. lineari-lanceolatis trigonis patulis, radio calycis colorato capitulo longiore.* Thunb. *l. c.* (Brunia glutinoſa *Linn.*)

. . ELAEODENDRVM. *Cor.* 5-petala. *Drupa* ouata, nuce 2-loculari. *Iacq. iun. in act. helv. v.* 9. *tab. fig.* 2. M.

orientale. 1. ELAEODENDRVM. *Iacq. icon. rar.* M.

. . CALODENDRVM. *Cor.* explicata 5.petala. *Nectarium* 5-phyllum. *Capſ.* 5-locularis. *Thunb. Diſſ. nov. pl. gen. p.* 41. M.

capenſe. 1. CALODENDRVM. *Thunb. l. c. p.* 43. M. (Cfr. *Dahl obſ. bot. circa Syſt. veget. ed. XIV.*)

1372. ESCALLONIA. *Petala* 5 diſtantia, lingulata *Stigm.* capitatum. *Bacca* 2-locularis polyſperma. *Suppl. p.* 21.

Myrtilloides. 1. ESCALLONIA. *Suppl. p.* 156. (*Smith ic. t.* 30.)

1373. CORYNOCARPVS. *Nectaria* 5 petaliformia cum petalis alternantia, baſi glandulifera. *Suppl. p.* 21.

laeuigata 1. CORYNOCARPVS. *Suppl. p.* 156.

1374. ARGOPHYLLVM. *Petala* 5. *Nectarium* pyramidale, 5-angulare, longitudine corollae. *Suppl. p.* 22.

nitidum. 1. ARGOPHYLLVM. *Suppl. p.* 156.

278. MANGIFERA. *Cor.* 5-petala. *Drupa* reniformis. (*Drupa* baccat. 1-ſperma, *putamine* fibris lignoſis crinito. *Gaertn.*)

indica. 1. M. foliis ſimplicibus, floribus pentandris. *Suppl. p.* 157. Mangifera indica. *Syſt. ed.* 13. *p.* 201. (*Iacq. Ic. pl. rar. t.* 337. *Quoad fructus formam, magnitudinem, colorem nec non ſaporem inprimis variat. vid. Gaertn. de fr. II. p.* 94. *et Lour. Cochinch. I. p.* 160.)

pinnata. 2. M. fol. pinnatis, flor. decandris. *Suppl. p.* 156.

280. HIRTELLA. *Petala* 5. *Filamenta* longiſſima, perſiſtentia, ſpiralia. *Bacc.* 1-ſperma. *Stylus* lateralis.

americana. 1. HIRTELLA. *Iacq. amer.* 8. *t.* 8. — *Ed.* 2. *pict. t.* 11. M. *In Herbario Piſonis ſtamina* 5; *in Cliffortii* 3; *etiam Iacquini.*

1249. PLECTRONIA. *Petala* 5, calycis fauci inſerta. *Bacca* 2-ſperma, infera.

ventoſa. PLECTRONIA. *Mant.* 52. *Plectronia corymboſa. Burm.*

281. RIBES. *Petala* 5 et ſtamina calyci inſerta. *Stylus* 2-fidus. *Bacca* polyſperma, infera.

* Ribeſia *inermia.*

rubrum. 1. R. inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiuſculis. (*Schmidt öſterr. allg. Baumz. II. t.* 93.)

petraeum. 2. R. inerme, racem. florentibus erectis, fructeſcentibus pedulis. *Iacq. in Litt. Miſc. v.* 2. *p.* 36. *Icon. rar. t.* 39. M.

alpinum. 3. R. inerme, racem. erectis: bracteis flore longioribus. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 1. *t.* 47. *M.* (*Rami declinati. Eſt planta polygamo-dioica.*)

nigrum. 4. R. inerme, racem. piloſis. flor. oblongis. *Fl. dan. t.* 556. (*Pet. conniuentia. Cal. reflexus. Ab hoc vt ſpecies diſtincta merito ſeparatur* Ribes floridum *L'Herit. Stirp.* 4. *ſ.* penſyluanicum. *Dill. elth. t.* 244. *f.* 315.)

** Groſſulariae *aculeatae.*

diacantha. 5. R. fol. inciſis, aculeis geminis ad gemmas. *Suppl. p.* 157. (*Schmidt l. c. t.* 97. *Bacc. ouatae glabrae.*)

reclinata. 6. R. ramis ſubaculeatis reclinatis, pedunculis bractea triphylla.

Groſſularia. 7. R. ram. aculeatis, petiolorum ciliis piloſis, baccis hirſutis. (*Schmidt. l. c. t.* 99.)

Vua criſpa. 8. R. ramis aculeatis, bacc. glabris, pedicellis bractea monophylla. *Fl. dan. t.* 546. (Groſſularia Vua criſpa. *Gaertn. I. p.* 143. *Schmidt Anleyſ. t.* 1. *Styli* 2, *hirſuti. Baccae etiam paſſim piloſae, aut ſpinoſae.*)

oxyacanthoides. 9. R. ramis vndique aculeatis. (*Dill. Hort. Eltham. p.* 166. *t.* 139. *Baccae glabrae paruae, obſcure purpureae.*)

cynosbati. 10. R. aculeis ſubaxillaribus, bacc. aculeatis racemoſis. — *Iacq. hort. v.* 2. *t.* 123. M.

282.

282. GRONOVIA. *Petala* 5 et ſtamina calyci campanulato inſerta. *Bacca* ſicca, monoſperma, infera.

ſcandens. 1. GRONOVIA. *Mant. 343. Planta cucurbitacea cirrhis ſcandens. Folia vrentia. (Iacq. Ic. pl. rar. t. 338.)*

1296. AQVILICIA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Nectarium* vrceolatum ſquamis 15. *Bacca* 5-locularis. *Sem.* ſolitaria. (*Bac.* toruloſa, 1-locul. 3-6-pyrena. *Gaertn.*)

ſambucina. 1. AQVILICIA. *Mant. 211. Staphylea indica* foliis bipinnatis: infimis ternatis; ſummis quinis etc. *Burm. ind. 73. t. 24. f. 2.* (*Secundum Aitonium et Thunbergium cum genere* Leea *coniungi poteſt.*)

283. HEDERA. *Petala* 5, oblonga. *Bacca* 5-ſperma. calyce cincta. (*Sem.* arillata. *Ehrh.*)

Helix. 1. H. foliis ouatis lobatisque. (*Flor. dan. 1027. Fol. in ramis floreſcentib. ouata integra, in ſterilibus lobata, quae vero diuerſas ſpeciei varietates nequaquam efficiunt.*)

quinquefolia. 2. H. fol. quinatis ouatis ſerratis. *Racemi trifidi, bis dichotomi, vltimo vmbellati. Calyx breuiſſimus, obtuſe dentatus, apice rubicundus. Petala oblonga, obtuſa, apice fornicata, viridia. Glandula receptaculi calyce altior, germen cingens crenis aliquot. Stamina filiformia, corolla paulo breuiora. Stylus 1. longitudine ſtaminum. Germen ſuperum. tetraſpermum. Numerus floris variat 5 et 4. Schreber.* (Vitis hederacea. *Ehrh. Beytr. 6. p. 85.*)

284. VITIS. *Petala* apice cohaerentia, emarcida. *Bacca* (4-) 5-ſperma, ſupera.

vinifera. 1. V. foliis lobatis ſinuatis nudis. (*Schmidel Anal. t. 7. Fol., praeſertim iuniora, ſubtus et ad neruos pubeſcentia.*)

indica. 2. V. fol. cordatis dentatis ſubtus villoſis, cirrhis racemiferis. *Plum. ic. 59. f. 2. Ciſſi ſpecie Iacq.* (*Caules aqua puriſſima et frigida, qua incolae ſitim ſaepe extinguunt, ſunt repleti Swartz obſ. p. 95.*)

Labruſca. 3. V. fol. cordatis ſubtrilobis dentatis ſubtus tomentoſis. (*Caul. longiſſim. tenuis. Fol. etiam integra. Lour. Cochinch. I. p. 155.*)

heterophylla. 4. V. fol. ſimplicibus inciſo-trilobis quinquelobisque ſerratis nudis. *Thunb. iapon. p. 103.* M.

vulpina. 5. V. fol. cordatis dentato-ſerratis vtrinque nudis.

trifolia. 6. V. fol. ternatis: foliolis ſubrotundis ſerratis.

lacinioſa. 7. V. fol. quinatis: foliolis multifidis. (*Schmid. l. c. t. 8.*)

iaponica. 8. V. fol. quinatis ſubpedatis glabris: foliolis crenatis crenis ariſtatis. *Thunb. iap. p. 104.* M.

pentaphylla. 9. V. fol. quinatis: foliolis indiuiſis ſerratis. *Thunb. loc. cit.* M.

heptaphylla. 10. V. fol. ſeptenatis ouatis integerrimis *Mant. 212. Similis Hederae quinquefoliae.*

arborea. 11. V. fol. ſupradecompoſitis: foliolis lateralibus pinnatis.

285. LAGOECIA. *Inuolucr.* vniuerſale et partiale. *Petala* 2-fida. *Sem.* ſolitaria, infera.

Cuminoides. 1. LAGOECIA. (*Inuol. vniuerſ. 8 phyll. pinnato-dentatum; partiale 4-phyllum capillaceo-pinnatif. 1 flor. Cal. 5-phyll. capillaceo-multifidus. Gaertn. de fr. 1. p. 103. t. 23. f. 3. Plenk Pl. officin. t. 153.*)

1234. RORIDVLA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* (3-locul.), 3 valuis. *Antherae* baſi ſcrotiformes.

dentata. 1. RORIDVLA. *Gen. plant. p. 567. Irion verticillatum. Burm. prodr. 6. Droſerae affinis, fruticulus.*

286. SAUVAGESIA. *Cor.* 5-petala, fimbriata. *Cal.* 5-phyllus. *Nectar.* 5-phyllum, cum petalis alternans. *Capſ.* 1-locularis.

erecta. 1. SAUVAGESIA. *Iacq. amer. 77. t. 51. f. 3. — Ed. 2. pict. p. 41. t. 77.* M. *Pedunculi laterales, vniflori: floriferi erecti; fructiferi deflexi. Flores albi. Stipulis ciliatis diſtinctiſſima.*

. . CAROXYLON. *Cor.* 5-petala. *Nectar.* 5-phyllum, conniuens, corollae inſertum! *Semen* tunica veſtitum. *Thunb. diſſ. n. pl. gen. p. 37.* M.

Salſola. 1. CAROXYLON. *Thunb. l. c. p. 38.* M.

287. CLAYTONIA. *Cal.* 2-valuis. *Cor.* 5-petala. *Stigma* 3-fidum. *Capſ.* 3-valuis, 1-locularis, 3-ſperma.

virginica. 1. C. foliis linearibus. *Flores albi, rubro lineati.*

ſibirica. 2. C. fol. ouatis. *Folia Radicalia petiolata, ouata, neruoſa, glaberrima. Scapus declinatus, Foliis caulinis duobus, oppoſitis, ſeſſilibus, ouatis, intra quae Racemi duo ſecundi; tenelli adhuc reuoluti; altero diphyllo. Flores rubri. Stamina vnguibus petalorum inſerta.*

Portulacaria. 3. C. caule arboreo erecto. *Mant. 211.* Craſſula portulacaria. *Sp. plant. 406. Character detectus a D. Turra.* (Portulacaria afra. *Iacq. Collect. 1. p. 160. t. 22.* Cal. 2-*phyllus.* Pet. 5. Sem. 1, *alato-triquetrum. Ait. Kew. 1. p. 379. Ad pentandr. trigyniam pertinet.*)

1297. HELICONIA. *Spatha* vniuerſalis partialisque. *Cal.* 0. *Cor.* 3-petala: *Nectario* 2-phyllo. *Capſula* tricocca, (trilocul., *Sem.* baſi membr. villoſa, aut glandula criſtata tecta. *Gaertn.*)

Bihai. 1. H. foliis neruoſis reticulatis baſi attenuatis, nectario haſtato libero. *Suppl. p. 157.* Heliconia Bihai. *Syſt. ed. 13. Mant. 211.* Muſa Bihai. *Sp. plant. 1477. Habitus Muſae.* *)

alba. 2. H. foliorum neruis ſimpliciſſimis glaberrimis, baſi ouato-rotundata, nectario haſtato libero. *Suppl. p. 157.*

pſittacorum. 3. H. fol. glaberrimis neruoſis baſi rotundatis, infloreſcentia glaberrima, ſpadice erecto ebracteato, nectario lanceolato adnato. *Suppl. p. 158.*

hirſuta. 4. H. fol. baſi rotundatis ſimpliciſſime neruoſis glaberrimis, infloreſcentia hirſuta, ſpadice flexuoſo, nectario lanceolato adnato. *Suppl. p. 158.*

288.

*) *Differentia haecce ſpicifica* A LINNAEO, *filio, prolata, teſte* AITONIO *delenda eſt, quia b. Vir 3 diuerſas plantas confudit, hancce americanam nimirum et 2 africanas. Muſa* Bihai *L., patris, Sp. plant. p 1477. huius eſt generis ſ. H.* Bihai, *fol. oblongis, ſpathis nauicularibus patentibus amplexicaulib.* Ait. Kew. I. p. 284. *Hel.* Bihai *vero et* alba *L., fil. ad faſtoſum plantarum genus a* perill. BANKSIO *dein conditum pertinet nimirum:*

STRELITZIA: Spathae. Cal. 0. Cor. 3-*petala.* Nect. 3-*phyllum genitalia inuoluens.* Pericarp. 3-*locul., polyſpermum.* Ait. Kew. I. p. 285.)

288. ACHYRANTHES. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* 2-fidum. *Semina* ſolitaria. (*Stam.* ſquamul. ciliatis alternantia, aut baſi inter ſe in tubum connata. *Capſ.* vtricul. eualuis. *Gaertn.*)

aſpera. 1. A. caule fruticoſo erecto, calycibus reflexis ſpicae adpreſſis. Auricula canis, mas. *Rumph. amb.* 6. *p.* 17. *t.* 12. *f.* 1. Cadeli *Rheed. mal.* 10. *p.* 155. *t.* 78. Arabica *varietas Foliis vtrinque glabris, viridibus, ſimilibus Plumbaginis zeylanicae, quam ſicula latioribus, ſubtus punctatis.*

lappacea. 2. A. caule fruticoſo diffuſo proſtrato, ſpicis interruptis, floſculis lateralibus vtrinque faſciculo ſetarum vncinato. Cfr. *Suppl. p.* 160.

muricata. 3. A. caule fruticoſo patulo, fol. alternis, flor. ſpicatis remotis ouatis, calycibus ſquarroſis.

patula. 4. A. caule fruticoſo patulo pubeſcente, florum ſpicis orbiculatis echinato vncinatis. *Suppl. p.* 160.

alternifolia. 5. A. caule (herbaceo M.) erecto, florum echinis ſubgloboſis. *Suppl. p.* 159. Achyranthes *alternifolia*, caule herbaceo erecto, fol. alternis, flor. ſpicatis remotis, cal. ſquarroſo-patulis. *Mant.* 50. 344. *Syſt. ed.* 13. *p.* 159.

corymboſa. 6. A. fol. quaternis linearibus, panicula dichotomo-corymboſa. *Cal.* 5-*phyllus. Petala* 5. *Stam.* 5? *Stylus* 1, *capitatus.*

dichotoma. 7. A. caulibus ſuffruticoſis, fol. oppoſitis linearibus planis acutis, cyma dichotoma. *Mant.* 51.

proſtrata. 8. A. caul. proſtratis fruticoſis, ſpic. oblongis: floſculis binatis vtrinque faſciculo vncinato.

289. CELOSIA. *Cal.* 3-phyllus, corollae 5-petalae facie. *Stam.* baſi nectario plicato coniuncta. *Capſ.* horizontaliter dehiſcens.

argentea. 1. C. foliis lanceolatis, ſtipulis ſubfalcatis, pedunculis angulatis, ſpicis ſcarioſis. Tſiera belutta adeca majan. *Rheed. mal.* 10. *p.* 77. *t.* 39.

margaritacea. 2. C. fol. ouatis, ſtipulis falcatis, pedunc. angulatis, ſpic. ſcarioſis. Belutta adeca manjan. *Rheed mal.* 10. *p.* 75. *t.* 38.

triſtata. 3. C. fol. oblongo-ouatis, pedunc. teretibus ſubſtriatis, ſpic. oblongis. *Variat foliis anguſtis et latis.*

panicu-

paniculata. 4. C. fol. ouato-oblongis, caul. aſſurgente paniculato, ſpic. alternis terminalibus remotis. (*Spica racem., flores diſtincti, capſ. polyſperma. Sw. obſ. bot. p. 100.*)

coccinea. 5. C. fol. ouatis ſtrictis inauriculatis, caul. ſulcato, ſpic. multiplicibus criſtatis.

caſtrenſis. 6. C. fol. lanceolato-ouatis lineatis acuminatiſſimis, ſtip. falcatis, ſpic. criſtatis.

trigyna. 7. C. fol. ouato-oblongis, racemo laxo, piſtillo trifido. *Mant. 212. Iacq. hort. v. 3. t. 15.* M.

lanata. 8. C. fol. lanceolatis tomentoſis obtuſis. ſpicis confertis, ſtaminibus lanatis. — *Iacq. hort. v. 3. t. 85.* M. (*Spicae longiſſimae albicantes.*)

gnaphaloides. 9. C. fruticoſa lanata, foliis oppoſitis ouatis ſubtus albis, capitulo globoſo pedunculato. *Suppl. p. 161.*

nodiflora. 10. C. fol. cuneiformibus acutiuſculis, ſpic. globoſis lateralibus. — *Iacq. hort. v. 1. t. 98.* M. (*Rami longi patentes.*)

procumbens. 11. C. caulibus decumbentibus pedunculis longiſſimis aphyllis, ſpicis ouatis approximatis, capſulis compreſſis criſtato-alatis. *Murr. in comment. gott. 1782. p. 16. t. 5.* Celoſia *procumbens*, caule hirſuto procumbente, fol. oblongis in petiolum attenuatis, ſpiculis oblongis ſubpaniculatis. *Iacq. in Litt. Miſc. auſtr. vol. 2. p. 344. Icon. rar.* M.

. . CHENOLEA. *Cal.* 1-phyllus, globoſus. *Capſ.* 1-ſperma, 1-valuis. *Cal.* 5-fidus. *Thunb. nov. gen. pl. p. 9.* M.

diffuſa. 1. CHENOLEA. *Thunb. l. c. p. 10.* M. (Salſola *ſericea*, fruteſc., ramis diffuſis, fol. lanceolatis ſericeis, cal. muticis *Ait. Hort. Kew. I. p. 317.*)

290. ILLECEBRVM. *Cal.* 5-phyllus, cartilagineus. *Cor.* nulla. *Stigm.* ſimplex. *Capſ.* 5-valuis, monoſperma.

brachiatum. 1. I. caule erecto herbaceo brachiato, foliis oppoſitis laeuibus. *Mant. 213.* Achyranthes brachiata. *Mant. 50.* Amaranthus indor. bliti folio tranſparenti, paniculis inter folia ſparſis. *Pluk. alm. 11. t. 334. f. 5.*

ſanguinolentum. 2. I. fruteſcens, fol. oppoſitis, ſpicis compoſitis congeſtis. Achyranthes ſanguinolenta. *Sp. pl.*

294. Caulis ſaepius proſtratus, ramoſiſſimus. Spicae confertae, ſeſſiles, alternae, laxae, tomentoſae. Calyx viridis, pubeſcens. Antherae luteae. Piſtillum purpureum. Folia vtrinque rubra, ſupra obſcuriora.

canarienſe. 3. I. fruticoſum, fol. ellipticis acutis, ſtipulis bracteisque ouatis breuioribus, paniculis terminalibus dichotomis. *Suppl. p. 161.*

lanatum. 4. I. caule ſubherbaceo erecto, flor. lateralibus, fol. alternis. Achyranthes lanata. *Spec. plant. 296. Caulis rigidus, ſubpiloſus, baſi tantum ramoſus. Folia petiolata, integerrima, acutiuſcula, nuda, ſubtus pubeſcentia. Pedunculi laterales, breuiſſimi; ſpicis 3. ſ. 4, ſeſſilibus, inaequalibus cum foliolo. Stamina 5, baſi connexa mediante corona 5-dentata. Semen vnum, reniforme. Pluk. t. 75.*

iauanicum. 5. I. caule herbaceo erecto albo tomentoſo, fol. alternis. Ireſine iauanica. *Burm. ind. 212. t. 65. f. 2.* Amaranthus albus gangeticus, ſaluiae anguſtis foliis, panicula conglomerata. *Pluk. alm. 26. t. 10. f. 1. Folia Mercurialis tomentoſae, obovato-lanceolata, vt caulis, albo-tomentoſa, ſupra cinerea. Spicae terminales, approximatae. Calyx hyalinus, viridi carinatus. Germen globoſum. Stigmata 2, rubra.*

Monſoniae. 6. I. ſpicis terminalibus, caulibus proſtratis, foliis ſubulatis. *Suppl. p. 161.* (Celoſia Monſonia. *Retz Obſ. bot. 2. p. 13.* Spicis compactis cylindricis, ramis brachiatis. *Ait. Kew. I. p. 288.*)

verticillatum. 7. I. flor. verticillatis nudis, caul. procumbentibus. *Fl. dan. t. 335. (Inter foliola calycis adhuc 5 alias detexit lacinias dentiformes cl. Schkuhr, quas forte ſtamina ſterilia eſſe autumat, etiam 4 bracteas diaphanas ſub quouis verticillo inuenit. vid bot. Handb. I. p. 150. Linnaeus in Prael. de ord. nat. p. 308. de ſimilibus filamentorum imperfectorum rudimentis in genere* Illecebro *iam loquitur.)*

ſuffruticoſum. 8. I. flor. lateralibus ſolitariis. caul. ſuffruticoſis. (Herniaria polygonoides. *Cauanill. Pl. hiſpan. t. 131. Stam. 10, quorum 5 antheris carent. Styl. vix vllus: ſtigm. 3 breuiſſima. Cav.)*

cymoſum. 9. I. ſpic. cymoſis ſecundis caul. diffuſo. *Moriſ. hiſt. 2. ſ. 5. t. 29. f. Ger. prov. 337.*

Parony-

Paronychia. 10. I. flor. bracteis nitidis obuallatis, caulib. procumbentibus, fol. laeuibus.

capitatum. 11. I. flor. bracteis nitidis occultantibus capitula terminalia, caulibus erectiuſculis, fol. ciliatis, ſubtus villoſis.

benghalenſe. 12. I. caule erecto herbaceo, fol. alternis oppoſitisque lanceolatis pubeſcentibus. *Mant. 213.*

arabicum. 13. I. flor. ſparſis congeſtis, bracteis nitidis aequantibus, caul. procumbentibus. *Mant. 51.*

Achyrantha. 14. I. caul. repentibus piloſis, fol. ouatis mucronatis oppoſito minore, capit. ſubgloboſis ſubſpinoſis.

polygonoides. 15. I. caul. repentibus hirtis, fol. lato-lanceolatis petiolatis, capitul. orbiculatis nudis. *Mant. 345.*

ficoideum. 16. I. caul. repentibus glabris, fol. lato-lanceolatis petiolatis, capitul. orbiculatis pubeſcentibus. *Nectarium radiis 5, apice laceris. Iacq. hiſt. 80. t. 60. f. 4. — Amer. pict. p. 43. t. 90.* M.

ſeſſile. 17. I. caul. repentibus bifarie tomentoſis, fol. lanceolatis ſubſeſſilibus, capit. oblongis glabris. *Mant. 345.* Olus ſquillarum. *Rumph. amb. 6. p. 37. t. 15. f. 1.*

vermiculatum. 18. I. caul. repentibus glabris, fol. ſubteretibus carnoſis, capit. oblongis glabris terminalibus. (Gomphrena vermicularis *Sw. Obſ. bot. p. 101. ob ſtyl. 2, cal. 2-3 phyllum, nectarium et lanuginem inter calycem et corollam.)*

alſinifolium. 19. I. caul. diffuſis, fol. ouatis, flor. congeſtis, bracteis nitidis. *Mant. 51.*

291. GLAVX. *Cal.* 1-phyllus.. *Cor.* nulla. *Capſ.* 1-locularis, 5-valuis, 5-ſperma.

maritima. 1. GLAVX. *Fl. dan. t. 548.* (*Cal.* colorat. *ſ. potius, Cor.* campanul. 5-fida: *laciniis* reuolut. obtuſis.)

292. THESIVM. *Cal.* 1-phyllus, cui ſtamina inſerta *Sem.* 1, inferum. (*Nux* a calyc. indurato, 1-locularis *Gaertn.*)

Linophyllum. 1. T. panicula foliacea, foliis linearibus. (*Cal. tubus breuiſſimus. Bract. 3. Sowerb. engl. bot. p. 247. t. 247.*)

alpinum. 2. T. racemo foliato, fol. linearibus. *Iacq. vind. 215. — Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 416.* M. *Ger. prov. 442.*

442. *t. 17. f. 1. Caulis procumbens. Flores 4-fidi. (Stam. 4. Cal. tubus longiſſimus. Sow. l. c.)*

Friſea. 3. T. flor. ſubſpicatis ſecundis ciliato-lanatis, fol. ſubulatis. *Mant. 213.*

ſpicatum. 4. T. flor. ſpicatis laeuibus, fol. ſubulatis breuiſſimis remotiſſimis. *Mant. 214.*

capitatum. 5. T. flor. capitatis ſeſſilibus terminalibus, fol. triquetris laeuibus, bracteis ouatis.

ſtrictum. 6. T. flor. vmbellatis, fol. linearibus decurrentibus. *Berg. cap. 73. Mant. 214.*

vmbellatum. 7. T. flor. vmbellatis, fol. oblongis.

ſcabrum. 8. T. capitulis pedunculatis, fol. triquetris margine carinaque ſcaberrimis.

paniculatum. 9. T. totum paniculatum. *Mant. 51.*

amplexicaule. 10. T. flor. ſubſpicatis ſecundis ciliato-lanatis. *Mant. 213.*

euphorbioides. 11. T. pedunc. trifloris terminalibus, fol. ſubouatis carnoſis. *Berg. cap. 74.* Planta africana arboreſcens, portulacae foliis. *Pluk. amalth. 173.*

Colpoon. 12. F. foliis oppoſitis petiolatis obouatis planis integerrimis, corymbo terminali aphyllo. *Suppl. p. 161.* Fuſanus compreſſus. *Syſt. ed. 13. p. 161.*

ſpinoſum. 13. T. fol. ſubulatis mucronatis, floribus axillaribus ſolitariis. *Suppl. p. 161.*

triflorum. 14. T. fol. lanceolatis, caule angulato, pedunculis axillaribus trichotomis compoſitis. *Suppl. p. 162.*

fragile. 15. T. fol. ouato-triquetris carinatis decurrentibus, caule angulato, flor. axillaribus ſeſſilibus. *Suppl. p. 162.*

ſquarroſum. 16. T. fol. lineari-ſubulatis recuruato-reflexis, caule tereti, flor. axillaribus ſeſſilibus. *Suppl. p. 162.*

lineatum. 17. T. fol. linearibus, caule tereti angulato inferne aphyllo, ramis rectis diuaricatis, flor. axillaribus pedunculatis. *Suppl. p. 162.*

293. RAVWOLFIA. Contorta.*) *Bacca* ſucculenta, diſperma.

nitida. 1. R. glaberrima nitidiſſima. — *Iacq. amer. pict. p. 28.* M.

caneſcens. 2. R. ſubpubeſcens. *Iacq. amer. 47.* — *Ed. 2. pict. t. 259. f. 17. quoad florem.* M.

tomen-

*) *Pleraque genera contortarum hic ſignificata non monogyna, ſed digyna, agnoſcit Friis Rottböll Progr. Botanikens vdſträkte* Nytte *p. 40. ob ſtylos binos, ſtigmate etſi communi iunctos.* M.

tomentoſa. 3. R. tomentoſa. *Iacq. obſ. 2. t. 35.* — *Amer. pict. p. 29. t. 46.* M. (*Fol. ſubtus magis tomentoſa, quaterna, quorum 2 longiora. Iacq.*)

1252. PAEDERIA. Contorta. *Bacca* vacua, fragilis, diſperma. *Stylus* 2-fidus.

foetida. 1. PAEDERIA. *Mant. 52.*

1251. CARISSA. Contorta. *Baccae* 2, polyſpermae.

Carandas. 1. C. foliis ellipticis obtuſis. *Mant. 52.* Echites ſpinoſa. *Burm. ind. 69.* Lycium malabaricum, ſubrotundis pyrolae denſioribus foliis. *Pluk. alm. 235. t. 305. ſed corolla non quadrifida.*

ſpinarum. 2. C. fol. ouatis acutis. *Mant. 559.* Spina ſpinarum. *Rumph. amb. 7. p. 76. t. 19. f. 1.* (*Cfr. cum hac ſpecie Loureiro Fl. Cochinch. v. II. p. 634. et cum priore v. I. p. 125.*)

294. CERBERA. Contorta. *Drupa* monoſperma.

Ahovaj. 1. C. foliis ouatis. (*Vid. Gaertn. de fr. II. p. 193.*)

Manghas. 2. C. fol. lanceolatis: neruis transuerſalibus. *Pet. gaz. t. 16. f. 4.* (*Gaertn. l. c. t. 123 et 124.*)

Theuetia. 3. C. fol. linearibus longiſſimis confertis. — *Iacq. amer. pict. p. 29. t. 47.* M. (*Flor. flaui odori.*)

296. GARDENIA. Contorta. *Bacca* infera 2-ſ. 4-locularis, polyſperma. *Cor.* 1-petala. *Antherae* tubo corollae absque filamentis inſertae. — *Suppl. p. 23.* Cfr. *Thunb. Diſſ. de Gardenia. p. 11.* *)

* *Inermes.*

radicans. 1. G. inermis, corollis obtuſis, calyce angulato, foliis ellipticis, caule radicante. *Thunb. loc. cit. n. 1. t. 1. fig. 1. Iapon. p. 109.* Kutſjinas alterna. *Kämpf. amoen. p. 808.* M. (*Fol. elliptica, cal. laciniae verticales lanceolato-ſubulatae. Ait. Kew. I. p. 293.*)

florida. 2. G. inermis, corollis obtuſis, calyce angulato, foliis ouatis acutis. *Thunb. diſſ. cit. n. 2.* M. Gardenia florida. *Syſt. ed. 13. p. 208. Suppl. p. 163.*

*) *Numerus partium naturaliſſimus eſt quinarius, in quibusdam vero ſpeciebus variat vsque ad nouem, ſcilicet antherarum, laciniarum calycis et limbi corollae.* THVNBERG. — *Omnino peculiare eſt, quod* GARDENIAE *generi plures ex aliis generibus ſpecies ſenſim ſenſimque ſunt adnumeratae, quarum exempla iam ſupra attulimus.*)

163. Iaſminum ramo vnifloro pleno petalis coriaceis. *Ehret. pict. t. 15. optime. N. Act. nat. cur. 1761. p. 333. tab. 8. Praeſtantiſſimus flos adonidum certans cum Nandi eruatam. Vide Mant. 346.*

Thunbergia. 3. G. inermis, corollis obtuſis, calyce tereti, foliis ouatis acutis. *Thunb. Diſſ. cit. n. 3. t. 2. f. 6. quoad fructum* Thunbergia capenſis. *Montin in act. Stockholm. 1773. p. 288. t. 11.* Gardenia Thunbergia. *Suppl. p. 162.* (*Cal. latere rumpitur, lacin. apice dilatatis Ait.*)

gummifera. 4. G. inermis, corollis obtuſis, calyce hirto, foliis oblongis obtuſis. *Thunb. loc. cit. n. 4. tab. 2. fig. 3.* Gardenia gummifera. *Suppl. 164.* M.

Muſſaenda. 5. G. inermis, corollis acutis, calyce hirto, foliis ouatis acutis. *Thunb. diſſ. cit. n. 5.* Muſſaenda formoſa. *Syſt. ed. 13. p. 182. Iacq. amer. pict. p. 38. t. 70.* Gardenia Muſſaenda. *Suppl. p. 163.* M.

Rothmannia. 6. G. inermis, corollis acutis ſubcampanulatis, calyce glabro, foliis oblongis acutis. *Thunb. l. c. n. 6.* Rothmannia capenſis. *Thunb. in act. Stockholm. 1776. p. 69. t. 2.* Gardenia Rothmannia. *Suppl. p. 165.* M. (*Cal. lacin. ſubulatis.*)

** *Spinoſae.*

ſpinoſa. 7. G. ſpinoſa, floribus ſeſſilibus hirſutis. *Thunb. loc. cit. n. 7. t. 2. f. 4.* Gardenia ſpinoſa. *Suppl. p. 164.* M. (Gard. *dumetorum*, ſpinis oppoſitis fol. longioribus, germinibus glabris. *Ait. Kew. I. p. 295. quae eſt* Gardenia ſpinoſa. *Suppl. p. 164. et a* G. ſpinoſa *Thunb. ſecundum Aitonium quam maxime diuerſa.*)

micranthus. 8. G. ſpinoſa, floribus ſeſſilibus glabris. *Thunb. loc. cit. n. 8. t. 1. f. 2.* M.

ſcandens. 9. G. ſpinoſa, ſcandens, floribus pedunculatis. *Thunb. loc. cit. n. 9. t. 2. f. 5.* M.

1295. ALLAMANDA. Contorta. *Capſ.* lentiformis, erecta, echinata, 1-locularis, biualuis, polyſperma.

cathartica. 1. ALLAMANDA. *Mant. 214.* Echinus ſcandens lacteſcens, flore maximo lunato. *Barrer. aequin. 48.* Conf. *Suppl. p. 165.*

295. VINCA. Contorta. *Folliculi* 2, erecti. *Semina* nuda.

minor. 1. V. caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ouatis, flor. pedunculatis. (*Curt. Fl. lond. ic. Fol. ſubſeſſilia. Cal. laciniae lanceolatae glabrae. Stylos 2 huic ſpeciei adſcribit cl. Borkhauſen in Röm. N. bot. Mag. p. 1.*)

maior. 2. V. caul. erectis, fol. ouatis, flor. pedunculatis. *Varietas praecedentis.* (*Curt. l. c. Folia et calycis laciniae lineares ciliata. Ehrh. Beytr. 5. p. 45. In hac quoque ſpecie ſtylos 2 ſecum vero conglutinatos obſeruauit Neuenhahn. vid. Ehrh. Beytr. 6. p. 116.*)

lutea. 3. V. caule volubili, fol. oblongis.

roſea. 4. V. caule fruteſcente erecto, foliis ouato-oblongis, petiolis baſi bidentatis, flor. geminis ſeſſilibus. (*Stigma piloſum marginat. ſubtus infundibulum, quo cor. tubus clauditur, efformat. Med. bot. Beob. p. 83. p. 70.*)

puſilla. 5. V. caule herbaceo, flor. geminis pedunculatis. *Suppl. p. 166.* Vinca *puſilla*, caule herbaceo erecto quadrangulari, foliis lanceolatis, floribus geminis ſolitariisque pedunculatis. *Murr. in comm. gott. 1772. p. 66. t. 2. f. 1.* — Vinca *paruiflora*, caule herbaceo erecto, foliis lanceolatis, floribus geminis inuolucratis. *Retz. Obſ. bot. Faſc. 2. n. 33.* M.

297. NERIVM. Contorta. *Folliculi* 2, erecti. *Sem.* plumoſa. *Cor.* tubus terminatus corona lacera.

Oleander. 1. N. foliis lineari-lanceolatis ternis, corollis coronatis. — *Mill. illuſtr. ic.* M. *β.* Nerium indicum anguſtifolium, floribus odoratis ſimplicibus, *Herm. lugd. 447.* γ, Nerium indicum latifolium, floribus plenis. *Herm. lugdb. 447. t. 449. Elegans flos adonidum varietate conſtanti, introductus in Europam a Bewerningio.* (Nectariis planis tricuſpidatis. *Ait. l. c. p. 298. Quo differt a:* N. odorum. *Ait., cui nect. multipartita: laciniis filiformib. Rheed. mal. 9. p. 1. t. 1. Ceterum ex accurata floris analyſi a Schkuhrio inſtituta elucet, ſtylum ab aliis pro ſtigmate ſumtum, apice* excauatum *eſſe, in cuius medio verum inſidet* ſtigma, *quod viride, conicum. Cfr. eius Prompt. p. 163. t. 52. fig. 9.*)

zeylanicum. 2. N. fol. lanceolatis oppoſitis, ramis rectis.
diuaricatum. 3. N. fol. lanceolato-ouatis, ramis diuaricatis.
antidyſenteri-cum. 4. N. fol. ouatis acuminatis petiolatis. Nerium indicum ſiliquis anguſtis erectis longiſſimis. *Burm. Zeyl. 167. t. 77.* (*Plenk Pl. officin. t. 119.*)

299. ECHITES. Contorta. *Folliculi* 2, longi, recti. *Sem.* pappoſa. *Cor.* infundibuliformis, fauce nuda.

biflora. 1. E. pedunculis bifloris. — *Iacq. amer. pict. p. 21. t. 28.* M. (*Corol. fauce dilatatis. Sw. Obſ. bot. p. 103.*)
quinquangularis. 2. E. pedunc. racemoſis, fol. ouatis acuminatis. — *melius* acutis *Iacq. amer. pict. p. 22. t. 32.* M.
ſuberecta. 3. E. pedunc. racemoſis, fol. ſubouatis obtuſis mucronatis. — *Iacq. amer. pict. p. 22. t. 33.* M. *Corollae tubus hirſutus.* (*Folia ſubtus pallidiora et petioli pubeſcentes. Swartz l. c. p. 104.*)
agglutinata. 4. E. pedunc. racemoſis, fol. ouatis emarginatis acuminatis. — *melius* emarginatis cum acumine. *Iacq. amer. pict. p. 21. t. 30.* M.
toruloſa. 5. E. pedunc. ſubracemoſis, fol. lanceolatis acuminatis. — *Iacq. amer. pict. p. 22. t. 34.* M.
vmbellata. 6. E. pedunc. vmbellatis, fol. ouatis obtuſis mucronatis, caule volubili. — *Iacq. amer. pict. p. 21. t. 29.* M.
trifida. 7. E. pedunc. trifidis multifloris, fol. ouato-oblongis acuminatis. — *Iacq. amer. pict. p. 22. t. 31.* M.
repens. 8. E. pedunculis multifloris diuiſis, fol. lanceolato-oblongis. *Iacq. amer. pict. p. 22. t. 35.* M.
corymboſa. 9. E. racem. corymboſis, ſtam. eminentibus, fol. lanceolato-ouatis. — *Iacq. amer. pict. p. 23. t. 37.* M.
ſpicata. 10. E. ſpicis axillaribus breuibus, ſtam. eminentibus, fol. ſubouatis. — *Iacq. amer. pict. p. 22. t. 36.* M.
caudata. 11. E. coroll. infundibuliformibus: apicibus linearibus longiſſimis. *Mant. 52. Burm. ind. 68. t. 26. rectius.*
ſcholaris. 12. E. fol. ſubuerticillatis oblongis, folliculis filiformibus longiſſimis, vmbellis compoſitis. *Mant. 53. Folia verticillata, nec vt Tabernaem. alternifolia.*
annularis. 13. E. caule volubili, corollis hypocrateriformibus, tubo annulo eleuato. *Suppl. p. 166.*

ſiphilitica. 14. E. fol. ouatis ſubpetiolatis glaberrimis coſtatis, paniculis dichotomis, floribus ſpicatis. *Suppl. p. 167.*

ſucculenta. 15. E. aculeis binis extrafoliaceis, fol. linearibus ſubtus tomentoſis, corollis infundibuliformibus. *Suppl. p. 167.*

biſpinoſa. 16. E. aculeis binis extrafoliaceis, fol. lanceolatis glabris, corollis hypocrateriformibus. *Suppl. p. 167.*

298. PLVMERIA. Contorta. ***Folliculi*** 2, reflexi. ***Semina*** membranae propriae inſerta.

rubra. 1. P. foliis ouato-oblongis, petiolis biglanduloſis. *Iacq. amer. 35. — Ed. 2. pict. p. 23.* M.

alba. 2. P. fol. lanceolatis reuolutis, pedunculis ſuperne tuberoſis. *Iacq. amer. t. 174. — Ed. 2. pict. p. 23. t. 38.* M.

obtuſa. 3. P. fol. lanceolatis petiolatis obtuſis.

pudica. 4. P. floribus limbo clauſis. *Iacq. amer. 37. — Ed. 2. pict. p. 24.* M. *Corollae clauſae* vt Hibiſci Maluaviſci, *flaueſcentes odoratiſſimae.*

300. CAMERARIA. Contorta. ***Folliculi*** 2, horizontales. ***Sem.*** membranae propriae inſerta.

latifolia. 1. C. foliis ouatis vtrinque acutis transuerſe ſtriatis. *Iacq. amer. 37. t. 182. f. 86. — Ed. 2. pict. p. 24. t. 39.* M.

anguſtifolia. 2. C. fol. linearibus.

301. TABERNAEMONTANA. Contorta. ***Folliculi*** 2, horizontales. ***Sem.*** pulpae immerſa.

citrifolia. 1. T. foliis oppoſitis ouatis, floribus lateralibus glomerato-vmbellatis. *Iacq. hiſt. 38. t. 175. f. 13. excluſo Rheedi nomine. — Iacq. amer. pict. p. 25. t. 40.* M.

laurifolia. 2. T. fol. oppoſitis oualibus obtuſiuſculis. Tabernaemontana foliis oppoſitis ouatis, pedunculis paucifloris, ſtaminibus incluſis. *Iacq. amer. 39. — Ed. 2. pict. p. 25.* M. Tabernaemontana foliis oppoſitis ouatis, pedunculis paucifloris, ſtaminibus incluſis. *Iacq. amer. 39.* Tabernaemontana fruteſcens: foliis ſubnitidis ouatis venoſis. *Brown. iam. 182.*

grandi-

grandiflora. 3. T. fol. oppoſitis, caule dichotomo, calyc. inaequalibus laxiſſimis. *Mant.* 53. — *Iacq. amer. pict. p.* 25. *t.* 41. M. (*Flor. flaui.*)

cymoſa. 4. T. fol. oppoſitis, flor. cymoſis. *Mant.* 53. — *Iacq. amer. pict. p.* 25. *t.* 259. *f.* 10. *quoad folliculos.* M.

amygdalifolia. 5. T. ſtaminibus extra tubum corollae eminentibus. *Iacq. amer. pict. p.* 25. *t.* 259. *f.* 11. *quoad florem.* M.

alternifolia. 6. T. fol. alternis, caul. arboreſcente. *Rheed. mal.* 1. *p.* 83. *t.* 43. *rectius.*

Amſonia. 7. T. fol. alternis, caul. ſubherbaceis, (glaberrimis.) Apocynum virginianum, aſclepiadis folio, floribus pallide caeruleis, radice craſſa. *Pluk. phyt. t.* 115. *f.* 3.

elliptica. 8. T. herbacea fol. ſubternis lanceolatis. *Thunb. iapon. p.* 111. M.

302. CEROPEGIA. Contorta. *Folliculi* 2, erecti. *Semina* plumoſa. *Corollae* limbus conniuens.

candelabrum. 1. C. vmbellis pendulis, floribus erectis.

biflora. 2. C. pedunculis bifloris.

ſagittata. 3. C. vmbellis ſeſſilibus, fol. ſagittatis. *Mant.* 215.

tenuifolia. 4. C. fol. lineari-lanceolatis. Periploca tenuifolia. *Sp. plant.* 310. Apocynum fruteſcens ſtrictiſſimis rigidis et praelongis foliis, bullatis floribus. *Pluk. mant.* 17. *t.* 335. *f.* 5. Apocynum ſcandens africanum, aſphodeli radice, anguſtiſſimo folio. *Herm. par* 59. Naru nindi. *Rheed. mal.* 10. *p.* 67. *t.* 34.

D I G Y N I A.

1253. PERGVLARIA. Contorta *). *Nectarum* ambiens genitalia cuſpidibus 5 ſagittatis. *Cor.* hypocrateriformis.

glabra.

---

*) *Complures huius ordinis Contortas ad Decandriam eſſe amandandas, licet ſtamina nonniſi operoſe eruantur, euincunt obſeruationes Iacquini, Rottböllii, Kölreuteri, Capſ. Medici. De qua translocatione perluſtra exempla Aſclepiadum, Cynanchorum, Stapeliarum ab iis examinata. Accedat autem oportet multarum aliarum ſpecierum ſcrutinium, antequam de omnibus idem conſtitui poſſit. Nam e. g. de* Periploca graeca *adhuc res dubia; non item de* Periploca africana. M.

(Poſt

glabra. 1. P. foliis ouatis glabris. *Mant. 53.*

tomentoſa. 2. P. fol. cordatis tomentoſis. *Mant. 53.* Aſclepias cordata. *Burm. ind. 72. t. 27. f. 2.*

iaponica. 3. P. fol. cordatis glabris. *Thunb. iapon. p. 111.* M.

1375. MELODINVS. Contorta. Faux corollae coronata. — Nectarium in medio tubi ſtellatum. M. Bacca 2-locularis, polyſperma. *Suppl. p. 23.*

ſcandens. 1. MELODINVS. *Suppl. p. 67. (Forſter. gen. pl. t. 19.)*

303. PERIPLOCA. Contorta. *Nectarium* ambiens genitalia, filamenta 5 exſerens.

graeca. 1. P. floribus interne hirſutis terminalibus. *Schmidts Oeſterr. baumz. t. 46. Stigma 5-angulare, cui impoſitae 5 glandulae appendiculatae. Schkuhr. l. c. t. 53.)*

Secamone. 2. P. flor. interne hirſutis paniculatis, fol. lanceolato-ellipticis. *Mant. 216.* Periploca foliis oblongis anguſtioribus. *Tournefort. inſt. 93.* Secamone *Alp. aegypt. 133. t. 134. Similis P. graecae, ſed copioſiores Flores, intus hirſuti ſimiliter.*

indica. 3. P. ſpicis imbricatis.

africana. 4. P. caule hirſuto.

eſculenta. 5. P. glabra, foliis lineari-ſubulatis, racemis elongatis ſimplicibus, floribus interne nudis. *Suppl. p. 168. (Roxb. Pl. of Corom. p. 13. t. 11. qui hancce ſpeciem eum in finem, quem nomen indicare videtur, ab incolis non adhibitam animadvertit.)*

304. CYNANCHVM. Contorta. *Nectarium* cylindricum, 5-dentatum.

viminale. 1. C. caule volubili perenni aphyllo. *Syſt. nat. 3. p. 235. Mant. 394.* Euphorbia viminalis *Spec. plant. 649.* Apocynum guineenſe mere aphyllum, flore albo tetrapetalo odoratiſſimo. *Herm. parad. 61.*

acutum.

(*Poſt recentiores cel.* MEDICI *obſeruationes plura Contortarum genera ad claſſem* Gynandriam, *ſenſu latiore ſumtam, eſſent amandanda. Cfr. Eius* Commentationem de ſitu Gynandro plantarum *in Hiſt. acad. Theod. palat. VI. p. 374. Multa quoque grauia hoc de argumento protulit* CAVANILLES *in opere: Ic. et Deſcript. pl., quae in Hiſpania creſcunt.* V. I. p. 5-6.)

acutum. 2. C. caule volubili herbaceo, fol. cordato oblongis glabris. (*Schkuhr bot. Handb. 1. p. 166. t. 54. Vbi partium fructificationis anatomia, nec non deſcriptio inſpici meretur.*)

planiflorum. 3. C. caule volubili, fol. cordatis glabris ſubtus tomentoſis, pedunc. ſubracemoſis. — *Iacq. amer. pict. p. 44. t. 81.* M.

racemoſum. 4. C. cauli volubili, fol. cordatis glabris acutis, racemis ſimplicibus. — *Iacq. amer. pict. p. 43. t. 80.* M.

maritimum. 5. C. caule volubili, fol. cordatis hirſutis ſubtus tomentoſis, pedunc. aggregatis. *Mant. 54.* — *Iacq. amer. pict. p. 44. t. 82.* M.

ſuberoſum. 6. C. caule volubili inferne ſuberoſo fiſſo, fol. cordatis acuminatis.

hirtum. 7. C. caule volubili fruticoſo inferne ſuberoſo fiſſo, fol. ouato-cordatis.

monſpeliacum. 8. C. caule volubili herbaceo, fol. reniformi-cordatis acutis. (*Cauan. Pl. hiſpan. 1. t. 60. Vagina germen circumdans diuiditur ſuperne in 5 bracteas albidas, intus ad baſin biſaccatas et apicibus ſtigmati incumbentes. Iacq. Coll. IV. p. 107.*)

extenſum. 9. C. caule volubili herbaceo, fol. reniformi-cordatis acutis, petalis hirſutis, *Iacq. in Litt. Miſc. v. 21. p. 353. Icon. rar.* M. (*Pedunc. elongatis: pedicel. filiform., corol. margine hirſut. follicul. ramentaceis Ait. Kew. I. p. 303.*)

vndulatum. 10. C. caule volubili, fol. lanceolato-ouatis glabris, vmbellis globoſis. *Mant. 54.* — *Iacq. americ. pict. 45. t. 84.* M.

capenſe. 11. C. caule volubili vndique conformi, fol. ſubcordato ouatis, pedunculis multifloris. *Suppl. p. 168.*

obtuſifolium. 12. C. volubili herbaceo, fol. oblongis apice rotundatis cum acumine, vmbellis lateralibus. *Suppl. p. 169.*

tenellum. 13. C. caule herbaceo ſubuolubili, fol. ouato-oblongis. *Suppl. p. 168.*

erectum. 14. C. caule erecto diuaricato, fol. cordatis glabris, *Iacq. hort. t. 38.*

filiforme. 15. C. caule erecto ſimpliciſſimo, fol. linearibus, flor. verticillatis axillaribus. *Suppl. p. 169.* — *Diſtinctiſſimum* a. C. filiformi *Iacquini, qui in Hiſt. ſtirp. americ. plures ſpecies memorat.* M.

305. APOCYNVM. *Cor.* campanulata. *Filamenta* 5, cum ſtaminibus alterna. (*Glandulae* 5, cum ſtaminibus alternae. *Curtis.*)

ſibiricum. 1. A. caule erecto herbabeo, foliis oblongis, vmbellis terminalibus. *Iacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 66.* M. (A. *hypericifolium*, caul. erectiuſculo herbaceo, fol. oblongis cordatis glabris, cymis folio longioribus. *Ait. l. c. p. 304.*)

androſaemifolium. 2. A. caule rectiuſculo herbaceo, fol. ouatis vtrinque glabris, cymis terminalibus. *Dod. mem. 59. t. 59* (*Curt. bot. Mag. t. 280. c. obſerv.*)

cannabinum. 3. A. caule rectiuſculo herbaceo, fol. oblongis, panic. terminalibus. (A. *cannabinum*, caul. erectiuſculo herbaceo, fol. oblongis, cymis lateralibus folio longioribus. *Ait. l. c. p. 303.*)

venetum. 4. A. caule rectiuſculo herbaceo, fol. ouato-lanceolatis.

minutum. 5. A. caule proſtrato M. fol. haſtatis. *Suppl. p. 169.*

filiforme. 6. A. caule proſtrato, herbaceo, fol. filiformibus, flor. vmbellatis. *Suppl. p. 169.*

fruteſcens. 7. A. caule erecto fruteſcente, fol. lanceolato-oualibus, corollis acutis: fauce villoſis.

reticulatum. 8. A. caule volubili perenni, fol. ouatis venoſis. Olus crudum. *Rumph. amb. 5. p. 75. t. 40.*

lineare. 9. A. caule volubili herbaceo, fol. linearibus planis, vmbellis axillaribus compoſitis. *Suppl. p. 169.*

triflorum. 10. A. caule volubili herbaceo, fol. lanceolatis, vmbellis axillaribus bi ſ. trifloris. *Suppl. p. 169.*

306. ASCLEPIAS. Contorta. *Nectaria* 5, ouata, concaua, corniculum exſerentia.

* *Foliis oppoſitis planis.*

ciliata. 1. A. foliis ſeſſilibus oblongis lanceolatis vndulatis glabris, petalis ciliatis. (*Cum nomen triuiale:* vndulata *alii etiam ſpiciei nr. 20. eſt inditum, illud hinc mutandum eſſe, neceſſarium omnino duxi.*)

criſpa. 2. A. fol. cordatolanceolatis vndulatis ſcabris oppoſitis, vmbella terminali *Suppl. p. 170.* Aſclepias *criſpa*, fol. lanceolatis criſpis hirſutis, petalis extus villoſis. *Syſt. ed. 13. p. 213. Berg. cap. 75.* Apocynum erectum africanum ſubhirſutum, foliis vndulatis. *Herm. Par. 25. Comm. rar. 17. t. 17.*

pubeſcens.

pubeſcens. 3. A. fol. ouatis venoſis nudis, caule fruticoſo pedunculisque villoſis. *Mant.* 215. Apocynum africanum tuberoſum, latiori ſalicis folio, flore pallide punicante. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 610. *ſ.* 15. *t.* 3. *f.* 35. *Pluk. phyt.* 139. *f.* 1.

volubilis. 4. A. fol. ouatis integerrimis acuminatis, caule arboreo volubili, vmbellis erectis. *Suppl. p.* 170.

aſthmatica. 5. A. fol. petiolatis cordato ouatis ſupra glabris integerrimis, caule fruticoſo volubili hirſuto, vmbellis paucifloris. *Suppl. p.* 170.

gigantea. 6. A. fol. amplexicaulibus oblongo-oualibus baſi piloſis. Zia raek. *Burm. it.* 315. *t.* 184. *Iacq. obſ.* 3. *t.* 69. *amer. pict. p.* 64. *t.* 88. M. *Baſis petioli ſupra barbata.* (Aſclepias *procera*, fol. ouato-oblongis: petiolis breuiſſimis, cor. ſubcampanulatis. *Ait. Kew. I. p.* 305. *Secundum eundem vera* A. gigantea. Linn. Spec. pl. p. 312, *cui corollae laciniae reflexae inuolutae ſunt, omnino alia eſt ſpecies.*)

ſyriaca. 7. A. fol. oualibus ſubtus tomentoſis, caule ſimpliciſſimo, vmbellis nutantibus. (*Plenk. Pl. officin. t.* 155.)

amoena. 8. A. fol. ouatis ſubtus piloſiuſculis, caule ſimplici, vmbell. nectariisque erectis.

purpuraſcens. 9. A. fol. ouatis ſubtus villoſis, caule ſimplici, vmbell. erectis, nectariis reſupinatis.

variegata. 10. A. fol. ouatis rugoſis nudis, caule ſimplici, vmbell. ſubſeſſilibus: pedicellis tomentoſis.

curaſſauica. 11. A. fol. lanceolatis glabris nitidis, caule ſimplici, vmbell. erectis ſolitariis lateralibus. *Folliculi ad latera denticulati. Simillima A. niueae.* (*Sloan. hiſt.* 2. *t.* 129. *Swartz Obſ. bot. p.* 126.)

niuea. 12. A. fol. ouato-lanceolatis glabriuſculis, caule ſimplici, vmbell. erectis lateralibus ſolitariis. *Corollae virides nectariis niueis. Differt ab A. curaſſavica foliis minime nitidis parumque ſcabris ſed baſi magis rotundatis, nec perfecte lanceolatis. Folliculi edentuli.*

incarnata. 13. A. fol. lanceolatis, caule ſuperne diuiſo, vmbell. erectis geminis. — *Iacq. Hort. v.* 2. *t.* 107. M.

decumbens. 14. A. fol. villoſis, caule decumbente.

lactifera. 15. A. fol. ouatis, caule erecto, vmbell. proliferis breuiſſimis.

Vince-

Vincetoxicum. 16. A. fol. ouatis baſi barbatis, caule erecto, vmbell. proliferis. — *Fl. dan. 849.* M. (*Schkuhr l. c. t. 55.*)

nigra. 17. A. fol. ouatis baſi barbatis, caule ſuperne ſubvolubili. (*Petala nigreſcentia.*)

** *Foliis lateribus reuolutis.*

arboreſcens. 18. A. fol. reuolutis ouatis, caule fruticoſo ſubuilloſo. *Mant. 216.* Apocynum fruteſcens, latis et vndulatis foliis, floribus vmbellatis, fructu ſulcato ſpinoſo *Burm. afr. 31. t. 13.*

fruticoſa. 19. A. fol. reuolutis lineari-lanceolatis, caule fruticoſo. *β.* craſſifolia *huius affinis, ſoror aut filia, conuenit caule fruticoſo, foliis reuolutis, folliculis dentatis; differt latitudine foliorum et hirſutie. Ex priori ortam arguit ſtructura.*

vndulata. 20. A. fol. reuoluto-repandis piloſis.

ſibirica. 21. A. fol. reuolutis lineari-lanceolatis oppoſitis ternisque, caule decumbente. — Aſclepias ſibirica. *Murr. in comm. gott. 1779. p. 23. t. 7.* M.

verticillata. 22. A. fol. reuolutis linearibus verticillatis, caule erecto. *Flores albi.*

*** *Foliis alternis.*

rubra. 23. A. fol. alternis ouatis, vmbellis ex eodem pedunculo communi pluribus.

tuberoſa. 24. A. fol. alternis lanceolatis, caule diuaricato piloſo.

**** † ——

filiformis. 25. A. fol. filiformibus, caule erecto, vmbellis lateralibus elongato-pedunculatis. *Suppl. p. 169.*

grandiflora. 26. A. fol. petiolatis oblongis piloſis, caule ſimplici hirto erecto, flor. axillaribus pedunculatis. *Suppl. p. 170.*

carnoſa. 27. A. fol. ouatis carnoſis glaberrimis. *Suppl. p. 170.*

307. STAPELIA. Contorta. *Nectarium* duplici ſtellula tegente genitalia *)

variegata. 1. S. denticulis ramorum patentibus. (*Iacq. miſcel. I. p. 27. t. 4. Curt. bot. Mag. t. 26. Cor. glabris.*)

hirſuta.

---

† *Refero huc ſpecies nouas, quarum loca ex deſcriptionibus non conſtant.* M.

*) *Memorabile hocce genus nunc plurimis nouis ſpeciebus in opere ſplendidiſſimo:* Stapeliae nouae, or, A collection of ſeueral new ſpecies of that genus, diſcovered in the interior parts of Africa. by FRANCIS MASSON. London 1796. *deſcriptis ſuperbit.*)

hirſuta. 2. S. denticulis ramorum erectis. *Mill. ic.* 258. (*Iacq. l. c. p.* 28. *t.* 3. *Corollis hirſutis.*)

mammillaris. 3. S. denticulis ramorum obtuſis mucronatis. Stapelia aphyllos ad nodos mammillaris, floſculo rubello, ſiliquis pendulis. *Burm. afr.* 27. *t.* 11.

pilifera. 4. S. caule tereti mammilloſe-tuberculato: mammillis apice piliferis. *Suppl. p.* 171.

incarnata. 5. S. quadrangularis, dentibus horizontali-truncatis calloſis. *Suppl. p.* 171.

1208. LINCONIA. *Petala* 5: foueolae nectarii baſi inſculpta. *Capſula* ſeminifera, bilocularis.

alopecuroidea. 1. LINCONIA. *Mant.* 216. Coridis folio et ſpica africanus frutex alopecuroides, flore albo. *Herm. afric.* 7. (*Cfr. Iuſſieu gen. pl. p.* 442.)

308. HERNIARIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stamina* 5-ſterilia. *Capſ.* 1-ſperma.

glabra. 1. H. glabra. *Fl. dan. t.* 529. (*Colore pallida.*)

hirſuta. 2. H. hirſuta. *Fere varietas praecedentis.*

fruticoſa. 3. H. caulibus fruticoſis, flor. quadrifidis. *Cent.* 21. *Loefl. hiſp.* 128.

lenticulata. 4. H. ſuffruticoſa, fol. ouato oblongis piloſis. Herniaria caule fruticoſo, fol. alternis ſeſſilibus ouato-lanceolatis piloſis. *Burm. ind.* 78. *Migrauit ex India or. in Europam.* (*cl. Sowerby Engl. bot. p.* 206. *ſuſpicatur, hanc ſpeciem cum* Creſſa cretica *vnam eandemque eſſe plantam.*)

309. CHENOPODIVM. *Cal.* 5-phyllus, 5-gonus. *Cor.* *Sem.* 1, lenticulare, ſuperum, (horizontale *Gaertn.*)

* *Foliis anguloſis.*

Bonus Henricus. 1. C. foliis triangulari-ſagittatis integerrimis, ſpicis compoſitis aphyllis axillaribus. *Fl. dan. t.* 579.

vrbicum. 2. C. fol. triangularibus ſubdentatis, racemis confertis ſtrictiſſimis cauli approximatis longiſſimis.

atriplicis. 3. C. fol. deltoideis ſubtus coloratis, caule erecto. *Suppl. p.* 172. Chenopodium *purpuraſcens*, foliis inferioribus deltoideis ſinuato-dentatis, ſummis oblongis, calycibus coloratis. *Iacq. in Litt. Hort. v.* 3. *t.* 80. M. (*Panicula axillar. Ait. p.* 311.)

rubrum. 4. C. fol. cordato-triangularibus obtuſiuſculis dentatis, racem. erectis compoſitis ſubfolioſis caule breuioribus. (*Racemi rubicundi. Fol. ſinuata fiſſa.*)

murale.

murale. 5. C. fol. ouatis nitidis dentatis acutis, racem. ramoſis nudis. (*Fol. ſplendentia, ſubcordato-ouata. Roth.*)

ſerotinum. 6. C. fol. deltoideis ſinuato-dentatis rugoſis glabris vniformibus, racemis terminalibus.

album. 7. C. fol. rhomboideo-triangularibus eroſis poſtice integris: ſummis oblongis, racem. erectis. (*Diameter transuerſalis foliorum longitudinali maior Borkhauſ. Rheiniſch. Mag. I. p. 479. Sem. laeuia. Curt. Fl. lond. ic.*)

viride. 8. C. fol. rhomboideis dentato-ſinuatis, racem. ramoſis ſubfoliatis. *An varietas praecedentis?* (*Fol. huic longiora. Caul. angulis purpuraſc. Cal. fructus 5-gonus. Curt. Fl. lond. ic.*)

hybridum. 9. C. fol. cordatis angulato-acuminatis, racem. ramoſis nudis.

Botrys. 10. C. fol. oblongis ſinuatis, racem. nudis multifidis.

ambroſioides. 11. C. fol. lanceolatis dentatis, racem. foliatis ſimplicibus. (*Styli 3-4. Schkuhr. Odor aromaticus.*)

multifidum. 12. C. fol. multifidis: ſegmentis linearibus, flor. axillaribus ſeſſilibus. (*Fol. pinnatifida: foliol. multifidis.*)

anthelminticum. 13. C. fol. ouato-oblongis dentatis, racem. aphyllis. (*Plenk. l. c. t. 166. Caul. piloſus.*)

glaucum. 14. C. fol. ouato-oblongis repandis, racem. nudis ſimplicibus glomeratis.

** *Foliis integris.*

Vuluaria. 15. C. fol. integerrimis rhomboideo-ouatis, flor. conglomeratis axillaribus. (*Curtis Fl. londin. ic. Sub nomine honeſtiore et potius aſſumendo:* Ch. olidum.)

polyſpermum. 16. C. fol. integerrimis ouatis, caule decumbente. cymis dichotomis aphyllis axillaribus.

Scoparia. 17. C. fol. lineari-lanceolatis planis integerrimis. *Folia ciliata.*

maritimum. 18. C. fol. ſubulatis ſemicylindricis. *Fl. dan. t. 489.*

ariſtatum. 19. C. fol. lanceolatis ſubcarnoſis integerrimis, corymbis dichotomis, ariſtatis axillaribus. *Mant. 347. Gmel. ſib. 3. p. 83. t. 15. f. 1.* (*Facie differt caeſpitoſa ramoſiſſima.*)

oppoſitifolium. 20. C. fol. oppoſitis lanceolato-ſubulatis breuiſſimis. *Suppl. p. 172.* Salſola oppoſitifolia. *Pall. it. vol. 2. p. 735. t. o.*

310. BETA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Sem.* reniforme, intra ſubſtantiam baſeos calycis.

vulgaris. 1. B. floribus congeſtis. *Calycis foliola baſi dentata.* (*Charact. alter de cal. foliolis non omnibus communis. Cfr. Schkuhr bot. Handb. p. 174. t. 56.*)

Cicla. 2. B. flor. ternis. *Calycis foliola baſi inermia. Synonyma ad Betam vulgarem ζ. η.* Cicla, *huius ſunt. Habitat in Luſitania ad Tagum.* (*Radix in hac ſpecie vix pollice craſſior.*)

maritima. 3. C. flor. geminis. *Differt a B. vulgari, quod primo anno floreat; quod folia obliqua ſ. verticalia; quod Calycis foliola, ſua carina aequalia, nec vnidentata.* (*Caul. procumbens. Flor. gemini aut ſolitarii. Stigm. ſaepe 3. Sowerb. engl. bot. p. et t. 285.*)

311. SALSOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 1-ſperma. *Sem.* cochleatum, (vt plurimum.)

Kali. 1. S. herbacea decumbens, foliis ſubulatis ſpinoſis ſcabris, calycibus marginatis axillaribus. — *Fl. dan. t. 818.* M. *Stylus trifidus.* (*Rubeſcens.*)

Tragus. 2. S. herbacea erecta, fol. ſubulatis ſpinoſis laeuibus, calycibus ouatis. *Varietas praecedentis. Willich.*

roſacea. 3. S. herbacea, fol. ſubulatis mucronatis, calycibus explanatis. (*Schkuhr bot. Handb. t. 57.*)

Soda. 4. S. herbacea patula, fol. inermibus. *Mant. 347. Iacq. hort. t. 68.*

ſatiua. 5. S. herbacea diffuſa, fol. teretibus glabris, flor. conglomeratis. (*Plenk. Pl. officin. t. 163. Diffuſa, fol. congeſtis.*)

altiſſima. 6. S. herbacea erecta ramoſiſſima, fol. filiformibus acutiuſculis baſi pedunculiferis. *Pedunculi 3 flori, lateralibus ad baſin intermedii enatis, qui ex baſi folii ipſe exortus, vt in Theſio et Turnera. Styli 3.*

ſalſa. 7. S. herbacea erectiuſcula, fol. linearibus ſubcarnoſis muticis, calyc. ſucculentis diaphanis. *Mant. 347.* — *Iacq. hort. v. 3. t. 83.* M. *Caules herbacei, pedales, paniculati, laeues, purpuraſcentes; ſubſtriati. Folia ſupra plana. Flores axillares, ſeſſiles, terni. Calycis foliola maxime fornicata, conuexa, clauſa, in fructu hyalina. Styli 3, apice bifidi.*

hirſuta. 8. S. herbacea diffuſa, fol. teretibus obtuſis tomentoſis. *Fl. dan. t. 187.*

polycnemos. 9. S. ſublignoſa diffuſa, fol. oblongis, calyc. marginatis glomeratis coloratis. *Mant. 54.*

proſtrata. 10. S. fruteſcens, fol. linearibus piloſis inermibus. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 294.* M. *Pall. itin. 1. p. 490. t. 5. Gmel. ſib. 3. t. 18. f. 2. et t. 19. f. 1. et t. 20. Buxb. cet. 1. t. 15. et t. 11. f. 2.*

vermiculata. 11. S. fruteſcens, fol. ouatis acutis carnoſis.

fruticoſa. 12. S. fruticoſa erecta, fol. filiformibus obtuſiuſculis. *Mant. 347.*

muricata. 13. S. fruticoſa patula, ramulis hirſutis, calyc. ſpinoſis. *Mant. 54. 512.* Baſſia muricata *Allion. in Miſc. taur. 3. p. 177. t. 4. f. 2.*

laniflora. 14. S. ſuffruticoſa erecta M. fol. obtuſis carnoſis, antheris coloratis. *Suppl. p. 172.* Salſola Sidoides *Pall. it. vol. 1. p. 492. tab. I. f. 1. 2.* Salſola lanata *Pall. it. vol. 2. p. 736. Tab. P*

arboreſcens. 15. S. fruteſcens, fol. ſemicylindricis: inferioribus coniugis. *Suppl. p. 173.*

aphylla. 16. S. fruticoſa, ſubaphylla, ramis floſculorum rudimento coopertis. *Suppl. p. 173.*

312. ANABASIS. *Cal.* 3-phyllus, (maximus). *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-ſperma, calyce cincta.

aphylla. 1. A. aphylla, articulis emarginatis. Salſola baccifera ſalicorniae facie. *Gmel. ſib. 3. p. 101. t. 18.*

folioſa. 2. A. foliis ſubclauatis. Salſola foliis incraſſatis obtuſis, ſupra planis, infra conuexis. *Gmel. ſib. 3. p. 99.*

tamariſcifolia. 3. A. foliis ſubulatis, pericarpiis exſuccis.

ſpinoſiſſima. 4. A. fruteſcens, ramis nudis ſpinoſiſſimis. *Suppl. p. 173.*

313. CRESSA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* hypocrateriformis. *Filamenta* tubo inſidentia. *Capſ.* 2-valuis, 1-ſperma.

cretica. 1. CRESSA.

1254. STERIS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.

iauana. 1. STERIS. *Mant. 54. Facies Capſici minoris. (Haecce planta eadem ac* Nama zeylanica *a cl. Vahlio*

Vahlio ad Hydroleas *nunc reuocata. Cfr. Eius Symb. bot. II. p. 46.*)

314. GOMPHRENA. *Cal.* coloratus: exterior 3-phyllus: foliol. 2. conniuentibus carinatis. *Petala* 5 rudia villoſa. *Nectarium* cylindricum, 5-dentatum. *Capſ.* 1-ſperma. *Stylus* ſemibifidus.

globoſa. 1. G. caule erecto, foliis ouato-lanceolatis, capitulis ſolitariis, pedunculis diphyllis. *Rumph. amb. 5. t. 100.* Wadapu. *Rheed. mal. 10. p. 73. t. 37.*

perennis. 2. G. fol. lanceolatis, capitul. diphyllis, floſculis per anthio proprio diſtinctis. (*Dill. Elth. 24. t. 20. f. 22.*)

hiſpida. 3. G. caul. erecto, capitul. diphyllis, fol. crenatis.

braſilienſis. 4. G. fol. ouato-oblongis, caule erecto, capitul. pedunculatis globoſis aphyllis. (*Iacq. Ic. pl. rar. t. 346.*)

ſerrata. 5. G. caule erecto brachiato, capitul. ſolitariis terminalibus ſeſſilibus, calycibus ſerratis.

interrupta. 6. G. caule erecto, ſpica interrupta. (G. *interrupta*, caul. erectiuſculo, flor. ſpicatis ſeſſilibus interruptis monogynis. *Swartz Obſ. bot. p. 108.*)

flaua. 7. G. pedunc. oppoſitis bifidis tricapitatis, capitulo intermedio ſeſſili.

arboreſcens. 8. G. arboreſcens piloſa ſubuolubilis. *Suppl. p. 173.*

315. BOSEA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Bacca* 1-ſperma. (*Drupa* baccata-locularis. *Gaertn.*)

Yeruamora. 1. BOSEA. Arbuſcula baccifera canarienſis, Syringae caeruleae foliis. *Pluk. alm. 42.*

316. VLMVS. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* o. *Bacca* exſucca, compreſſo-membranacea. (*Samara* 1-ſperma, ala membranacea cincta. *Willdenow.*)

campeſtris. 1. V. foliis duplicato-ſerratis: baſi inaequalibus. — *Fl. dan. t. 632.* M. (flor. conglomeratis ſubſeſſilib. 5-andris. *Willd. Berl. Baumz. p. 391. Ab hac omnino diſcernendae:* Vlm. ſuberoſa *ſ. hollandica, quae flor. 4-andros et corticem ſulcato-angulatum habet, ſic et* Vlm. effuſa, *cui flores inaequaliter pedicellati 8-andri ſunt. Cfr. quoque Schkuhr Handb. p. 178. t. 57. b. et Ehrh. Beytr. v. 6. p. 86-88.*)

americana. 2. V. fol. aequaliter ſerratis: baſi inaequalibus.

pumila. 3. V. fol. aequaliter ſerratis: baſi aequalibus.

317.

317. NAMA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-partita. *Capſ.* 1-locularis, 2-valuis.

zeylanica. 1. N. caule erecto glabro, foliis linearibus, floribus racemoſis. (Hydrolea *Zeylanica* caule inermi, flor. ſubracemoſis, fol. lanceolatis. *Vahl.*)

iamaicenſis. 2. N. caul. decumbente, fol. ouatis, flor. ſolitariis. (*Brown. iam. t. 18. f. 2. Swartz l. c.*)

318. HYDROLEA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* rotata. *Filament.* baſi cordata. *Capſ.* 2-locularis, 2-valuis.

ſpinoſa. 1. HYDROLEA.

319. SCHREBERA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibulif. *Filament.* in fauce corollae ſquamis totidem baſeos.

ſchinoides. 1. SCHREBERA. *Sp. pl. 1662. — N. act. vpſ. vol. 1. p. 91. tab. 5. fig. 1.* M. *)

320. HEVCHERA. *Petala* 5. *Capſ.* 2-roſtris, 2-locularis.

americana. 1. H. ſcapis ſubnudis, thyrſo elongato, foliis radicalibus longe petiolatis ſeptemlobis, bis acute crenatis. *Murr. in comm. gott. 1772. p. 66.* M. *Heuchera americana. Syſt. ed. 13. p. 220.*

dichotoma. 2. H. caule ramoſo, pedunculis bifloris axillaribus, fol. lineari-lanceolatis oppoſitis integris caulinis. *Murr. in comm. gott. 1772. p. 64. t. 1.* M.

447. VELEZIA. *Cor.* 5-petala, parua. *Cal.* filiformis, 5-dentatus. *Capſ.* 1-locularis. *Sem.* plurima ſerie ſimplici.

rigida. 1. VELEZIA. Knawel minus, foliis caryophylleis. *Buxb. cent. 2. p. 41. t. 47. Caulis ramoſiſſimus. Calyces ſeſſiles, cylindrici, anguſtiſſimi. Petalorum limbus minimus, ad baſin notatus lunula purpurea, vt in Caryophyllaeis. Stamina ſaepe 6, ſed naturalis ſtatus 5, vti poſteriores obſeruationes demonſtrarunt.*

*) *Ex obſeruatione cel.* VAHLII *ex Herbario Linnaei petita hocce genus ex flore* Cuſcutae *cuiusdam africanae et fructu* Myricae *conflatum eſſet. Vid.* RETZ. *Obſ. bot. 6. p. 15. Hinc a cel.* RETZIO *alia planta memoriae ill.* SCHREBERI *eſt dicata, quae ad huius claſſis ordinem priorem pertinet, ſcilicet:* SCHREBERA, Drupa *nucleo ſemibi loculari.* Stamina *ex nectarii perſiſtentis margine.* — Schrebera albens. RETZ *l. c. p. 25. t. 3. Ceterum cfr. etiam* THVNB. *Fl. cap. prodr. p. 28. t. 1.*)

321. SWERTIA. *Cor.* rotata. *Nectariferi* pori ad baſin laciniarum corollae. *Capſ.* 1-locularis, 2-valuis.

perennis. 1. S. corollis quinquefidis, foliis radicalibus oualibus. *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 243.* M.

difformis. 2. S. coroll. quinquefidis: terminali ſexfida, pedunc. longiſſimis, fol. linearibus. *Flores albi.*

rotata. 3. S. coroll. quinquefidis, fol. lanceolato-linearibus. *Gmel. ſib. 4. p. 114. t. 53. f. 1. Etiam in Islandia.* (Gentiana rotata. *Froelich de Gentiana. p. 105. Faux ſquamoſa.*)

carinthiaca. 4. S. coroll. quinquefidis, caulibus vnifloris, baſi folioſis. *Iacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 23. t. 6.* M. (Gent. carinthiaca. *Froelich l. c. p. 103. Ob poros nectarifer. ad baſin nullos et coroll. barbatam.*)

corniculata. 5. S. coroll. quadrifidis quadricornibus. *Gmel. ſib. 4. p. 114. t. 53. f. 3.*

dichotoma. 6. S. coroll. quadrifidis ecornibus. *Gmel. ſib. 4. p. 113. t. 53. f. 2.*

322. GENTIANA. *Cor.* monopetala. *Capſ.* 2-valuis, 1-locularis *Receptaculis* 2, longitudinalibus *).

* *Corollis quinquefidis et ſubquinquefidis ſubcampaniformibus.*

lutea. 1. G. corollis ſubquinquefidis rotatis verticillatis, calycibus ſpathaceis. *Petala punctis ſparſis creberrimis flaua. Corollae rotatae.* (*Plenk Pl. officin. t. 156.*)

purpurea. 2. G. coroll. ſubquinquefidis campanulatis verticillatis, calyc. truncatis. *Fl. dan. t. 50. Petala punctis ſecundum lineas, purpurea.* (G. *purpurea,* cor. ſubquinquefidis campanul., ſtriato-punctatis verticillatis, calycibus membranaceis ſpathaceis. *Froel. de Gentiana. p. 18.*)

campanulata. 3. G. coroll. campanulatis ſeptemfidis, ſtriatis, immaculatis, calyc. ſeptemfidis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr.*

---

*) Cal. *1-phyll.* Cor. *1-petala. perſiſt.* Germ. *ſtipitatum baſi tuberculis glanduloſis cincto.* Styl. o. Capſ. *1-local., 2-valv. ſemina valuulis inſerta.* I. A. FROELICH Diſſ. de Gentiana. Erlang. 1796. p. 10. *De hocce quoque genere numeroſas, quoad partes fructificationis vero omnino inter ſe differentes, continente ſpecies fuſe diſſeruerunt illudque in plura diſtribuere anniſi fuere inprimis b.* T. W. SCHMIDT, *nec non* M. B. BORKHAUSEN. *vid.* RÖMERS *Archiv für die Botanik.*)

auſtr. v. 5. app. t. 29. M. (G. *campanulata*, cor. 7-fidis, campan. impunctatis verticillatis, calyc. breuibus ſubtruncatis. *Froel. l. c. p. 26.*)

punctata. 4. G. coroll. ſubquinquefidis campanulatis punctatis, calyc. quinquedentatis. *Iacq. obſ. 2. p. 17. t. 39.* — *Fl. auſtr. v. 5. app. t. 28.* M. *Petala punctis ſparſis, purpurea. Solo floris colore diſtincta a purpurea. Haller.* (G. *punctata*, cor. ſubſexfidis campanul. punctatis verticillatis, cal. membranaceis truncatis. *Froel. l. c. p. 24.*)

pannonica. 5. G. coroll. campanulatis ſex- vel ſeptemfidis punctatis, calyc. ſubſexfidis, fol. caulinis lanceolatis acuminatis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 2. t. 136. Vtut ſimilis G. purpureae, flore multo minor eſt item alterius coloris, et folia caulina habet ouata et acutiuſcula, nunquam in acumen elongata. Iacq.* (G. *pannonica*, cor. ſubſexfidis campanulatis punctatis verticillatis, cal. coriaceis truncatis. *Froel. l. c. p. 11.*)

aſclepiadea. 6. G. coroll. quinquefidis campanulatis oppoſitis ſeſſilibus, fol. amplexicaulibus. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 328.* M. (*Coroll. axillar. ſubſeſſiles, fol. amplexic. ouato-lanceol. Froel. l. c. p. 48.*)

Pneumonanthe. 7. G. coroll. quinquefidis campanulatis (acutis) oppoſitis pedunculatis, fol. linearibus. *Fl. dan. t. 269.*

Saponaria. 8. G. coroll. quinquefidis campanulatis ventricoſis verticillatis, fol. trineruiis. (*Cfr. Froel. l. c. p. 34.*)

villoſa. 9. G. coroll. quinquefidis campanulatis ventricoſis, fol. villoſis. *Corolla extus pallida, intus lineato-varia.*

acaulis. 10. G. corolla quinquefida campanulata caulem excedente. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 135.* M. *Flos tota planta maior.* (*Caul. 4-angulus in pl. culta longior. Curt. mag. p. 52. t. 52.*)

nana. 11. G. coroll. quinquefida campanulata in fauce barbata, fol. caulinis ouatis. *Iacq. in Litt. Miſcell. v. 1. t. 18. f. 3.* M. (*Caul. ſubdichotomus, pedunc. elongatus. Froel. l. c. p. 102.*)

exaltata. 12. G. coroll. quinquefidis coronatis crenatis, pedunc. longiſſimo dichotomo terminali.

decumbens. 13. G. coroll. quinquefidis campanulatis, fol. radicalibus lanceolatis longiſſimis, caule decumbente. *Suppl. p. 174.* (Gent. *adſcendens. Gmel.*

 fl. ſibir.

fl. ſibir. IV. p. 103. t. 5. f. 4. Cor. 5-fidis campan. ſubſeſſilib. axillaribus, fol. acutis; radical. lanceolat. elongatis. Froel. p. 43.)

ſaxoſa. 14. G. coroll. quinquefidis campanulatis, fol. ſpathulatis. *Suppl. p. 175. G. Forſt. in act. ſtockh. 1777. p. 183 t. 5. (Corol. terminales ſubumbellatae. Froel. l. c. p. 53.)*

** *Corollis quinquefidis et ſubquinquefidis infundibuliformibus.*

verna. 15. G. corolla quinquefida infundibuliformi caulem excedente, fol. radicalibus confertis maioribus. *Primulae proprior, vix amara. Stigma 1, magnum, orbiculare, ſcutellato concauum. Mygind.* (G. *verna,* cor. 5-fida infundib., fol. ouatis acutiusculis: radical. patent. caulinis maiorib. *Froel. p. 65. Cor. laciniae obtuſae nunc integrae, nunc ſerratae, quare et haecce ſpecies a nonnullis pro* G. bauarica habita. *Fr.*)

pyrenaica. 16. G. corolla decemfida infundibuliformi aequali: laciniis exterioribus rudioribus. *Mant. 55.* (Caul. inferne ramoſo, fol. lanceolato-linearibus. *Froel. l. c. p. 63.*)

pumila. 17. G. corolla quinquefida infundibuliformi ſubſerrata, fol. lanceolato-linearibus. *Jacq. vind. 215. obſ. 2. p. 29. t. 49. — Fl. auſtr. v. 4. t. 302.* M. *Caules uniflori. Corollae vix ſerratae. (Teneritate, foliis linearib. acutis, caule baſi ramoſo ceſpitoſo a* G. verna *diſtinguitur. Froel l. c. p. 82.*)

bauarica. 18. G. coroll. quinquefida infundibuliformi ſerrata, fol. ouatis obtuſis. *Jacq. obſ. 2. t. 71. Folia huius obtuſa, nec vt G. vernae acuta.* (G. *bauarica,* cor. 5-fida infundib., fol. ouat. obtuſis: radical. confert. imbricatis caulin. minorib. *Froel. l. c. p. 71. Cor. limbus mutabilis, tub. ſtriatus elongatus.*)

aurea. 19. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus acuminatiſſimis: fauce imberbi muticaque, ramis oppoſitis. (G. 5-fida *Oed. fl. dan. t. 344.* G. *aurea,* cor. ſub- 5-fidis campanul. verticill., fol. ouatis, caul. inferne ramoſo *Froel. l. c. p. 54.*)

niualis. 20. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, ram. vnifloris alternis. *Jacq. vind, 215. Fl. dan. t. 17. (Magnitudine et figura multiform., fol. ſupe-*

ſuperiora ſemper maiora, lanceolata. Froel. l. c. p. 85. Cal. carinato-quinquangularis. Wulf. in Iacq. coll. III. p. 8.)

aquatica. 21. G. coroll. quinqueſidis infundibuliformis terminalibus ſeſſilibus, fol. margine membranaceis. (*Pall. fl. roſſ. p. 109. t. 97. f. 2. Pro diuerſa aetate habitu diuerſa. Fr.*)

vtriculoſa. 22. G. coroll. quinqueſidis hypocrateriformibus, calyc. plicato-carinatis. (*Calyce amplo 5-alato: alis late prominentib. et ad baſin vsque productis a congenerib. facile dignoſcitur Froel. l. c. p. 70.*)

exacoides. 23. G. coroll. quinquefidis hypocrateriformibus, calyc. membranaceo-carinatis caul. dichotomo, fol. cordatis. (*Flor. 4-fidi, 4-andri, 1-gyni. Roth.*)

Centaurium. 24. G. coroll. quinqueſidis infundibuliformibus, caule dichotomo, piſtillo ſimplici. — *Fl. dan. t. 617.* M.
β. Gentiana corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule breuiſſimo ramoſiſſimo. *Ger. prov. 311.* (Chironia Centaurium. *Curt. Fl. lond. ic.* Var. *β.* ſ. Chironia Gerardi *Schmidt*, *a recentioribus merito vt diſtincta diſcernitur ſpecies, cum charactere conſtante:* floribus baſi ſquamis lanceolatis deſtitutis *a Centaurio diuerſam ſeſe exhibet.*)

pulchella. 25. G. corolla quinquefida infundibuliformi, tubo elongato, ſtylo ſimplici caule ſimpliciſſimo. *Swartz in act. Stockh. 1783. p. 85. t. 3. f. 8. 9.* M.

lignoſa. 26. G. coroll. quinqueſidis infundibuliformibus M. verticillatis octonis. *Suppl. p. 174.* (*A Linnaeo, fil.*, verticillata *nuncupata, cum vero ad nr. 29. hocce nomen adhuc ſemel occurrit, alia introducenda eſſet denominatio, quae ex huius ſpeciei in Supplemento pl. deſcriptione deſumta eſt.*)

maritima. 27. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, ſtylis geminis, caule dichotomo paucifloro. *Mant. 55.*

ſpicata. 28. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, flor. alternis ſeſſilibus.

verticillata. 29. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, flor. verticillatis, caule ſimpliciſſimo. *Planta Indiae orientalis vix diuerſa. Radix perennis. Caules plures, palmares, articulati. Folia lanceolata. Flores verticillati, ſeſſiles, lutei: limbo 5-fido, acuto.* N*ectarium e ſquama ſubrotunda baſi ſinguli filamenti,*

filamenti, intra tubum corollae annexa. Stylus, ſtigmate capitato. Capſula ſemibilocularis. (Cfr. Vahl Symb. III. p. 46.)

quinquefolia. 30. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, caule acutangulo, fol. ouatis amplexicaulibus. (G. *quinqueflora*, cor. 5-fidis tubuloſo-campanulatis terminal. ſubquinis, caul. ramoſiſſ. alato, fol. amplexicaul. *Froel. l. c. p. 51. Iure Auctor noſter ſuſpicatur, nomen* quinquefolium L. *errori typographico eſſe adſcribendum, cum folia ipſa huic appellationi nullam dederunt anſam.*)

ſcilloides. 31. G. coroll. quinquefidis infundibuliformibus, bracteis binis, caule vnifloro proſtrato ramoſo, fol. obouatis obtuſis trineruiis. *Suppl. p. 175.*

aphylla. 32. G. coroll. quinquefida hypocrateriformi, caule aphyllo. — *Iacq. amer. pict. p. 46. t. 89.* M.

Amarella. 33. G. coroll. quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. *Fl. dan. t. 328.* (G. *Amarella*, cor. 5-fidis hypocraterif. acutis, fauce barbatis; cal. laciniis ſubaequal. *Froel. l. c. p. 86. Sowerb. engl. bot. t. 236. Icon. Fl. dan. t. 238. a Linnaeo huc relatam Froelich allegat ad:* Gent. *pratenſis*, cor. ſub-5-fidis, hypocrat. obtuſis fauce barb. cal. laciniis inaequal., fol. lanceolatis *Fr. p. 88.* Gent. campeſtris *Pall. fl. roſſ. p. 103.*)

**** Corollis non quinquefidis.*

campeſtris. 34. G. coroll. quadrifidis fauce barbatis. Gentianella alpina vnicaulis, bellidis folio. *Bocc. muſ. 144. t. 101. Fl. dan. t. 367.*

β. G. coroll. quadrifidis imberbibus, pedunc. tetragonis. *Fl. dan. t. 318.* (*Sowerb. l. c. t. 207.* G. *campeſtris*, cor. 4-fidis hypocraterif. obtuſis, fauce barbatis, cal. lacin. 2 maximis *Froel. l. c. p. 91. Ex varietate β.* Lin. *noſter de hiſtoria huius generis meritiſſimus auctor cum cel.* Rottboëll. *et* Retzio *propriam conſtituit ſpeciem:* Gent. *tenella*, cor. 4-fidis hypocraterif. fauce barbatis, caul. ſubdichotomo, pedunc. longiſſim., fol. ſubouat. obtuſiuſculis. — *Rottb. Act. hafn. 10. p. 436. t. 2. f. 6. Cfr. quoque Vahl in Skrivter af Naturhiſt. Selſk. t. V. 2. p. 22. Auctores laudati aſſentiunt, corollas imberbes huic ſpeciei minus recte a b.* Oedero *fuiſſe adſcriptas.*)

ciliata.

ciliata. 35. G. coroll. quadrifidis margine ciliatis. *Fl. dan. t. 317. — Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 113.* M. *Haec flore in America maxime ciliata; in Italia mediocriter, in Iſlandia et Noruegia tantum ſerrata.* (G. *ciliata*, cor. 4-fidis: laciniis ſerratis medio inciſo-ciliatis: fol. lanceolat. linearibusque, caul. flexuoſo angulato. *Froel. l. c. p. 109.* Var. americanam, *cuius Linné quoque mentionem facit auctor ſic concinnat*: G. *crinita*, cor. 4-fidis: lacin. inciſo-ciliatis, fol. lanceol. acutis, caul. erecto tereti.)

Cruciata. 36. G. coroll. quadrifidis imberbibus, flor. verticillatis ſeſſilibus. *Mant. 349. — Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 372.* M. (*Caul. ancipites fol. decuſſat. oppoſita, baſi vaginantib. Flor. interdum 5-fidi Froel. l. c. p. 51.*)

ſeſſilis. 37. G. coroll. quadrifidis, floribus acaulibus, fol. ouatis.

filiformis. 38. G. coroll. quadrifidis imberbibus, caule dichotomo filiformi. *Fl. dan. t. 324.* (Exacum filiforme. *Sowerb. engl. bot. t. 235.*)

heteroclita. 39. G. flor. quadrifidis irregularibus, caule brachiato. *Mant. 560.*

. . VAHLIA. *Flores* calyculati ſparſi. *Capſula. Thunb. diſſ. n. gen. pl. p. 36.* M.

capenſis. 1. VAHLIA. *Thunb. l. c. cum. tab.* M.

1376. RVSSELIA. *Cal.* 5-phyllus *Petala* 5, ſupera. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma. *Suppl. p. 24.*

capenſis. 1. RVSSELIA. *Suppl. p. 175.* (*Eſt idem genus eademque planta cum antecedente Dahl. obſ. bot. quod confirmat Dryand. in Tranſact. of the Lin. Societ. v. 2. p. 228.*)

. . BVMALDA. *Cor.* 5-petala. *Styli* villoſi. *Capſ.* 2-locularis, biroſtris. *Thunb. diſſ. n. gen. pl. p. 62.* M.

trifolia. 2. BVMALDA. *Thunb. l. c. Iap. p. 114.* M.

323. PHYLLIS. *Stigmata* hiſpida. *Fructif.* ſparſae. (*Capſ.* obouata, 2-locularis, 2-partibilis. *Gaertn.*)

Nobla. 1. P. ſtipulis dentatis. (Valerianella canariens. fruteſcens, ſimpla Nobla dicta. *Dill. Eltham. t. 299.*)

* VMBELLATAE.

324. ERYNGIVM. *Flores* capitati. *Receptaculum* paleaceum. (*Semina* ſquamulis flexilibus muricata. *Gaertn.*)

foetidum. 1. E. foliis radicalibus lanceolatis ſerratis, floralibus multifidis, caule dichotomo. *Radix annua ſ. biennis. Folia radicalia obtuſiuſcula: ſerraturis ſpinoſis, innocuis. Caulis pedalis, viridis, ſubangulatus, dichotomus, patens: ramis vltimis flexuoſis. Folia ramea oppoſita, amplexicaulia, cuneata, ſubconnata, margine dentata, ſemitrifida laciniis lanceolatis, angulis omnibus terminatis ſpina purpuraſcente. Pedunculus e dichotomiis, rectus, articulis breuior, triangulus, lateribus ſtriatis. Inuolucra ſubhexaphylla, horizontalia, flore longiora: foliolis lanceolatis, neruoſis, ſpinoſis apice et vna alteraue ſerratura. Receptaculum commune cylindricum, vnde flos cylindricus. Floſculorum Calyx 5-dentatus, longitudine corollulae. Petala 5, exalbida, inuoluta. Filamenta capillaria, petalis duplo longiora, alba. Antherae teſtaceae. Stylus bipartitus, perſiſtens. Semina tecta vndique punctis hemiſphaericis. Paleae lineares, acutae, longitudine floſculorum. Odor totius eximie teter.*

aquaticum. 2. E. fol. gladiatis ſerrato-ſpinoſis: floralibus indiuiſis. *Inuolucra et paleae integerrimae.*

planum. 3. E. fol. radicalibus oualibus planis crenatis, capitul. pedunculatis. — *Iacq. Fl. auſt. v. 4. t. 391.* M. (*Pet. et anth. caeruleae. Oeſtr. Fl. I. p. 131.*)

puſillum. 4. E. fol. radicalibus oblongis inciſis, caule dichotomo, capitul. ſeſſilibus.

tricuſpidatum. 5. E. fol. radicalibus cordatis, caulinis palmatis auriculis retroflexis, paleis tricuſpidatis.

maritimum. 6. E. fol. radicalibus ſubrotundis plicatis ſpinoſis, capitul. pedunculatis, paleis tricuſpidatis. — *Fl. dan. t. 875.* M. (*Rad. craſſa, longiſſima.*)

campeſtre. 7. E. fol. radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. *Fl. dan. t. 554.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 155.* M. *Inuolucra ſubulata capitulo longiora. Gouan.*

amethyſtinum. 8. E. fol. radicalibus trifidis baſi ſubpinnatis. *Involucra lanceolata, capitulo longiora. Gouan.*

alpinum.

alpinum. 9. E. fol. digitatis laciniatis ſuborbiculatis, capitulo oblongo polyphyllo, paleis ſetaceis trifidis. *Mant. 349.* Eryngium alpinum ſpinis horridum, dipſaci capitulo longiore. *Tournef. inſt. 327.* Spina alba. *Dalech. hiſt. 1462.* (*I. Fr. Miller colour. Plat. t. VI.*)

325. HYDROCOTYLE. *Vmbella* ſimplex: *Inuolucro* (2-ſ.) 4-phyllo. *Petala* integra. *Sem.* ſemiorbiculato-compreſſa.

vulgaris. 1. H. foliis peltatis, vmbellis quinquefloris. *Fl. dan. t. 90. Vmbella ſimplex e centro prolifera. Styli 2, diſtantes.*

vmbellata. 2. H. fol. peltatis, vmbell. multifloris. *Scapus foliis longior.*

americana. 3. H. fol. reniformibus ſublobatis crenatis. *Et in Ind. orient.*

aſiatica. 4. H. fol. reniformibus dentato-crenatis. *Et in Iamaica.* (*Rumph. Amb. t. 169. f. 1.*)

chinenſis. 5. H. fol. linearibus, vmbell. multifloris.

villoſa. 6. H. tomentoſa, fol. cordatis integerrimis tomentoſis ſ. villoſis. *Suppl. p. 175.* Centella villoſa. *Syſt. ed. 13. p. 708.* Mercurialis afra. *Syſt. ed. 13. p. 746.*

glabrata. 7. H. glaberrima, fol. ouatis, ſ. lanceolatis, acutis trineruiis glaberrimis. *Suppl. p. 176.* Centella glabrata. *Syſt. ed. 13. p. 708.*

virgata. 8. H. glaberrima, fol. ſemiteretibus linearibus, ſulco exaratis internodiis longioribus. *Suppl. p. 176.*

linifolia. 9. H. caneſcens, fol. lineari-ſubſpathulatis-internodiis. *Suppl. p. 176.*

Solandra. 10. H. tomentoſa, fol. cuneiformibus ouatis retuſis ſeptemdentatis. *Suppl. p. 176.* Solandra capenſis. *Syſt. ed. 13. p. 767.* (*Sem. ad coſtarum interſtitia neruis transuerſis ſcrobiculato-reticulata. Gaertn. de fr. I. p. 96. t. 22.*)

tridentata. 11. H. tomentoſa, fol. lineari-cuneiformibus apice tridentatis. *Suppl. p. 176.*

ranunculoides. 12. H. fol. quinquepartitis inciſis. *Suppl. p. 177.*

erecta. 13. H. fol. cordatis crenatis, ſcapis paucifloris longitudine petiolorum. *Suppl. p. 177.*

326. SANICVLA. *Vmbellae* confertae, ſubcapitatae. *Fructus* (ſetis vncinatis) ſcaber. *Flores* diſci abortientes.

europaea. 1. S. foliis radicalibus ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus. *Fl. dan. t. 283.* (*Schkuhr bot. Handb. p. 187. Flor. centrales nullis ſtylis ſed glandula nectarifera inſtructi Withering Bot. Arrang. I. p. 266. Cal. perſiſtens.*)

canadenſis. 2. S. fol. radicalibus compoſitis: foliolis ouatis.

marilandica. 3. S. floſculis maſculis pedunculatis: hermaphroditis ſeſſilibus. (*Iacq. Ic. pl. rar. t. 348.*)

caſſinoides, 19. V. fol. ouatis crenatis glabris, petiolis carinatis eglandulatis. (V. *caſſinoides*, fol. lanceolatis laevibus margine reuolutis obſolete crenulatis *Ait. l. c.* Vibur. Caſſinoides *Duroi ſecundum Aitonium alia ſpecies*, V. laeuigata *ab eo denominata.*)

371. CASSINE. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca* 3-ſperma.

capenſis. 1. C. foliis petiolatis ouato-oblongis retuſis crenatis. *Suppl. p.* 184. Caſſine capenſis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 243. *Mant.* 220. Caſſine barbara. *Syſt. ed.* 13. *p.* 243. Evonymus Colpoon. *Syſt. ed.* 13. *p.* 198. *Flores interdum quadrifidi et quinquefidi.* (Synonymum: Evonymus Colpoon ſ. Caſſine Barbara, *vtpote alia et diſtincta ſpecies excludi debet. Swartz Obſ. bot. p.* 112.)

Peragua, 2. C. fol. petiolatis ſerratis ellipticis acutiuſculis, ramulis ancipitibus. *Mant.* 220. Caſſine foliis ouato-lanceolatis ſerratis, floribus corymboſis axillaribus. *Mill. ic.* 83. *f.* 1. Caſſine verae perquam ſimilis arbuſcula, foliis antagoniſtis. *Pluk. Mant.* 46.

Maurocenia, 3. C. fol. ſeſſilibus integerrimis obouatis coriaceis.

372. SAMBVCVS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 3-ſperma.

Ebulus. 1. S. cymis tripartitis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo. (*Schkuhr bot. Handb. t.* 83.)

iaponica. 2. S. cymis tripartitis, ſtipulis nullis, caule fruticoſo. *Thunb. iap. p.* 125. M.

canadenſis, 3. S. cymis quinquepartitis, fol. ſubbipinnatis, caule fruteſcente. (*Baccae obſcure rubrae.*)

nigra. 4. S. cymis quinquepartitis, fol. pinnatis, foliolis ſubouatis ſerratis, caule arboreo. M. Sambucus *nigra*, cymis quinquepartitis caule arboreo. *Syſt. ed.* 13. *p.* 244. *Fl. dan. t.* 545.

laciniata, 5. S. cymis quinquepartitis, fol. bipinnatis, pinnis ternatis, foliolis lanceolatis inciſis, *addo* M. caule arboreo. *Retz. obſ. bot. faſc.* 3. *p.* 30. Sambucus laciniata. *Mill. Dict. Var.* γ. Sambuci nigrae. *Spec. pl.* 386. (*Hancce ſpeciem modo prioris varietatem eſſe nunc ipſe cel. Retzius declarat, cum ex repetita baccarum ſatione plantae excreuerunt matri non ſimiles, ſed foliis ſimpliciter pinnatis ſolummodo inſtructae. vid. Retz. Obſ. bot.* 6. *p.* 27. *cl. Schkuhr l. c. p.* 242. *tamen hoc ex votis ſucceſſit.*)

racemoſa. 6. S. racemis compoſitis ouatis, caule arboreo. (*Fol. pinnata glabra Willd.* β. *S. verna*, fol. pinnata: pinnis ouatis ſerratis ſubtus pubeſcentibus, racemis dichotomis ſubuilloſis. *Corol. huic purpurea, quae ab aliis flauo-albicans ceterum deſcribitur.* Cfr. *Iacq. in Coll. I. p. 36. Willd. Berl. Baumz. p. 356.*)

373. SPATHELIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* 3-gona, 3-locularis. *Sem.* ſolitaria.

ſimplex. 1. SPATHELIA.

374. STAPHYLEA. *Cal.* 5-partitus. Petala 5. *Capſ.* inflatae, connatae. *Sem.* 2, globoſa cum cicatrice.

pinnata. 1. S. foliis pinnatis. (*Schmidt Oeſterr. Baumz. t. 80. Saepe digyna.*)

trifolia. 2. S. fol. ternatis. (*Schmidt l. c. t. 81. Germ. et filam. baſi hirſuta.*)

375. TAMARIX. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locularis, 3-valuis. *Semina* pappoſa.

gallica. 1. T. floribus pentandris. *Mill. ic. t. 262. f. 1.*

germanica. 2. T. flor. decandris. *Mill. ic. t. 262. f. 2. Fl. dan. t. 234.* (*Stam. 1-delpha.*)

1299. XYLOPHYLLA. *Cal.* 5-partitus, coloratus. *Cor.* 0. *Stigmata* lacera. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* gemina. *)

longifolia. 1. X. foliis linearibus, ramis tetragonis. *Mant.* 221. Xyphyllos ceramua. *Rumph. amb. 7. p. 19. t. 12.*

latifolia. 2. X. fol. lanceolatis, ramis teretibus. *Mant.* 221. Phyllanthus epiphyllanthus. *Sp. plant.* 1392. Phyllanthus foliis latioribus vtrinque acuminatis apicem verſus crenatis. *Browen. iam. 188.* (*Cfr. L'Heritier Sert. angl.*)

376.

---

*) *Huic generi locum poſt:* Phyllanthus, *cui affine et a quo ſolis fere foliis crenis marginis floriferis differt, deſignat cl* SWARTZ, *et cuius characterem genericum ita ſiſtit:* ☿. Cal. *6-partitus, coloratus.* Cor. *nulla.* Stam. *3-6.* Stigm. *lacera.* Capſ. *3-locularis.* Sem. *gemina.* ♂. ♀. *Hermaphroditi. Flores vel ſunt polygami vel monoici,* et *vtplurimum triandri.* SWARTZ obſ. bot. p. 114.)

376. TVRNERA. *Cal.* ſ-fidus, infundibulif. exterior 2-phyllus. *Petala* ſ, calyci inſerta. *Stigmata* multifida. *Capſ.* 1-locularis, 3-valuis. (*Sem.* numeroſa: arillo vnilaterali ligulato. *Gaertn.*)

vlmifolia. 1. T. floribus ſeſſilibus petiolaribus, foliis baſi biglanduloſis. — *Io. Mill. illuſtr. ic.* M.
β. Corolla minor petalis mucronatis. Bracteae absque glandulis. Folia obtuſiora. Antherae fuluae, nec flauae. Mill. ic. t. 268. f. 2.

Pumilea. 2. T. flor. ſeſſilibus petiolaribus, fol. eglanduloſis. *Calyx Bracteis 2. linearibus. Antherae non vltra faucem calycis eleuatae.* (*Flor. terminales, conferti in centro foliorum Swartz. l. c. p. 117.*)

ſidoides. 3. T. pedunc. axillaribus biſetis, fol. obouato-cuneatis ſerratis. *Mant. 58.*

ciſtoides. 4. T. pedunc. axillaribus aphyllis, fol. apice ſerratis. *Bracteae nullae.* (*Flores axillares, ſolitarii pedunculati. Swartz.*)

racemoſa. 5. T. racemis elongatis, terminalibus. *Iacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 94.* M.

377. TELEPHIVM. *Cal.* ſ-phyllus. *Petala* ſ, receptaculo inſerta. *Capſ.* 1-locularis, 3-valuis.

Imperati. 1. T. foliis alternis. (*Caul. decumbens. Flor. conglomerati. Capſ. 3-angularis, apice acuto.*)

oppoſitifolium. 2. T. fol. oppoſitis. ♃

378. CORRIGIOLA. *Cal.* ſ-phyllus. *Petala.* ſ. *Semen* 1-triquetrum. (*Nux* rotundato-trigona. *Gaertn.*)

litoralis. 1. CORRIGIOLA. *Fl. dan. t. 334.*

379. PHARNACEVM. *Cal.* ſ-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma.

Ceruiana. 1. P. pedunculis ſubumbellatis lateralibus, folia linearia aequantibus.

Mollugo. 2. P. pedunc. vnifloris lateralibus, flor. longitudine foliorum, caule depreſſo. *Mant. 358. 561.* Mollugo Spergula. *Sp. plant. 131. Burm. ind. 3. t. 5. f. 4.* Alſine erecta pentaphylla, flore albo. *Burm. zeyl. 13. t. 7.*

depreſſum. 3. P. pedunc. vnifloris lateralibus, fol. lanceolatis pubeſcentibus. *Mant. 562.* (Loeflingia *indica*, caul. depreſſis, fol. ſub 4-gonis lanceol., ſtipulis ſcario-

ſcarioſis, pedunc. dichotomis. *Retz. Obſ. bot. 4. p. 8.*)

ſerpyllifolium. 4. P. pedunc. vnifloris, foliis ouatis. *Suppl. p. 186.*

incanum. 5. P. pedunc. communibus longiſſimis, fol. linearibus, ſtipulis piloſis. *Suppl. p. 186.* Pharnaceum incanum. *Syſt. ed. 13. p. 246. Mant. 358.*

diſtichum. 6. P. racemis bipartitis flexuoſis, fol. ſublinearibus pubeſcentibus. *Mant. 221.* Alſine ſpergulae facie indiae orient. ſpicatis floribus ex alis emergentibus. *Pluk. mant. 9. t. 33. f. 4.* Alſine holoſtea villoſa, foliis caulem ambientibus, multiflora. *Pluk. alm. 22. t. 130. f. 6. Piſt. 1. Capſ. 1-locularis, 3-valuis.*

cordifolium. 7. P. racemis bipartitis terminalibus, fol. obcordatis. Spergula e cap. b. ſp. foliis portulacae minoribus ſtellatis. *Pet. Muſ. 478.*

lineare. 8. P. vmbellis inaequalibus, fol. linearibus, oppoſitionibus remotis. *Suppl. p. 185.*

glomeratum. 9. P. floribus glomeratis, caule flexuoſo, foliis linearibus. *Suppl. p. 185.*

quadrangulare. 10. P. ſuffruticoſum, fol. linearibus quadrifariam imbricatis. *Suppl. p. 185.*

mycrophyllum. 11. P. tomentoſum, pedunculis vmbellatis, fol. ouatis teretiuſculis obtuſis lana intertextis. *Suppl. p. 185.*

dichotomum. 12. P. pedunculatis axillaribus elongatis dichotomis, foliis verticillatis linearibus. *Suppl. p. 186.*

albens. 13. P. pedunc. communibus longiſſimis, fol. linearibus exſtipulatis. *Suppl. p. 186.*

380. ALSINE. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, aequalia. *Capſ.* 1-locularis, 3-valuis (aut 6-valuis).

media. 1. A. petalis bipartitis, foliis ouato-cordatis. *Fl. dan. t. 525. 438.* (Holoſteum *Alſine,* fol. ouato-cordatis, caule laxo. *Swartz l. c. p. 118. Stamina adſunt vt plurimum 3. Sed et ea numero 3, 4, 5, 6 et 7, variari obſeruauit I. Bauman. vid. Eius Miſcell. medico-botanica. Marp. 1791. p. 40.*)

ſegetalis. 2. A. petal. integris, fol. ſubulatis. *Mant. 359.* (*Plantula glauca ſegetalis nodoſa: geniculis ſtipulis membranaceis dentatis cincti.* Rami *dichotomi filiformes.* Pedicelli *patente-reflexi.* Stam. 5., Piſtill. 0, Stigm. 3, *reflexa.*)

mucro-

mucronata. 3. A. petal. integris breuibus, fol. ſetaceis, calyc. ariſtatis. *Mant. 358.* (*Hall. helv. t. 17. Flor. congeſti. Petala ſubemarginata. Cal. albidi ſcarioſi. Moench Method. p. 229.*)

381. DRYPIS. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Capſ.* circumſciſſa, monoſperma.

ſpinoſa. 1. DRYPIS. *Mant. 359. Iacq. hort. t. 49. Rami vltimi floriferi. Pedunculi flore breuiores. Calyx ſemiquinquefidus, erectus. Petala alba, anguſtiſſima, patentia. Stamina erecta. Caules exaridi reuireſcunt inſequenti vere.*

382. BASELLA. *Cal.* 0. *Cor.* 7-fida: laciniis 2 oppoſitis latioribus, tandem baccata. *Sem.* 1.

rubra. 1. B. foliis planis, pedunc. ſimplicibus. *Rumph. amb. 5. t. 154.* (*De vſu vid. Thunb. iapon. p. 127.*)

alba. 2. B. fol. vndatis ouatis, pedunculis ſimplicibus folio longioribus. Muraſakki *Kaempf. amoen. 784.*

lucida. 3. B. fol. ſubcordatis, pedunculis confertis ramoſis.

383. SAROTHRA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locularis, 3-valuis, colorata.

gentianoides. 1. SAROTHRA. (*Pluk. phyt. t. 324. f. 4.*)

TETRAGYNIA.

384. PARNASSIA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Nectaria* 5, cordata, ciliata apicibus globoſis. *Capſ.* 4-valuis.

paluſtris. 1. PARNASSIA. *Fl. dan. t. 584.* — *Mill. illuſtr. ic.* M. *Scapum nonnihil contorquet.* (*Stamina omnia ante antheſin germini tota incumbunt, antheris vero effoetis vnum poſt alterum ſeſe attollit ac remouet. Alii vero contrarium contendunt. A cuius partibus veritas ſit, vlteriores decernant obſeruationes.*)

385. EVOLVVLVS. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-fida, rotata. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* ſolitaria.

nummularius. 1. E. foliis ſubrotundis, caule repente, floribus ſubſeſſilibus. — *Iacq. pict. t. 260. f. 23.* M.

gangeticus. 2. E. fol. cordatis obtuſis mucronatis villoſis petiolatis, caul. diffuſo, pedunc. vniflorís.

alſinoi-

alſinoides. 3. E. fol. obcordatis obtuſis piloſis petiolatis, caul. diffuſo, pedunc. trifloris. Conuoluuli minima ſpecies biſnagarica hirſuta, Alſines folio. *Pluk. alm. 116. t. 9. f. 1.*

emarginatus. 4. E. fol. reniformibus repandis. *Suppl. p. 186.* (*Burman. Fl. indica. p. 77. t. 30.*)

linifolius 5. E. fol. lanceolatis villoſis ſeſſilibus, caul. erecto, pedunc. trifloris longis. *Characterem praebuit.*

tridentatus. 6. E. fol. lineari-cuneiformibus tricuſpidatis baſi dilatata dentatis, pedunc. vnifloris. *Burm. ind. t. 16. f. 3. Caulis volubilis eſt.*

PENTAGYNIA.

386. ARALIA. *Inuolucr.* vmbellulae. *Cal.* 5-dentatus, ſuperus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-ſperma. (Cfr. *Smith Icones pictae plantarum.*)

arborea. 1. A. arborea, foliis ſimplicibus, vmbellae vniuerſalis radiis vniglanduloſis. — *Ipſe Iacquin adhuc dubitat, an huc trahi poſſit Aralia arborea Iacq. amer. pict. p. 47.* M. (Cfr. *Swartz obſ. bot. p. 120.*)

ſpinoſa. 2. A. arboreſcens, caule foliisque aculeata. *Schmidts Oeſter. Baumz. II. t. 102-3.*)

pentaphylla. 3. A. arborea aculeata, fol. quinatis. *Thunb. iap. 128.* M.

chinenſis. 4. A. fruteſcens M. caule petiolisque aculeatis, foliolis inermibus villoſis.

iaponica. 5. A. fruteſcens fol. lobatis. *Thunb. iap. p. 128.* M.

racemoſa. 6. A. caule folioſo herbaceo laeui.

nudicaulis. 7. A. caule ſubnudo, herbaceo (M.) foliis binis ternatis.

cordata. 8. A. herbacea, caule angulato inermi, foliis ſimplicibus cordatis. *Thunb. iapon. p. 127. Kaempf. Amoen. Faſc. V. p. 826.*

1380. COMMERSONIA. *Cal.* 1-phyllus, corollifer. *Petala* 5. *Nectarium* 5-partitum. *Capſ.* 5-locularis, echinata. *Suppl. p. 26.*

echinata. 1. COMMERSONIA. *Suppl. p. 187.* (Nectar. 10-*partitum: laciniis alternis lanceolatis; altern. filiformibus villoſis.* Capſ. *ſetis mollibus echinata. Gaertn. de fruct. II. p. 78. t. 94.*)

388.

388. STATICE. *Cal.* 1-phyllus, integer, plicatus, ſcarioſus. *Petala* 5. *Sem.* 1, ſuperum. (*Capſ.* 1-locularis euoluens. *Sem.* erectum e longo funiculo pendens. *Gaertn.*)

Armeria. 1. S. ſcapo ſimplici capitato, foliis linearibus, (ſquamis calycinis ſubrotundis obtuſis. *Ait. Kew. I. p.* 383. *Fl. dan. t.* 1092.)

Pſeud-armeria. 2. S. M. Statice *Armeria maior* ſcapo ſimplici capitato, fol. longe lanceolatis. *Iacq. in Litt. Hort. v.* 1. *p.* 16. *t.* 42. *v.* 3. *p.* 1. Statice luſitanica, Scorzonerae folio. *Tourn. inſtit.* 341. *In Syſt. ed.* 13. *p.* 248. *declaratur Varietas inſignis S. Armeriae foliis latioribus ſubincanis. Mutaui modo nomen triuiale, vt ſimplicius appareret.* M. (Statice *Cephalotes*, ſcapo ſimplici capitato, ſquamis calycinis ouatis acuminatis. *Ait. l. c.*)

Limonium. 3. S. ſcapo paniculato tereti, fol. laeuibus eneruiis, ſubtus mucronatis. *Fl. dan. t.* 315.

incana. 4. S. ſcapo paniculato, fol. lanceolatis trineruiis ſubundulatis apice mucronatis, paniculae ramis triquetris. *Mant.* 59. 513.

cordata. 5. S. ſcapo paniculato, fol. ſpathulatis retuſis. *An varietas S. Limonii?*

reticulata. 6. S. ſcapo paniculato proſtrato, ram. ſterilibus retroflexis nudis, fol. cuneiformibus muticis.

echioides. 7. S. ſcapo paniculato tereti articulato, fol. ſcabris. *Folia lingulato-cuneiformia, obtuſiuſcula, non perfecte leuia. Scapi panicula articulata articulis diuaricatis ſubtuberculatis, bifaria: ramulis dichotomis. Calyces parui, acuti. Petala emarginata, pallide caerulea ſtria purpurea.*

ſpecioſa. 8. S. ſcapo dichotomo ancipiti, fol. ouatis mucronatis, florib. aggregatis.

tatarica. 9. S. ſcapo dichotomo, fol. lanceolatis mucronatis, flor. alternis diſtantibus.

Echinus. 10. S. ſcapo paniculato, fol. ſubulatis mucronatis.

flexuoſa. 11. S. ſcapo ramoſo flexuoſo, corymb. terminalibus, fol. neruoſis.

purpurata. 12. S. caule ſubfoliato, fol. obouato-cuneatis trineruiis mucronatis. *Mant.* 59. Statice peregrina. *Berg. cap.* 80.

minuta. 13. S. caule ſuffruticoſo folioſo, fol. confertis cuneatis glabris muticis, ſcapis paucifloris. *Mant.* 59.

ſuffruti-

ſuffruticoſa. 14. S. caule fruticoſo: ſuperne nudo ramoſo, capitul. ſeſſilibus, fol. lanceolatis vaginantibus.
monopetala. 15. S. caule fruticoſo folioſo, flor. ſolitariis, fol. lanceolatis vaginantibus.
aurea. 16. S. caule fruticoſo folioſo ramoſo, fol. ſubulatis.
ferulacea. 17. S. caule fruticoſo ramoſo, ramulis imbricatis, paleis apice pilo terminatis.
linifolia. 18. S. caule fruticoſo proſtrato, floribus paniculatis ſecundis, fol. linearibus. *Suppl. p. 187.*
pruinoſa. 19. S. caule flexuoſo ramoſo furfuraceo. *Mant. 59.*
ſinuata. 20. S. caule herbaceo fol. radicalibus alternatim pinnato-ſinuatis: caulinis ternis triquetris ſubulatis decurrentibus.
mucronata. 21. S. caule criſpo, fol. ellipticis integris, ſpicis ſecundis. *Suppl. p. 187.* (*Differt a priore fol. integris, caulib. frondeſcentibus et admodum criſpis. L'Herit. Stirp. nov. p. 25. t. 13.*)
lobata. 22. S. caulibus teretibus aphyllis, fol. ſinuatis. *Suppl. p. 187.*

389. LINVM. *Cal.* 5-phyllus. Petala 5. *Capſ.* 5-valuis, 10-locularis. *Sem.* ſolitaria. (*Filamenta* baſi membranoſa communi inter ſe connexa. *Cyrillus.*)

* *Foliis alternis.*

vſitatiſſimum. 1. L. calycibus capſulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario. (*Ab hoc nonnulli vt ſpeciem diſtinctam ſeiungunt* Linum humile. *Mill., qui inter alias notas caulem humiliorem et multo ramoſiorem habet. Cfr. Schkuhr Handb. I. p. 255.*)
perenne. 2. L. calycibus capſulisque obtuſis, fol. alternis lanceolatis integerrimis. *Caulis plantae ſibiricae erecti, anglicanae decumbebant; an ſemper?*
viſcoſum. 3. L. fol. lanceolatis piloſis quinqueneruiis. (*Caul. viſcoſus. Flor. ſubſpicati rubri. Oeſterr. fl. p. 153.*)
hirſutum. 4. L. calycibus hirſutis acuminatis ſeſſilibus alternis, fol. alternis: rameis oppoſitis. *Iacq. auſtr. t. 31.*
narbonenſe. 5. L. calycibus acuminatis, fol. lanceolatis ſparſis ſtrictis ſcabris acuminatis, caule tereti baſi ramoſo. *Filamenta baſi coalita.*
tenuifolium. 6. L. calycibus acuminatis, fol. ſparſis lineari-ſetaceis retrorſum ſcabris. *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 215.*

M.

M. Linum foliis alternis linearibus inferne ſcabris. *Scop. carn. 69. Excluſa varietate ε.*

gallicum. 7. L. calycibus ſubulatis acutis, fol. lineari-lanceolatis alternis, paniculae pedunculis bifloris, flor. ſubſeſſilibus. *Ger. prov. 421. t. 15. f. 1.*

maritimum. 8. L. calycibus ouatis acutis muticis, fol. lanceolatis: inferioribus oppoſitis. — *Iacq. hort. v. 2. t. 154.* M. *Affine L. gallico. (Fol. trineruia. Flor. aurei. Villars Dauph. p. 852.)*

alpinum. 9. L. calycibus rotundatis obtuſis, fol. linearibus acutiuſculis, caulibus declinatis. *Sp. pl. p. 1672.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 321.* M. Linum tenuifolium. *β. Sp. pl. 398.* Linum ſylueſtre caeruleum perenne, noſtras. *Rai. hiſt. 1073.*, procumbens, flore et capitulo minore. *Rai. angl. 3. p. 362.* Linum perenne minus caeruleum, capitulo minore. *Moriſ. hiſt. 3. p. 573. n. 4.* Linum ſylv. 5. anguſtifolium alterius generis. *Cluſ. hiſt. 1. p. 318. Planta tota laeuis: Caules teretes, inclinati, vt fere proſtrati, ſimplices. Folia adſcendentia. Flores caerulei, non parui.*

auſtriacum. 10. L. calycibus rotundatis obtuſis, fol. linearibus acutis rectiuſculis. *Mant. 359.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 418.* M. (*Petalis non crenatis differt a L. vſitatiſſimo.*)

virginianum. 11. L. calycibus acutis alternis, capſul. muticis, panicula filiformi, fol. alternis lanceolatis: radicalibus ouatis.

flauum. 12. L. calycibus ſubſerrato-ſcabris lanceolatis ſubſeſſilibus, panicula ramis dichotomis. *Mant. 360.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 214.* M. *Punctum vtrinque ad folia, vt in* L. campanulato.

ſtrictum. 13. L. calycibus ſubulatis, fol. lanceolatis ſtrictis mucronatis: margine ſcabris. (*Cal. foliola 2 maiora. Petala oblonga, obtuſa, flaua. Roth. Obſ. bot. in Röm. bot. Arch. p. 33.*)

ſuffruticoſum. 14. L. fol. linearibus acutis ſcabris, caul. ſuffruticoſis.

arboreum. 15. L. fol. cuneiformibus, caul. arboreſcentibus.

campanulatum. 16. L. foliorum baſi vtrinque punctata glanduloſa. (*Suffruticos. fol. linearia mucronata. Cor. flaua.*)

** *Foliis oppoſitis.*

africanum. 17. L. fol. oppoſitis lineari-lanceolatis, flor. terminalibus pedunculatis. *Mant. 360. Caulis ſuffruticoſus.*

ticoſus. (Pedunculi communes ſubdichotomi nonnunq. ita approximati, vt vmbellam mentiantur. Petala flaua, vngue luteo et inferne villoſulo. Iacq. coll. III. p. 118.)

nodiflorum. 18. L. fol. floriferis oppoſitis lanceolatis, flor. alternis ſeſſilibus, calycibus longitudine foliorum.

catharticum. 19. L. fol. oppoſitis ouato-lanceolatis, caule dichotomo, coroll. acutis. — *Fl. dan. t. 851. Flores ante antheſin penduli. (Curt. Fl. lond. ic.)*

Radiola. 20. L. foliis oppoſitis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Fl. dan. t. 178.* (Radiola Linoides. *Roth Fl. germ. p. 91. Ob defectum vnius in flore partis.)*

quadrifolium. 21. L. foliis quaternis.

verticillatum. 22. L. foliis verticillatis.

390. ALDROVANDA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 5-valuis, 1-locularis, 10-ſperma.

veſiculoſa. 1. ALDROVANDA. *Vtriculos gerit fere vt* Vtricularia, *ſed confertos.*

391. DROSERA. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locularis: apice 5-valuis. *Sem.* plurima.

acaulis. 1. D. flore radicali eſcapo ſolitario, foliis oblongis. *Suppl. p. 118.*

cuneifolia. 2. D. ſcapis radicatis, fol. cuneato-rotundis. *Suppl. p. 118.*

rotundifolia. 3. D. ſcap. radicatis, foliis orbiculatis. (*Fl. dan. t. 1028.*)

longifolia. 4. D. ſcap. radicatis, fol. ouali-oblongis. (*Fl. dan. t. 1093. Fol. obouato-lanceolatis in petiolum decurrentibus a priori modo differt. Roth. Germ. II. p. 373.*)

capenſis. 5. D. ſcap. radicatis, fol. lanceolatis ſubtus ſcabris. *Mant. 360.*

luſitanica. 6. D. ſcap. radicatis, fol. ſubulatis ſubtus conuexis. flor. decandris. *Mant. 360. Scapus foliis aliquot.*

ciſtiflora. 7. D. caule ſimplici folioſo, fol. lanceolatis. *Florum fundus alter. Stamina nigra, longitudine calycis. Antherae luteae, cordatae. Piſtillum nigrum: Germen ouatum, cui circum apicem, nec in ipſo apice, inſident Styli 5, nigri, longitudine corollae, apice dichotomi vsque in capillos.*

indica. 8. D. caule ramoſo folioſo, fol. linearibus.

1340.

1340. GISEKIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 5, approximatae, ſubrotundae, 1-ſpermae.

pharnacioides. 1. GISEKIA. *Mant.* 562. Kölreutera molluginoides. *Murr. in comm. gott.* 1772. *p.* 67. *t.* 2. *f.* 1.

392. CRASSVLA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Squamae* 5-nectariferae ad baſin germinis. *Capſ.* 5.

* *Fruteſcentes.*

coccinea. 1. C. fol. ouatis planis cartilagineo-ciliatis baſi connato-vaginantibus. *Mant.* 360. *Mill. illuſtr. ic.* M.

cymoſa. 2. C. fol. linearibus cartilagineo-ciliatis connato-vaginantibus, caule fruticoſo, cyma terminali. *Berg. cap.* 84. *Mant.* 222.

flaua. 3. C. fol. planis connato-perfoliatis laeuibus, flor. corymboſo-paniculatis. *Mant.* 60.

pruinoſa. 4. C. fol. ſubulatis pruinoſo-ſcabris, flor. corymboſis, caule fruticoſo. *Mant.* 60.

ſcabra. 5. C. fol. oppoſitis patentibus connatis ſcabris ciliatis, caul. retrorſum ſcabro.

perfoliata. 6. C. fol. lanceolato-ſubulatis ſeſſilibus connatis canaliculatis, ſubtus conuexis. *Mill. fig. t.* 108.

fruticuloſa. 7. C. oppoſitis ſubulatis acutis patentibus ſubrecurvatis, caul. fruticoſo. *Mant.* 61. *β.* Craſſula caffra. *Mant.* 222. *Folia foliis Iuniperi non maiora: ſenioribus recuruis. Caulis interdum radicans.*

tetragona. 8. C. fol. ſubulatis ſubincuruis obſolete tetragonis patentibus, caul. erecto arboreſcente radicante. *Caulis radicat fibris. Folia craſſitie pennae anſerinae, ſurſum leuiter arcuata. Mant.* 361.

ramoſa. 9. C. fol. connatis tereti-ſubulatis integris remotis, caule fruticoſo erecto ramoſo, corymbo compoſito. *Suppl. p.* 188. (Craſſula *ramoſa*, fol. ſubulatis ſupra planis connato-perfoliatis laeuibus patentiſſimis, pedunculis elongatis, flor. cymoſis. *Ait. Kew. I. p.* 390. Craſſula ramoſa. *Thunb. in Nov. act. nat. cur.* 6. *p.* 341.)

obuallata. 10. C. fol. oppoſitis ſublanceolatis cultratis approximatis. *Mant.* 61. *Flores omnino ſequentis.*

cultrata. 11. C. fol. oppoſitis obtuſe ouatis integerrimis ſubcultratis obliquis: paribus connatis remotis. *Flores non explicantur.* (*Dill. Elth. t.* 97.)

Cotyledon. 12. C. fol. ſubrotundis carnoſis ſupra punctatis, caule arboreo. — *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 295. t. 19.* M.

pinnata. 13. C. fol. pinnatis, caule arboreo. *Suppl. p. 191.*

** *Herbaceae.*

centauroides. 14. C. caule herbaceo brachiato, foliis cordatis ſeſſilibus, pedunculis vnifloris. *Mant. 361.*

dichotoma. 15. C. caul. herbaceo dichotomo, fol. ouato-lanceolatis, pedunc. vnifloris.

glomerata. 16. C. caul. herbaceo dichotomo ſcabro, fol. lanceolatis, floribus vltimis faſciculatis. *Mant. 60.* Craſſula ſcleranthoides. *Burm. prodr. 8.*

ſtrigoſa. 17. C. caul. herbaceo erecto dichotomo, fol. obovatis ſtrigoſis, pedunc. vnifloris.

muſcoſa. 18. C. caule herbaceo proſtrato, fol. oppoſitis ouatis gibbis imbricatis, flor. ſeſſilibus ſolitariis. *Excluſo Hermanni ſynonymo.* (C. *muſcoſa*, fol. connatis ouatis acutis integris quadrifariam imbricatis, flor. lateralibus. *Thunb. Prodr. p. 54.*)

ciliata. 19. C. fol. oppoſitis oualibus planiuſculis diſtinctis ciliatis, corymb. terminalibus.

punctata. 20. C. fol. oppoſitis ouatis punctatis ciliatis: inferioribus oblongis.

ſubulata. 21. C. fol. ſubulatis teretibus patentibus, caule herbaceo. *Mant. 360.* Spiraea capenſis comoſa, flore albo. *Pet. gaz. t. 89. f. 8.*

alternifolia. 22. C. fol. ſerrato-dentatis planis alternis, caule ſimpliciſſimo, flor. pendulis.

rubens. 23. C. fol. fuſiformibus ſubdepreſſis, cyma quadrifida folioſa, flor. ſeſſilibus, ſtaminibus reflexis. *Fl. dan. t. 82.* Sedum rubens. *Sp. plant. 619. deſcr. excluſis ſynonymis plerisque. Flores albi, ſubtus rubentes carina. Stamina 5, caeterum Sedo annuo ſimile ſtatura. (Synonymum: Fl. dan. etiam ſecundum Aitonium excludendum eſſet, et qui ſequentem huius ſpeciei exhibuit diagnoſin:* C. *rubens*, fol. ſparſis ſemicylindricis glabris, flor. lateralibus ſolitariis ſubſeſſilibus, ramis villoſis. *Hort. Kew. p. 397.*)

verticillaris. 24. C. caule herbaceo, fol. patentibus, flor. verticillatis ariſtatis. *Mant. 361. Syſt. nat. 3. p. 230.* Sedum annuum minimum ſtellatum rubrum. *Magn. monſp. 233. t. 237.* Tillaea erecta. *Hort. Vpſ. 24.* (*Magnolii ſynon. excluſo. Aiton.*)

nudicau-

nudicaulis. 25. C. fol. ſubulatis radicalibus, caule nudo.
orbicularis. 26. C. ſarmentis proliferis determinate folioſis, fol. patentiſſimis imbricatis. *Mant. 361.*
pellucida. 27. C. caule flaccido repente, fol. oppoſitis.
columnaris. 28. C. caule pollicari, fol. rotundis imbricatis, faſciculo ſubrotundo terminali. *Suppl. p. 191.*

—— † ——

barbata. 29. C. fol. connatis articulatis barbatis hemiſphaericis imbricatis, caule ſubrotundo, floribus verticillatis. *Suppl. p. 188.*
argentea. 30. C. fol. connatis ouatis integris argenteis, caule tecto, corymbo ſupradecompoſito. *Suppl. p. 188.*
veſtita. 31. C. fol. connatis deltoidibus obtuſis, caule tecto, flor. terminalibus capitatis. *Suppl. p. 188.*
corallina. 32. C. fol. connatis deltoidibus obtuſis, caule tecto, flor. vmbellatis. *Suppl. p. 188.*
retroflexa. 33. C. fol. connatis oblongis remotis planis, caule ſimplici, cyma compoſita, pedicellis retrofractis. *Suppl. p. 188.* (C. *retroflexa*, fol. connatis oblongis remotis planis, caule ſimplici, cyma compoſita, pedicellis retrofractis. *Thunb. in Nov. act. Nat. cur. 6. p. 338. et Pl. cap. prodr. p. 55.*)
deltoidea. 34. C. fol. connatis deltoidibus patulis acutis, caule tecto, flor. corymboſis. *Suppl. p. 189.*
cordata. 35. C. fol. petiolatis cordatis, caule folioſo, flor. terminalibus ſolitariis pedunculatis. *Suppl. p. 189.*
montana. 36. C. fol. connatis ouatis acutis ciliatis, caule ſubnudo, flor. aggregatis. *Suppl. p. 189.*
mollis. 37. C. fol. connatis tereti-triquetris glabris mollibus, caule ſimplici erecto, corymbo trichotomo ſupraue compoſito. *Suppl. p. 189.* (C. *mollis*, fol. ſemicylindricis acutis ſubtus gibbis laeuibus ſuberectis, cymis terminalib. compoſitis. *Ait. l. c. p. 391.*)
crenulata. 38. C. fol. connatis lanceolatis punctato-crenulatis, caule folioſo, corymbo decompoſito. *Suppl. p. 189.*
alpeſtris. 39. C. fol. connatis ouatis acutis quadrifariam imbricatis, capitulis pedunculatis, caule folioſo. *Suppl. p. 189.*

X 3 *pyrami-*

† *Inſcius, Craſſulae numeroſae nouae, in Supplemento ſignificatae, vtrum ad fruteſcentes an herbaceas referendae ſint, exceptis paucis, omnes et ſingulas iunctim huc colloco.* M.

pyramidalis. 40. C. fol. connatis ouatis obtuſis quadrifariam incumbentibus, capitulis ſeſſilibus. *Suppl. p. 189.*

ſpicata. 41. C. fol. connatis lineari ſubulatis, ſcapo ſubnudo, ſpica verticillata: verticillis inferioribus remotioribus. *Suppl. p. 189.*

turrita. 42. C. fol. connatis quadrifariam imbricatis ouato-oblongis acutis ciliatis. *Suppl. p. 189.*

rupeſtris. 43. C. fol. connatis ouatis integris glabris, corymbo ſupradecompoſito. *Suppl. p. 189.*

thyrſiflora. 44. C. fol. perfoliatis ouatis ciliatis patulis, corymbo compoſito attenuato. *Suppl. p. 190.*

capitella. 45. C. fol. connatis oblongis cartilagineo-ciliatis patulis, capitulis verticillatis. *Suppl. p. 190.* (racemo elongato: flor. faſciculatis ſubſeſſilibus. *Ait. l. c. p. 394.*)

pubeſcens. 46. C. fol. connatis ouatis acutis villoſis, caule ramoſo, flor. corymboſis. *Suppl. p. 190.*

cephalophora. 47. C. fol. connatis lineari-oblongis obtuſis integris, capitulis lateralibus pedunculatis. *Suppl. p. 190.*

tomentoſa. 48. C. villoſo-ſcabra, fol. connatis lanceolatis villoſis ciliatis, caule ſubnudo terminato ſpica verticiliata. *Suppl. p. 190.*

Cotyledonis. 49. C. fol. connatis oblongis tomentoſis ciliatis, caule ſubnudo, flor. corymboſis aggregatis. *Suppl. p. 190.* — *Diſtincta a* Craſſula Cotyledone *Iacq. ſupra ſignificata. Retineo tamen nomen terminatione diſcrepans, ne in alterutrum botanicum iniurius videar.* M.

tecta. 50. C. fol. connatis ouatis obtuſis cinereo-lamelloſis, ſcapo nudo, capitulo terminali. *Suppl. p. 190.*

perforata. 51. C. fol. oppoſito-perfoliatis ouatis, caule ſimplici, floribus pedunculato-ſubuerticillatis. *Suppl. p. 190.*

1255. MAHERNIA. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectaria* 5, obcordata, filamentis ſuppoſita. *Capſ.* 5-locularis.

verticillata. 1. M. foliis verticillatis linearibus. *Mant. 59.*

pinnata. 2. M. fol. tripartito-pinnatifidis. Hermannia pinnata. *Sp. pl. 943. Hermanniis affinis, ſed ob Nectaria nequeunt eodem charactere combinari.* (*Curtis bot. Mag. t. 277.*)

393.

393. SIBBALDIA. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5, calyci inſerta. *Styli* e latere germinis. *Sem.* 5.

procumbens. 1. S. foliolis tridentatis. *Fl. dan. t.* 32.

erecta. 2. S. foliolis linearibus multifidis.

altaica. 3. S. foliis tricuſpidatis, floribus ſingularibus. *Suppl. p.* 191.

POLYGYNIA.

394. MYOSVRVS. *Cal.* 5-phyllus, baſi adnatus. *Nectaria* 5, ſubulata, petaliformia. *Sem.* numeroſa. (*Recept.* longiſſimum.)

minimus. 1. MYOSVRVS. *Fl. dan. t.* 406. — *Mill. illuſtr. ic.* M. (*Cal. patens baſi porrectus. Petala, Nectaria L., ligulata cum ſtaminibus concolora nec non conformia, quorum vngues ſecundum Gaertner de fr. I. p.* 354. *poro nectarifero inſuper ſunt inſtructi.*)

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. Calyculati calyce corollaque inſtructi.*

* *Muſa.* (Cfr. Polygam. Monoec.) * *Chamaerops.* * *Corypha.* (Cfr. App.)

. . LICVALA. *Cor.* 3-partita. *Cal.* partitus. *Nectar.* ſertiforme. *Drupa* 1-locularis.

395. BROMELIA. *Cor.* 3-partita. *Cal.* 3-partitus, ſuperus. *Bacca.*

396. TILLANDSIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-partitus, inferus. *Sem.* pappoſa.

397. BVRMANNIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 1-phyllus, inferus, triquetro-alatus, coloratus.

. . LACHENALIA. *Cor.* 3-petala, receptaculo inſerta. *Cal.* ſub-triphyllus, inferus, coloratus.

398. TRADESCANTIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Filamenta* barbata.

440. BVRSERA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Capſ.* baccata, monoſperma.

445. FRANKENIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 1-phyllus, inferus. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

443. LORANTHVS. *Cor.* 6-partita. *Cal.* margo ſuperus. *Bacca* 1-ſperma.

444. HILLIA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-phyllus, ſuperus. *Fructus* 2-locularis, polyſpermus.

439. RICHARDIA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-fidus, ſuperus. *Sem.* 3-nuda.

442. BERBERIS. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Bacca* 2-ſperma.

423. LEONTICE. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Bacca* inflata.

441. PRINOS. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-fidus, inferus. *Bacca* 6-ſperma.

1384. DVROIA. *Cor.* 6-partita. *Cal.* cylindricus truncatus, ſuperus. *Pomum* hiſpidum.

1301.

1301. CANARINA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-phyllus, ſuperus. *Capſ.* 6-locularis.

. . NANDINA. *Cor.* 6-petala. *Cal.* polyphyllus, imbricatus.

438. ACHRAS. *Cor.* 12-fida. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Bacca* 12-ſperma.

* *Portlandia hexandra.* * *Lythra aliquot,* * *Fumaria Cucullaria.*

** *Fl. Spathacei. ſ. Glumacei.*

400. HAEMANTHVS. *Cor.* ſupera, 6-partita. *Inuolucrum* 6-phyllum, maximum.

402. LEVCOIVM. *Cor.* ſupera, 6-petala, campanulata. *Stam.* aequalia.

401. GALANTHVS. *Cor.* ſupera, 6-petala: Petalis 3 interioribus breuioribus, emarginatis.

403. NARCISSVS. *Cor.* ſupera, 6-petala. *Nectarium* campanulatum, extra ſtamina.

404. PANCRATIVM. *Cor.* ſupera, 6-petala. *Nectarium* campanulatum, ſtaminibus terminatum.

406. AMARYLLIS. *Cor.* ſupera, 6-petala, campanulata. *Stam.* inaequalia.

405. CRINVM. *Cor.* ſupera, 6-fida, baſi tubuloſa. *Stam.* diſtantia.

399. PONTEDERIA. *Cor.* infera, 6-fida, ringens.

407. BVLBOCODIVM. *Cor.* infera, 6-petala: vnguibus longiſſimis ſtaminiferis.

1300. TVLBAGIA. *Cor.* infera, 6-petala: tribus inferioribus. *Nectarium* cylindricum, extus petaliferum.

409. ALLIVM. *Cor.* infera, 6-petala. *Pet.* ouata, ſeſſilia.

408. APHYLLANTHES. *Cor.* infera, 6-petala. *Spathae* dimidiatae, glumoſae.

417. HYPOXIS. *Cor.* ſupera, 6-petala. *Spathae* glumaceae.

1383. EHRHARTA. *Cor.* infera, glumacea, duplex. Nectarium pateraeforme.

*** *Fl. nudi.*

432. ALSTROEMERIA. *Cor.* ſupera, 6-petala, vnguibus 2 tubuloſis.

590. GETHYLLIS. *Cor.* ſupera, 6-partita. *Bacca* clauata radicalis, 1-locularis.

433. HEMEROCALLIS. *Cor.* infera, 6-partita. *Stam.* declinata.

431. AGAVE. *Cor.* ſupera, 6-fida, limbo erecto, filamentis breuior.

430. ALOE. *Cor.* infera, 6-fida. *Filam.* receptaculo inſerta!

428. ALETRIS.	*Cor.* infera, 6-fida, rugoſa.
426. POLIANTHES.	*Cor.* infera, 6-fida: Tubo curuato.
425. CONVALLARIA.	*Cor.* infera, 6-fida. *Bacca* 3-ſperma.
427. HYACINTHVS.	*Cor.* infera, 6-fida. *Germinis* ad apicem pori 3 melliferi.
1382. PHORMIVM.	*Cor.* infera, 6-petala: *petalis* tribus exterioribus breuioribus.
421. ASPHODELVS.	*Cor.* infera, 6-partita: nectarii valuulis 6 ſtaminiferis.
422. ANTHERICVM.	*Cor.* infera, 6-petala, plana.
418. ORNITHOGALVM.	*Cor.* infera, 6-petala. *Filam.* alternis baſi dilatatis.
419. SCILLA,	*Cor.* infera, 6-petala, decidua. *Filam.* filiformia.
420. CYANELLA.	*Cor.* infera, 6-petala: petalis exterioribus propendentibus.
1256. DRACAENA.	*Cor.* infera, 6-petala. *Bacca* 3-ſperma.
. . POLLIA.	*Cor.* infera, 6-petala. *Bacca* polyſperma.
424. ASPARAGVS.	*Cor.* infera, 6-petala. *Bacca* 6-ſperma.
413. GLORIOSA.	*Cor.* infera, 6-petala, reflexa, caudata.
414. ERYTHRONIVM.	*Cor.* infera, 6-petala, reflexa petalis baſi 2 callis.
412. UVULARIA.	*Cor.* infera, 6-petala, baſi fouea nectarifera; erecta.
411. FRITILLARIA.	*Cor.* infera, 6-petala, baſi fouea nectarifera; ouata.
410. LILIVM.	*Cor.* infera, 6-petala: petalis baſi canaliculato-tubuloſis.
415. TVLIPA.	*Cor.* infera, 6-petala, campanulata. *Stylus* 0.
429. YVCCA.	*Cor.* infera, 6-petala, patens. *Stylus* 0.
416. ALBVCA.	*Cor.* infera, 6-petala. *Stamina* ſterilia 3. *Stigm.* cinctum cuſpidibus 3.
. . LINDERA.	*Cor.* infera, 6-petala. *Capſula.*
1381. MASSONIA.	*Nectarium* inferum. *Cor.* 6-petala, nectario inſerta.

**** *Fl. incompleti.*

435. ORONTIVM.	*Spadix* multiflorus. *Follic.* 1-ſpermus.
434. ACORVS.	*Spadix* multiflorus. *Capſ.* 3-locularis.
436. CALAMVS.	*Cal.* 6-phyllus. *Peric.* retrorſum imbricatum, 1-ſpermum.
437. IVNCVS.	*Cal.* 6-phyllus. *Capſ.* 1-locularis.
446. PEPLIS.	*Cal.* 12-fidus. *Capſ.* 2-locularis.

DIGY-

DIGYNIA.

1385. FALCKIA. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 1-petala. *Sem.* 4.
449. ATRAPHAXIS. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 2-petala. *Sem.* 1, compreſſum.
1386. GAHNIA. *Gluma* 2-valuis irregularis. *Nectar.* 2-value filamenta involuens. *Stigm.* dichotomum.
448. ORYZA. *Glum.* 1-flora. *Cor.* 2-glumis. *Sem.* 1, oblongum.

TRIGYNIA.

* *Fl. inferi.*

457. COLCHICVM. *Cal.* ſpatha. *Cor.* 6-petaloidea.
454. MELANTHIVM. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala: petalis ſtaminiferis.
455. MEDEOLA. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala. *Bacca* 3-cocca.
458. HELONIAS. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala. *Capſ.* 3-locularis.
456. TRILLIVM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* 3-locularis.
453. TRIGLOCHIN. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Capſ.* baſi dehiſcens.
451. RVMEX. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Sem.* 1, triquetrum.
452. SCHEVCHZERIA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 3, 1-ſpermae.
. . WVRMBEA. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma.

* *Fl ſuperi.*

450. FLAGELLARIA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Pericarp.* 1ſpermum.

TETRAGYNIA.

459. PETIVERIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Sem.* 1, ariſtis vncinatis.

POLYGYNIA.

460. ALISMA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Pericarp.* plura.

MONOGYNIA.

. . LICUALA. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-partita. *Nectarium* ſertiforme. *Drupa* 1-locularis. *Thunb. in act. ſtockh.* 1782. *p.* 284. *Diſſ. n. gen. pl. p.* 70. M.

ſpinoſa. 1. LICVALA. *Thunb. l. c. Rumph. herb. amb. vol. 1. p. 44. tab. 9.*

395. BROMELIA. *Cal.* 3-fidus, ſuperus, *Petala* 3: *Squama* nectarifera ad baſin petali. *Bacca* 3-locularis.

Ananas. 1. B. foliis ciliato-ſpinoſis mucronatis, ſpica comoſa. (*Trew. Ehret. t. 2.*)

Pinguin. 2. B. fol. ciliato-ſpinoſis mucronatis, racemo terminali. *Iacq. amer. 91. — Ed. 2. pict. p. 47.* M. *Trew. Ehr. t. 51. Pro ſepibus viuis, vt poſſent fere inde moenia fieri. Iacq. hiſt. 92.*

Karatas. 3. B. fol. erectis, floribus acaulibus ſeſſilibus aggregatis. *Iacq. amer. 90. hort. 31. 32. — Iacq. amer. pict. p. 47. t. 260. f. 24. quoad florem et fructum.* M. *Miraculum naturae pro conſeruatione fructus in maturitatem. Mant. 362. Stolones inter folia, peracto fructu, procumbentia ſubulato-filiformes, radicantes, propagantes plantam.*

lingulata. 4. B. fol. ſerrato-ſpinoſis obtuſis, ſpicis alternis.

nudicaulis. 5. B. fol. radicalibus dentato-ſpinoſis; caulinis integerrimis.

humilis. 6. B. ſubacaulis, floribus aggregatis ſeſſilibus, axillis ſtoloniferis. *Iacq. vind. 306.*

Acanga. 7. B. panicula diffuſa, fol. ciliato-ſpinoſis mucronatis recuruatis. *Sp. pl. p. 285.* Bromelia foliis ſpinoſis oblique recuruis, fructibus diſperſis racemoſis. *Hort. vpſ. 73.* Caraguata. *Piſ. braſ. 90. t. 91.* Mexocotl. ſ. Manguei. *Hern. mex. 272. Moriſ. hiſt. 2. ſ. 4. t. 22. f. 7. Diſtinguenda itaque a Br. Karatas.*

396. TILLANDSIA. *Cal.* 3-fidus, perſiſtens. *Cor.* 3-fida, campanulata. *Capſ.* 1-locularis. *Sem.* pappoſa.

vtriculata. 1. T. culmo paniculato. (*Fol. attenuatis baſi ventricoſis, ſpica compreſſa brachiata. Brown Iam. p. 194.*)

ſerrata.

ſerrata. 2. T. foliis ſuperne ſerrato-ſpinoſis, ſpica comoſa.

lingulata. 3. T. fol. lanceolato-lingulatis integerrimis baſi ventricoſis. *Iacq. amer. 92. t. 62. — Ed. 2. pict. p. 48. t. 92.* M. *Colligit etiam aquam.*

tenuifolia. 4. T. fol. filiformibus integerrimis, ſpica ſimplici laxa — *Iacq. amer. pict. p. 48. t. 93?* M. (*Synonym. Iacquini ad aliam ſpeciem: Tillandſia flexuoſa. Swarz Prodr. p. 56. pertinet.*)

paniculata. 5. T. fol. radicalibus breuiſſimis, caule ſubnudo, ram. ſubdiuiſis aſcendentibus.

polyſtachia. 6. T. culmo ſpicis imbricatis lateralibus. *Iacq. amer. pict. p. 49.?* M.

monoſtachia. 7. T. fol. linearibus canaliculatis reclinatis, culmo ſimplici imbricato, ſpica ſimplici.

recuruata. 8. T. fol. ſubulatis ſcabris reclinatis, culmis vnifloris, gluma biflora. (*Fol. filiformi-ſubulata ſubcanaliculata ſquamuloſa, apice recurua Sw.*)

vſneoides. 9. T. filiformis ramoſa intorta ſcabra.

397. BVRMANNIA. *Cal.* priſmaticus, coloratus, 3-fidus: angulis membranaceis. *Petala* 3. *Capſ.* 3-locularis, recta. *Sem.* minuta.

diſticha. 1. B. ſpica gemina.

biflora. 2. B. flore gemino.

. . LACHENALIA. *Cal.* ſubtriphyllus, inferus, coloratus. *Cor.* 3-petala, receptaculo inſerta. *Iacq. jun. in act. helv. vol. 9. tab. f. 3.* M.

tricolor. 1. LACHENALIA. *Iacq. icon. pl. rarior. tab. 3.* M. (*Huius generis plurimae ſpecies nunc ab ill. Iacquin in Collectaneis auſtriacis extant deſcriptae. Cfr. quoque Ait. Kew. 1. p. 460.*)

398. TRADESCANTIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Filamenta* villis articulatis. *Capſ.* 3-locularis.

virginica. 1. T. erecta laeuis, floribus congeſtis. *Stigma eſſe tubuloſum, Filamenta piloſa pilis articulatis, in genere obſeruetur.*

malabarica. 2. T. erecta laeuis, pedunculis ſolitariis longiſſimis.

neruoſa. 3. T. ſcapo vnifloro. *Mant. 223.*

geniculata. 4. T. procumbens hirſuta. Tradeſcantia caule geniculato, baſi repente. *Iacq. amer. 94. t. 64. — Ed. 2. picta p. 49. t. 95.* M.

axilla-

axillaris. 5. T. caule ramoſo, flor. ſeſſilibus lateralibus, *Mant. 321.* Commelina *axillaris*, corollis aequalibus, flor. ſeſſilibus, fol. linearibus. *Sp. pl. 62. Folia linearia. Flores ſolitarii. Calyx 3-partitus carinatus apicibus ciliatis: lacinia tertia planiuſcula. Corolla monopetala infundibuliformis. Tubus calyce duplo longior. Laciniae 3, patentes, breuiores, caeruleae. Stamina 6 pilis articulatis. Stylus clauatus. König.*

criſtata. 6. T. repens laeuis, ſpathis diphyllis imbricatis. Commelina criſtata. *Sp. pl. 64. — Iacq. hort. v. 2. t. 137.* M. *Radix annua. Caules teretes, laeues, ramoſi, diffuſi, repentes. Folia lanceolata, recuruata, laeuia, baſi vaginantia, vaginis ſtriatis. Spathae imbricatae, diphyllae, biflorae floribus ſeſſilibus, lunatae, ſex parium, ſecundae. Cal. corolla breuior. Petala 3, ouata, ſeſſilia, caerulea. Filamenta piloſa extus: pilis caeruleis articulatis. Stylus clauatus. Stigma tubuloſum, crenatum.*

papilionacea. 7. T. repens laeuis, ſpathis triphyllis imbricatis. *Mant. 61. 513. Burm. ind. 17. t. 7. f. 11. Simillima praecedenti.*

ſpecioſa. 8. T. foliis oppoſitis connatis. *Suppl. p. 192.* (Commelina *ſpecioſa*, caule flexuoſo-erecto, fol. amplexicaulib. lanceolatis, flor. glomeratis axillaribus. *Thunb. Prodr. p. 58.*)

399. PONTEDERIA. *Cor.* 1-petala, 6fida, bilabiata. *Stamina* 3 apici, 3, tubo corollae inſerta. *Capſ.* 3-locularis.

ouata. 1. P. foliis ouatis, floribus capitatis. (*Eſt proprium genus* Monandriae *claſſis*, Thaliae *proximum, et forte eius ſpecies. Swartz Obſ. bot. p. 123. Qui etiam l. c. characterem floris dedit.*)

rotundifolia. 2. P. fol. orbiculato-cordatis. *Suppl. p. 192.*

vaginalis. 3. P. fol. cordatis, racemo cernuo. *Mant. 222. Burm. ind. 80.* Plantaginis ſtellatae foliis, florum ſpica ex vtriculo caulis prodeunte. *Pluk. alm. 215. t. 215. f. 4.* Olus paluſtre. *Rumph. amb. 6. p. 178. t. 75. f. 1.*

cordata. 4. P. fol. cordatis, flor. ſpicatis. *Loefl. it. 54.*

haſtata.

haſtata. 5. P. fol. haſtatis, flor. umbellatis. *Huic germen ſuperum, ouatum. Corolla 6-petala. Carimgola. Rheed. mal. vol. 11. p. 91. t. 44.*

400. HAEMANTHVS. *Inuolucr.* 6-phyllum, multiflorum. *Cor.* 6-partita, ſupera. *Bacca* 3-locularis.

coccineus. 1. H. foliis linguiformibus planis laeuibus. (*Fol. bifaria humo adpreſſa. Cor. limbo patulo. Lin. fil., in Ait. hort. Kew. p. 413.*)

puniceus. 2. H. fol. lanceolato-ouatis vndulatis erectis. (*Fol. elliptica retuſa. Cor. limbo ſtaminibusque erectis. Lin. fil., l. c.*)

carinatus. 3. H. fol. linearibus carinatis.

pubeſcens. 4. H. fol. linguiformibus villoſis. *Suppl. p. 193.*

401. GALANTHVS. *Petala* 3, concaua. *Nectarium* ex petalis 3, paruis, emarginatis. *Stigma* ſimplex.

niualis. 1. GALANTHVS. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 313.* M.

402. LEVCOIVM. *Cor.* campaniformis, 6-partita, apicibus incraſſata. *Stigma* ſimplex.

vernum. 1. L. ſpatha vniflora, ſtylo clauato. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 312.* M.

aeſtiuum. 2. L. ſpatha multiflora, ſtylo clauato. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 203.* M.

autumnale. 3. L. ſpatha multiflora, ſtylo filiformi.

1300. TVLBAGIA. *Cor.* infundibulif. Limbo 6-fido. *Nectarium* coronans faucem, 3-phyllum: foliolis bifidis magnitudine limbi. *Capſ.* ſupera.

alliacea. 1. T. foliis ſubfiliformibus. *Suppl. p. 193.* (T. *alliacea*, nectario monophyllo, fol. enſiformibus, floribus cernuis. *Thunb. Pl. cap. p. 60.*) anguſtifolius: *Curt. bot. mag. t. 193.*)

cepacea. 2. T. fol. lanceolato-linearibus. *Suppl. p. 194.* Tulbagia capenſis. *Syſt. ed. 13. p. 262. Mant. 223. Iacq. hort. vol. 2. p. 52. t. 115.* (T. *cepacea*, nectario triphyllo, fol. linearibus, flor. erectis. *Thunb. l. c.*)

403. NARCISSVS. *Petala* 6, aequalia: *Nectario* infundibuliformi, 1-phyllo. *Stam.* intra nectarium.

pöeticus. 1. N. ſpatha vniflora, nectario rotato breuiſſimo ſcarioſo crenulato. (*Curt. bot. Mag. t. 193.*)

Pſeudo-Narciſſus. 2. N. ſpatha vniflora, nectario campanulato erecto criſpo, aequante petala ouata. (*Caute diſtinguendus*

guendus a ſequente ſpecie, cui affinis: Narc. *maior*, fol. ſubtortuoſis, ſpatha 1-flora, nect. campan. patulo criſpo petala aequante. *Curt. l. c. p. 51.*)

bicolor. 3. N. ſpatha vniflora, nectario campanulato, margine patulo criſpo aequante petala. (*Pet. alba. Nect. maius ſaturate luteum vndulatum. Sp. pl. 1. p. 415.*)

minor. 4. N. ſpatha vniflora, nectario obconico erecto criſpo ſexfido, aequante petala lanceolata. (*Curt. l. c. t. 6.*)

moſchatus. 5. N. ſpatha vniflora, nectario cylindrico truncato ſubrepando, aequante petala oblonga.

triandrus. 6. N. ſpatha ſubuniflora, nectario campanulato crenato dimidio petalis breuiore, ſtamin. ternis. (*Cfr. Curt. l. c. p. 78. Stam. 6 ab aliis quoque obſeruata.*)

orientalis. 7. N. ſpatha ſubbiflora, nectario campanulato trifido emarginato petalis triplo breuiore. *Mant. 62.*

trilobus. 8. N. ſpatha ſubmultiflora, nectario campanulato ſubtrifido integerrimo petalis dimidio breuiore. (*Rudb. Camp. elyſ. 2. p. 61. f. 3.*)

odorus. 9. N. ſpatha ſubbiflora, nectario campanulato ſexfido laeui dimidio petalis breuiore, fol. ſemicylindricis. (*Curt. l. c. t. 78. Petala ſulphurea.*)

calathinus. 10. N. ſpatha multiflora, nectario campanulato ſubaequante petala, fol. planis.

Tazetta. 11. N. ſpatha multiflora, nectario campanulato plicato truncato triplo breuiore petalis, fol. planis.

Bulbocodium. 12. N. ſpatha vniflora, nectar. turbinato petalis maiore, genitalibus declinatis. (*Curt. l. c. t. 88. Etiam in C. Paſſaei Horto florido huius ſpeciei et plurium aliarum inprimis bulboſarum plantarum nitida extat delineatio.*)

ſerotinus. 13. N. ſpatha vniflora, nectar. ſexpartito-breuiſſimo, fol. ſubulatis.

Ionquilla. 14. N. ſpatha multiflora, nectar. campanulato breui, fol. ſubulatis. (*Curt. l. c. t. 15. Spatha ſubbiflora.*)

404. PANCRATIVM *Petala* 6: *Nectario* 12 fido. *Stam.* nectario impoſita.

zeylanicum. 1. P. ſpatha vniflora, petalis reflexis.

mexicanum. 2. P. ſpatha biflora. (*Dill. elth. p. 299. t. 222.*)

caribaeum. 3. P. ſpatha multiflora, foliis lanceolatis.

mariti-

maritimum. 4. P. ſpatha multiflora, petalis planis, fol. lingulatis. *Petala lanceolata, ſubtus linea viridi: exteriora 3 apice introrſum vncinata: Nectarium angulis bipartitis, acuminatis, longitudine filamentorum, et diuaricatis ad latitudinem petalorum. Germina media vmbellae ſeſſilia. Stylus declinatus. Filamenta inflexa.* (*Salisbury de* Pancratiis *in Transact. of the Linnean Societ. II. p.70. t. 9.*)

declinatum. 5. P. ſpatha multiflora, ſcapo compreſſo ancipiti, corollae laciniis tubum ſubexcedentibus, fol. lingulatis. — *Iacq. amer. pict. t. 102.* M.

carolinianum. 6. P. ſpatha multiflora, fol. linearibus, ſtamin. nectarii longitudine.

illyricum. 7. P. ſpatha multiflora, fol. enſiformibus, ſtamin. nectario longioribus. *Folia Galanthi magnitudine.* (Pancratium *ſtellare*, fol. ſpathulaeformibus glaucis, corollae tubo 3-angulo: laciniis tubo longioribus, patentiſſimis lanceolatis, coronae (nectarii L.) ſinubus profunde bifidis in ſtellam patentiſſimis. *Salisb. l. c. p.74. t. 14. Quoad nectarii figuram et ſtaminum ſitum a congeneribus differt.*)

littorale. 8. P. ſpatha multiflora, ſcapo compreſſo ancipiti, corollae laciniis tubo duplo breuioribus, fol. enſiformibus. — *Iacq. ſtirp. amer. pict. t. 101.* M.

amboinenſe. 9. P. ſpatha multiflora, fol. ouatis neruoſis petiolatis. Narciſſus amboinenſis, folio latiſſimo rotundo, floribus niueis inodoris. *Comm. hort. 1. p.77. t. 39. Stamina in α petalis breuiora, in β longiora; hinc diſtincta Millero.*

1381. MASSONIA. *Nectarium* inferum. *Cor.* 6-petala nectario inſerta. *Suppl. p. 27. — Thunb. Diſſ. n. pl. gen. p. 39.* M. *)

latifolia. 1. M. foliis orbiculatis glabris. *Suppl. p. 193. — Thunb. l. c. p. 40.* M. (Laciniis corollae patulis *Ait. l. c. t. 3.*)

anguſtifolia. 2. M. fol. lanceolato-oblongis glabris. *Suppl. p. 193.* Maſſonia lanceolata *Thunb. l. c. p. 40.* M. (Laciniis corollae reflexis *Ait. t. 7.*)

vndulata.

---

*) Cor. *infera*: *limbo 6-partito.* Filam. *collo tubi impoſita.* Capſ. *3-alata, 3-locularis, polyſperma.* AIT. Kew. I. p. 705.)

vndulata. 3. M. fol. lanceolatis vndulatis glabris. *Thunb. l. c. p. 41.* M.

echinata. 4. M. fol. ouatis muricatis piloſis. *Suppl. p. 193.*

405. CRINVM. *Cor.* infundibulif. monopetala 6-partita: laciniis 5 alternis vncinatis. *Germen* fundo corollae tectum. *Stamina* diſtantia.

latifolium. 1. C. foliis ouato-lanceolatis acuminatis ſeſſilibus planis.

aſiaticum. 2. C. fol. carinatis. Amaryllis bulbiſperma. *Burm. prodr. 9.* Belutta pola taly. *Rheed. mal. 11. p. 75. t. 38. Rudb. elyſ. 2. t. 90. Folia bifaria equitantia. Corolla purpuraſcens marginibus albis. Stamina declinata.* (Corollae *laciniae rectae.* Capſ. *infera membranacea, inflata enaluis:* Bulbine aſiatica. *Gaertn. de fr. 1. p. 42.*)

zeylanicum. 3. C. fol. ſcabro-dentatis, ſcapo compreſſiuſculo. Amaryllis zeylanica. *Sp. pl. 321.*

Amaryllis ſpatha multiflora, corollis campanulatis aequalibus, ſcapo tereti ancipiti. *Mill. dict.*

Lilio-Narciſſus africanus, Scillae foliis, flore niueo linea purpurea ſtriato. *Ehret. pict. 5. f. 2. Trew. Ehret. t. 13.*

Lilio Narciſſus zeylanicus latifolius, flore niveo externe linea purpurea ſtriato. *Comm. hort. 1. p. 73. t. 37. Rudb. elyſ. 2. p. 181. f. 9.*

Habitat in India orientali.

Statura *Crini americani. Folia Scillae officinalis, carnoſa, margine denticulato-ſcabra. Spatha binaluis, praeter ramenta aliquot interiora. Germina ſeſſilia. Corollae tubus ſcapo concolor, rufeſcens. Limbus albus petalis lanceolatis, recuruis, ſubtus rubro-carinatis. Filamenta et Stylus ſanguinea.*

americanum. 4. C. corollarum apicibus introrſum vncinatis. (*Ambas Linnaeanas varietates vt diſtinctas ſpecies Aitonius concinnauit, nimirum α.* C. americanum, *quod a β.* C. erubeſcens *inprimis ſol. margine glaberrimis nec non flor. pedicellatis ſe distinguit.* Cfr. *Hort. Kew. I. p. 413.*)

africanum. 5. C. fol. ſublanceolatis planis, corollis obtuſis. (Mauhlia capenſis: Cor. *infera, 6-partita: limbo aequali.* Capſ. *3-locularis. Thunb. Fl. cap. pr. p. 60.*

p. 60. Agapanthus vmbellatus. *L'Herit. Sert. angl. p. 17. Flores* Hemerocallidis, *ſed ob ſpatham genus diſtinctum L'Her.*)

tenellum. 6. C. ſpatha multiflora, corollis aequalibus, foliis filiformibus. *Suppl. p. 194.*

obliquum. 7. C. fol. lanceolatis obliquis, laciniis corollae alternis extus glanduloſis. *Suppl. p. 195.* (Cyrthanthus obliquus. *Linn., fil., in Ait. hort. Kew. p. 414. cui quoque adnumeratur* C. anguſtifolium. *Propter* Cor. *tubuloſam clauatam, curuam, et* Filam. *conniuentia.*)

ſpecioſum. 8. C. fol. enſiformibus, corollis campanulatis tribus laciniis alternis calloſo-vnguiculatis. *Suppl. p. 195.*

lineare. 9. C. fol. linearibus, corollis campanulatis: laciniis duabus anguſtioribus. *Suppl. p. 195.*

anguſtifolium. 10. C. fol. linearibus obtuſis, corollis cylindricis: laciniis alternis interglanduloſis. *Suppl. p. 195.*

falcatum. 11. C. fol. linearibus falcatis, ad oras cartilagineis ſcabris. *Iacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 60.* M. (Haemanthus falcatus. *Thunb.*)

406. AMARYLLIS. *Cor.* 6-petala, campanulata. *Stigma* 3-fidum. *)

capenſis. 1. A. ſpatha vniflora remotiſſima, corolla aequali, ſtaminibus piſtilloque rectis. *Macula nigricans ad vngues petalorum. Burm.* (*Eſt eadem ac* Hypoxis ſtellata.)

lutea. 2. A. ſpatha vniflora, coroll. aequali, ſtamin. ſtrictis.

Atamaſco. 3. A. ſpatha vniflora, coroll. aequali, piſtillo declinato.

formoſiſſima. 4. A. ſpatha vniflora, coroll. inaequali, petalis tribus genitalibusque declinatis. *Raro biflora euadit.* (*Curt. bot. Mag. t. 47.*)

Belladonna. 5. A. ſpatha multiflora, coroll. campanulatis aequalibus, vngue reflexis, genitalibus declinatis. *Hill. Syſtem. 1. t. 1-5. — Mill. illuſtr. ic.* M. *Bulbus viridis. Scapus teres, ſubcompreſſus. Corolla regularis, campanulata, incarnata, fundo viridi-albicante.*

*) Cor. *6-petaloidea, irregularis.* Filam. *fauci tubi inſerta, declinata inaequalia proportione vel directione.* LINN., *fil., in* AIT. hort. Kew. I. *Vbi etiam omnium ſpecierum nouae differentiae praeſto ſunt. Hocce genus egregie quoque concinnauit* L'HERITIER *in* Serto anglico, p. 9.)

albicante. Petala 3 exteriora intus apice reuerſo. Pet. 3. interiora baſi ciliata. Stylus ruber.

reginae. 6. A. ſpatha multiflora, coroll. campanulatis aequalibus vndulatis: genitalibus declinatis. (*Mill. ic. p. 16. t. 24.*)

vndulata. 7. A. ſpatha multiflora, corollis patulis, petalis vndulatis mucronatis baſi dilatatis. *Iacq. Hort. v. 3. t. 13.* M. *Habitat ad Cap. b. ſpei* ♃. *Dav. Royen. Scapus cum vmbella magnitudine vmbellae cum pedunculo Geranii zonalis. Spatha profert circiter 12 flores purpureos petalis anguſto-lanceolatis, apice valde mucronatis; baſi ipſa ouata. Stamina declinata.* (*Hanc et ſequentes ſpecies, nr. 9. excepto, cum genere* Haemanthus *coniunxit Thunbergius in Pl. cap. pr. p. 58.*)

ſarnienſis. 8. A. ſpatha multiflora: coroll. reuolutis, genitalibus erectis.

longifolia. 9. A. ſpatha multiflora, coroll. campanulatis aequalibus, genitalibus declinatis, ſcapo compreſſo longitudine vmbellae. (Crinum longifolium. *Thunb.*)

diſticha. 10. A. ſpatha multiflora, corollis aequalibus campanulatis, fol. diſtichis incumbenti-patentibus. *Suppl. p. 195.*

ciliaris. 11. A. ſpatha multiflora, corolla ſexpartita reflexa, fol. ciliatis. *Suppl. p. 195.* Amaryllis ciliatis. *Spec. pl. ed. 2. p. 422.* Amaryllis guttata. *Syſt. ed. 13. p. 265.* Haemanthus ciliaris. *Syſt. ed. 13. p. 261.*

orientalis. 12. A. ſpatha multiflora, coroll. inaequalibus, foliis linguiformibus. Brunſuigia. *Heiſt. c. figur.*

407. BVLBOCODIVM. *Cor.* infundibulif. hexapetala: vnguibus anguſtis ſtaminiferis. *Capſ.* ſupera.

vernum. 1. B. foliis lanceolatis. (*Staminibus 6 a* Croco *et Stylo 1 a* Colchico, *cui affinius, differt. Curt. l. c. t. 153 Retz. Obſ. bot. 2. t. 1.*)

408. APHYLLANTHES. *Cor.* hexapetala. *Filamenta* fauci corollae inſerta. *Capſ.* ſupera. *Glumae* calycinae vniualues imbricatae.

monſpelienſis. 1. APHYLLANTHES. (*Moriſ. hiſt. v. 2. p. 564. ſect. 2. t. 25. f. 12.*)

409. ALLIVM. *Cor.* 6-partita, patens. *Spatha* multiflora. *Vmbella* congeſta. *Capſ.* ſupera.

* *Fol. caulina plana. Vmbella capſulifera.*

Ampeloprasſum. 1. A. caule planifolio vmbellifero, vmbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis, petalis carina ſcabris. *Excluſo Michelii ſynonymo.* (*Stam. cor. ſublongiora.*)

Porrum. 2. A. caule planifolio vmbellifero, ſtamin. tricuſpidatis, radice tunicata. (*Pet. carina ſcabra. Sp. pl. p. 423.*)

lineare. 3. A. caule planifolio vmbellifero, vmbell. globoſa, ſtam, tricuſpidatis corolla duplo longioribus. *Exclude C. Bauhini et Michelii ſynonyma.*

rotundum. 4. A. caule planifolio vmbellifero, ſtamin. tricuspidatis, vmbella ſubgloboſa, flor. lateralibus nutantibus.

Victorialis. 5. A. caule planifolio vmbellifero, vmbell. rotundata, ſtamin. lanceolatis corolla longioribus, fol. ellipticis. - *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 216.* M. (Allium radice oblonga, reticulo obducta. *Hall. Opuſc. p. 375. Fol. pro diuerſo loco natali variat in alpinis vix ſemuncem lata, in hortis breuiora ſed ad 3 et 4 vnc. lata. Hall.*

ſubhirſutum. 6. A. caule planifolio vmbellifero, fol. inferioribus hirſutis, ſtamin. ſubulatis. *Osbeck. it. 49.*

magicum. 7. A. caule planifolio vmbellifero, ramulo bulbifero, ſtamin. ſimplicibus.

obliquum. 8. A. caule planifolio vmbellifero, ſtamin. filiformibus flore triplo longioribus, fol. obliquis. (*Petala ouata concaua flaua: carina viridi. Sp. pl. I. p. 425.*)

ramoſum. 9. A. caule planifolio vmbellifero, ſtamin. ſubulatis longioribus, vmbella globoſa, fol. linearibus ſubconuexis. (*E medio caule ex ala folio oppoſito ramus nudus eſurgit longitudine caulis. Sp. pl. l. c.*)

roſeum. 10. A. caule planifolio vmbellifero, vmbella faſtigiata, petal. emarginatis, ſtamin. breuiſſimis ſimplicibus. Allium caule planifolio vmbellifero, vmbella faſtigiata, filamentis ſimplicibus baſi dilatatis. *Ger. prov. 150. Gouan. monſp. 166.* (*Flores magni rubro-ſtriati.*)

tataricum. 11. A. caule planifolio vmbellifero, fol. ſemicylindricis, ſtaminibus ſimplicibus, vmbella plana. *Suppl. p. 196.*

** *Fol. caulina plana. Vmbella bulbifera.*

ſatiuum. 12. A. caule planifolio bulbifero, bulbo compoſito, ſtamin. tricuſpidatis.

Scorodopraſum. 13. A. caule planifolio bulbifero, fol. crenulatis, vaginis ancipitibus, ſtamin. tricuſpidatis. *Excluſo Bauhini ſynonymo.*

arenarium. 14. A. caule planifolio bulbifero, vaginis teretibus, ſpatha mutica, ſtamin. tricuſpidatis. *Fl. dan. t. 290.* (*Caulis ante antheſin cernuus. Sp. pl. p. 426.*)

carinatum. 15. A. caule planifolio bulbifero, ſtamin. ſubulatis. *Spatha longiſſima.* (*Fol. linearia canalicul. vaginantia. Spathae foliola 2 longiſſ., vnica breuior.*)

*** *Folia caulina teretia. Vmbella capſulifera.*

ſphaerocephalon. 16. A. caule teretifolio vmbellifero, fol. ſemiteretibus, ſtamin. tricuſpidatis corolla longioribus. *Exclude Bauhini et Halleri ſynonyma.*)

paruiflorum. 17. A. caule ſubteretifolio vmbellifero, vmbell. globoſa, ſtamin. ſimplicibus corolla longioribus, ſpatha ſubulata.

deſcendens. 18. A. caule ſubteretifolio vmbellifero, pedunc. exterioribus breuioribus, ſtamin. tricuſpidatis. *Exclude Halleri ſynonymon.* (*Curt. bot. Mag. t. 251.*)

moſchatum. 19. A. caule teretifolio vmbellifero, vmbella faſtigiata ſubſexflora, petal. acutis, ſtamin. ſimplicibus, fol. ſetaceis.

flauum. 20. A. caule teretifolio vmbellifero, flor. pendulis, petal. ouatis, ſtamin. corolla longioribus. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 141.* M. *Mant. 363. Varietas A. moſchati. Gouan. Gerard. Folia non angulata.*

pallens. 21. A. caule ſubteretifolio vmbellifero, flor. pendulis truncatis, ſtamin. ſimplicibus corollam aequantibus. Allium montanum bicorne, flore obſoletiore. *Bauh. pin. 75. Folia heptagona.*

paniculatum. 22. A. caule ſubteretifolio vmbellifero, pedunc. capillaribus effuſis, ſtamin. ſubulatis, ſpatha longiſſima. *Cum praecedente coniungit Gerard.* (Allium fol. teretibus, vagina bicorni, vmbella pendula ſuaue purpurea. *Hall. l. c. p. 386.*)

vineale.

vineale. 23. A. caule teretifolio bulbifero, ſtamin. tricuſpidatis. (*Capitulum ovatum bulbis acuminatis recuruis, ſaepe in longiora acumina crinitis. Sp. pl. p. 429.*)

oleraceum. 24. A. caule teretifolio bulbifero, fol. ſcabris ſemiteretibus ſubtus ſulcatis, ſtamin. ſimplicibus. *Folia fiſtuloſa.*

Pallaſii. 25. A. caule ſubteretifolio vmbellifero vmbella difformi, ſtaminibus ſimplicibus corollam aequantibus, ſtylo breuiſſimo. *Murr. in comm. gott. 1775. p. 32. t. 3.* M.

**** *Folia radicalia. Scapus nudus.*

nutans. 26. A. ſcapo nudo ancipiti, fol. linearibus planis, ſtamin. tricuſpidatis. *Staminum dentes in antiquo obliterantur.* (*Valde variabile dicitur.*)

aſcalonicum. 27. A. ſcapo nudo tereti, fol. ſubulatis, vmbella globoſa, ſtamin. tricuſpidatis. (*Petala caerulea: carina obſcuriore. Stam. alterna latiſſima. Stigm. obtuſum. Sp. pl.*)

ſeneſcens. 28. A. ſcapo nudo ancipiti, fol. linearibus ſubtus conuexis laeuibus, vmbella ſubrotunda, ſtamin. ſubulatis. (*Pet. erecta diſtantia canaliculata inflexa. l. c.*)

odorum. 29. A. ſcapo nudo teretiuſculo, fol. linearibus canaliculatis ſubtus angulatis, vmbella faſtigiata. *Mant. 62.*

anguloſum. 30. A. ſcapo nudo ancipiti, fol. linearibus canaliculatis ſubtus ſubangulatis, vmbella faſtigiata. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 423.* M. (*Pet. interiora apice patentia: omnia laterib. conniuentia. l. c.*)

nigrum. 31. A. ſcapo nudo tereti, fol. linearibus, vmbella hemiſphaerica, petalis erectis, ſpatha mucronata bifida. *Folia radicalia, plana, quaterna, lanceolato-linearia. Germen fuſcum. Petala alba. Folia pollicem lata.*

canadenſe. 32. A. ſcapo nudo tereti, fol. linearibus, capitulo bulbifero. Allium bulbiferum virginianum. *Boerh. lugdb. 2. p. 146.* (*Floſc. pauci pedicel. albidi.*)

vrſinum. 33. A. ſcapo nudo triquetro, fol. lanceolatis petiolatis, vmbella faſtigiata. — *Fl. dan. t. 757.* M.

triquetrum. 34. A. ſcapo nudo, foliiſque triquetris, ſtamin. ſimplicibus. *Sp. pl. 1680.*

Cepa. 35. A. ſcapo nudo inferne ventricoſo longiore foliis teretibus.

Moly. 36. A. ſcapo nudo ſubcylindrico, fol. lanceolatis ſeſſilibus, vmbella faſtigiata. (*Pet. patent. flaua.*)

multibulboſum. 37. A. ſcapo nudo tereti, fol. lanceolato-elongatis, ſeſſilibus, vmbella faſtigiata, petalis omnibus patentiſſimis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 1. t. 10.* M. (*Eandem cum* Allio nigro *eſſe ſpeciem, omnes fere conſentiunt.*)

fiſtuloſum. 38. A. ſcapo nudo adaequante folia teretia ventricoſa.

Schoenopraſum. 39. A. ſcapo nudo adaequante folia teretia ſubulato-filiformia. – Varietas β, maior. *Murr. in comm. gott. 1775. p. 33. t. 4.* M.

ſibiricum. 40. A. ſcapo nudo tereti, fol. ſemicylindricis, ſtam. ſubulatis. *Mant. 562.*

tenuiſſimum. 41. A. ſcapo nudo tereti inani, fol. ſubulatis filiformibus, capitul. laxis paucifloris. (*Gmel. Flor. ſibir. I. t. 15. f. 2. 3.*)

Chamae-Moly. 42. A. ſcapo nudo ſubnullo, capſ. cernuis, fol. planis ciliatis. *Saturnia Marati.*

410. LILIVM.

Cor. 6-petala, campanulata: *linea* longitudinali nectarifera. *Capſ.* valuulis pilo cancellato connexis.

candidum. 1. L. foliis ſparſis, corollis campanulatis: intus glabris. (*Curt. bot. Mag. t. 278.*

bulbiferum. 2. L. fol. ſparſis, coroll. campanulatis erectis: intus ſcabris. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 226.* M.

pomponium. 3. L. fol. ſparſis ſubulatis, floribus reflexis, corollis reuolutis.

chalcedonicum. 4. L. fol. ſparſis lanceolatis, flor. reflexis, coroll. revolutis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 20.* M. (Flor. ſubracemoſis, fol. erectis margine glanduloſis. *Schkuhr Handl. I. p. 275. t. 91.*)

ſuperbum. 5. L. fol. ſparſis lanceolatis, flor. reflexis ramoſo-pyramidatis, coroll. reuolutis.

iaponicum. 6. L. fol. ſparſis lanceolatis, coroll. cernuis ſubcampanulatis. *Thunb. iapon. p. 133.* M.

Martagon. 7. L. fol. verticillatis, flor. reflexis, coroll. reuolutis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 351.* M.

canadenſe. 8. L. fol. verticillatis, flor. reflexis, coroll. reuoluto-campanulatis. *Mant. 364. Petala punctis atris.*

camſchatcenſe. 9. L. fol. verticillatis, flor. erecto, coroll. campanulata, petalis ſeſſilibus.

philadel-

philadelphicum. 10. L. fol. verticillatis, flor. erectis, coroll. campanulata, petalis vnguiculatis. *Cateſb. carol. 2. p. 58. t. 58.*

411. FRITILLARIA. *Cor.* 6-petala campanulata, ſupra vngues cauitate nectarifera. *Stam.* longitudine corollae.

imperialis. 1. F. racemo comoſo inferne nudo, foliis integerrimis. (*Curt. bot. Mag. t. 194.*)

regia. 2. F. racemo comoſo inferne nudo, fol. crenatis.*)

nana. 3. F. racemo comoſo, fol. bifariis amplexicaulibus lanceolatis. *Burm. prodr. 9.*

perſica. 4. F. racemo nudiuſculo, fol. obliquis. (*Flores erecti? Cfr. Schkuhr l. c. p. 279.*)

pyrenaica. 5. F. fol. infimis oppoſitis, floribus nonnullis folio interiectis. (*Reliquiae Rudbeck. ſ. Camp. elyſ. cura Smith. 33.*)

Meleagris. 6. F. fol. omnibus alternis, caule vnifloro. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 32.* M. (*Caul. ſubinde 2-florus.*)

412. UVULARIA. *Cor.* 6-petala, erecta: *Nectarii* fouea baſeos petali. *Filamenta* breuiſſima.

amplexifolia. 1. U. foliis amplexicaulibus — mollibus, caule glabro M. *Corollae Medeolae aſparagoidis.* (*Auctorum deſcriptiones de hacce ſpecie, vlterius hinc examinanda, diſſentiunt.*)

hirta. 2. U. fol. amplexicaulibus hirtis, caule villoſo. *Thunb. iapon. p. 136.* M.

perfoliata. 3. U. fol. perfoliatis, (ouatis *Ait. Kew. p. 434., quo ab* U. lanceolata *Ait. differt.*)

ſeſſilifolia. 4. U. fol. ſeſſilibus, — absque cirrhis. M.

cirrhoſa. 5. U. fol. ſeſſilibus cirrhoſis. *Thunb. iap. p. 136.* M.

413. GLORIOSA. *Cor.* 6-petala, vndulata, reflexa. *Stylus* obliquus. (*Capſ.* compoſita 3-loba. *Sem.* baccata *Gaertn.*)

*) *Ex hac nec non ſequente ſpecie peculiare confecit genus* L'HERITIER, (*Sert. angl. p. 17.*) *ſequente nomine, nec non charactere diſtinctum:* EVCOMIS, Cor. *infera 6-partita perſiſtens patens.* Filam. *baſi in nectarium adnatum connata. Huic adnumerata eſt* Euconis punctata *cum* E. regia *ceteroquin commixta, a qua vero ſcapo longiore angulato maculisque variegato diuerſa.*)

ſuperba. 1. G. foliis cirrhiferis. *Mant. 364.* (*Schneevoogt Icon. pl. rar. t. 25.*)

ſimplex. 2. G. fol. acuminatis. *Mant. 62.* †

414. ERYTHRONIVM. *Cor.* 6-petala, campanulata: *Nectario* tuberculis 2 petalorum alternorum baſi adnatis,

Dens canis. 1. ERYTHRONIVM. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 9.* M. (*Curt. bot. Mag. t. 5. Fol. ouata fuſco-maculata.*)

415. TVLIPA. *Cor.* 6-petala, campanulata. *Stylus* nullus. (*Capſ.* ſupera, 3-locularis. *Gaertn.*)

ſylueſtris. 1. T. flore ſubnutante, foliis lanceolatis. *Fl. dan. t. 375.* (*Sowerby engl. bot. t. 63. Stam. baſi hirſutis et ſtigmate ſimplici, nec non flore nutante a ſequente diuerſa.*)

geſneriana. 2. T. flore erecto, fol. ouato-lanceolatis. (*Inde nomen accepit, quod* C. Geſner *primus e Cappadocia accepit et vulgauit. Linn. Prael. ed. p. 288.*)

breyniana. 3. T. caule multifloro polyphyllo, fol. linearibus.

biflora. 4. T. floribus erectis planiuſculis, caule diphyllo bi- ſ. trifloro, fol. lineari-ſubulatis. *Suppl. p. 196.*

416. ALBVCA. *Cor.* 6-petala: interioribus difformibus. *Stam.* 6: tribus caſtratis. *Stigma* cinctum cuſpidibus tribus. (*Cor.* infera: petal. exterioribus patulis, interiorib. conniuentibus. *Styl.* 3-queter. *Dryander.*)

maior. 1. A. foliis lanceolatis. *Berg. cap. 87.* (petalis interiorib. apice glanduloſis inflexis. *Dryand.* De Albuca *in Act. nov. Suec. V. p. 293.*)

minor. 2. A. fol. ſubulatis, (canaliculatis; pet. interiorib. apice glandul. inflexis. *Dr.*)

ſpiralis. 3. A. fol. ſpiralibus, floribus nutantibus. *Suppl. p. 196.* (*Thunb. Act. ſtockh. 1786. t. 2. f. 1. Iacq. Coll. V. p. 101.*)

viſcoſa. 4. A. fol. linearibus villoſo-viſcoſis, flor. erectis. *Suppl. p. 196.* (*Iacq. Coll. V. p. 99.*)

abyſſinica. 5. A. fol. linearibus canaliculatis glabris. *Iacq. in Litt. Icon. rar.* M. (*Bracteis flore longioribus.*)

417. HYPOXIS. *Cor.* 6-partita, perſiſtens, ſupera. *Capſ.* baſi anguſtior. *Cal.* gluma 2-valuis.

erecta. 1. H. piloſa, capſulis ouatis. *Folia Caricis ſ. Iunci piloſi. Scapus foliis breuior, erectus, piloſus. Bracteae 2 ſubulatae erectae, inter quas flos 1 ſ. 2, ſeſſilis, longitudine bractearum.*

decumbens. 2. H. piloſa, capſ. clauatis.

faſcicularis. 3. H. tubis florum longiſſimis.

ſeſſilis. 4. H. piloſa acaulis, fructificationibus ſubradicalibus.

ſpicata. 5. H. erecta, fol. enſiformibus ſulcatis glabris, floribus ſpicatis. *Thunb. iapon. p. 136.* M. (Poſt vlterius ab ill. auctore inſtitutum examen nunc audit: Aletris *farinoſa*, erecta, fol. linearibus falcatis glabris, floribus ſpicatis. *Thunb. in Transact. of the Lin. Soc. II. p. 334.*)

plicata. 6. H. ſcapo vnifloro triquetro, ſol. lanceolatis plicatis villoſis. *Suppl. p. 197.*

ſtellata. 7. H. ſcapo vnifloro, fol. linearibus ſtriatis, petalis maculatis. *Suppl. p. 197.* (Hyp. *ſtellata*, fol. planis integris glabris, ſcapis ſimplicibus vnifloris, petalis baſi fuſco-maculatis. *Thunb. Prodr. p. 60. Iacq. Collect. IV. p. 133. Ic. pl. rar.*)

minuta. 8. H. fol. triquetris carnoſis glabris, ſcapis bifidis. *Suppl. p. 197.* Helonias minuta *Mant. 225. Syſt. ed. 13. p. 288.*

aquatica. 9. H. fol. linearibus, ſcapis vmbelliferis ſ. vnifloris. *Suppl. p. 197.*

ſerrata. 10. H. fol. canaliculatis glabris ciliato-ſerratis, ſcapis vnifloris. *Suppl. p. 197.*

ouata. 11. H. fol. ouato-lanceolatis integris glabris, ſcapis vnifloris. *Suppl. p. 197.*

villoſa. 12. H. fol. lineari-enſiformibus villoſis, ſtigmate ſimplici trigono acuto. *Suppl. p. 198.*

alba. 13. H. fol. teretibus glabris, ſcapis ſubbifidis, petalis immaculatis. *Suppl. p. 198.* (*Pet. patentiſſima alba: 3 exteriora foris virentia. Iacq. Coll. 4. p. 135.*)

1383. EHRHARTA. *Cor.* infera glumacea, duplex. *Nectarium* pateriforme. *Thunb. Diſſ. nov. gen. pl. p.* 16. Conf. *Suppl. p.* 28.

capenſis. EHRHARTA. *Thunb. act. ſtockholm. 1779. p. 216. t. 8. Suppl. p. 209.*

418.

418. ORNITHOGALVM. *Cor.* 6-petala, erecta, perſiſtens, ſupra medium patens. *Filamenta* alterna baſi dilatata.

* *Staminibus omnibus ſubulatis.*

vniflorum. 1. O. ſcapo diphyllo, pedunculo vnifloro. *Mant. 62.*

luteum. 2. O. ſcapo anguloſo diphyllo, pedunc. vmbellatis ſimplicibus. *Fl. dan. t. 378.* (Ornithogalum *pratenſe*, ſcapo polyphyllo, pedunculis ſimplicibus triquetris glabris *in Bot. Annal. St. XI. t. 2. p. 8. Ab hoc diſtinguendum* Ornithog. ſyluaticum *l. c. t. 1. f. 1., quod maius et tantum 2 bracteis ſub pedicellis inſtructum.*)

minimum. 3. O. ſcapo angulato diphyllo, pedunc. vmbellatis ramoſis. — *Fl. dan. t. 612.* M. *Simillimum praecedenti, ſed Petala acutiora.* (Ornith. *arvenſe*, ſcapo polyphyllo, pedunculis ramoſis teretibus ſubtomentoſis. *l. c. t. 1. f. 2.*)

pyrenaicum. 4. O. racemo longiſſimo, filamentis lanceolatis, pedunc. floriferis patentibus aequalibus; fructiferis ſcapo approximatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 103.* M. (*Ex hac ſpecie duas confecit b. Aitonius, genuinam Linnaeanam, excluſis Halleri et Cluſii ſynonymis, denominans*: O. *Stachyodes*, racemo longiſſimo, petalis lanceolato-oblongis, filam. late lanceolatis; alternis dimidio-breuioribus; *quod ſe diſtinguit ab:* O. *pyrenaicum Iacq. et Hudſ. angl. p. 143.* racemo longiſſimo, petalis linearibus obtuſis, filam. lanceolatis aequalibus, ſtylo longitudine ſtaminum. *Hort. Kew. I. p. 441.*)

narbonenſe. 5. O. racemo oblongo, filam. lanceolatis membranaceis, pedunc. floribus patentibus. *Minus quam O. pyrenaicum. Pro varietate habent Gerard; Mygind.*

latifolium. 6. O. racemo longiſſimo, fol. lanceolato-enſiformibus. Conf. *Suppl. p. 200.*

longibracteatum. 7. O. racemo longiſſimo, bracteis pedunculis fere duplo longioribus, fol. lanceolato enſiformibus. *Iacq. in Litt. Hort. t. 29.* M.

comoſum. 8. O. racemo breuiſſimo, bracteis lanceolatis longitudine florum, petalis obtuſis, filam. ſubulatis.

pyrami-

pyramidale. 9. O. racemo conico, floribus numeroſis adſcendentibus. (*Pet. elliptico-oblonga plana. Styl. breuiſſimus. Ait.*)

** *Staminibus alternis emarginatis.*

arabicum. 10. O. flor corymboſis, pedunc. ſcapo humilioribus, filam. ſubemarginatis. *Bracteae amplexicaules, cordatae.* (*Cor. campanulata: pet. exteriora ſubtridentata. Ait. Filam. omnia libera: 3 alterna lanceolata; 3 alterna latiora ſubtrifida Roth. bot. Abhandl. p. 62.*)

thyrſoides. 11. O. floribus racemoſis confertiſſimis, filamentis emarginatis. *Iacq. in Litt. Hort. t. 28.* M.

vmbellatum. 12. O. flor. corymboſis, pedunc. ſcapo altioribus, filam. baſi dilatatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 343.* M. Stercus columbinum *Bibliis.*

nutans. 13. O. flor ſecundis pendulis, nectario ſtamineo campaniformi. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 301.* M.

capenſe. 14. O. fol. cordato-ouatis. (Erioſpermum latifolium. *Iacq. Coll. vol. V. Ob. petala conniuentia. Semina vndique pappo lanato obducta.*

—— —— †

crenulatum. 15. O. fol. oblongis obtuſis ciliatis, flor. racemoſis erectis. *Suppl. p. 198.*

rupeſtre. 16. O. fol. filiformibus carnoſis, ſcapo paucifloro. *Suppl. p. 199.*

ciliatum. 17. O. fol. ouatis acutis ciliatis, floribus racemoſis. *Suppl. p. 199.*

altiſſimum. 18. O. fol. oblongis obtuſis glabris, racemo quadripedali. *Suppl. p. 199.*

piloſum. 19. O. fol. lineari-enſiformibus ciliatis, flor. racemoſis, pedunculis incuruis. *Suppl. p. 199.*

bulbiferum. 20. O. bulbis axillaribus, caule polyphyllo, vnifloro. *Suppl. p. 199.* Ornithogalum bulbiferum. *Pall. it. vol. 2. p. 736. t. q.*

circinatum. 21. O. hirſutie caneſcens, fol. linearibus recuruatis canaliculatis: radicali ſolitario; caulinis tribus, caule tri-ſ. quadrifloro. *Suppl. p. 199.* Ornithogalum reticulatum. *Pall. it. v. 3. p. 727. t. D. f. 2.*

iaponicum. 22. O. racemo ſpicato cylindrico longiſſimo, ſcapo ſtriato. *Thunb. iap. p. 137.* M.

419.

† *Ne in collocandis hiſce ſpeciebus vitium committerem, quum in earum deſcriptionibus ſtaminum nulla ratio habita ſit, omnes ſpecies nouas vna complexus ſum.* M.

419. SCILLA. *Cor.* 6-petala, patens, decidua. *Filamenta* filiformia.

maritima. 1. S. nudiflora, bracteis refractis.

Lilio-hyacinthus. 2. S. radice ſquamata.

italica. 3. S. racemo conico oblongo. *Mant.* 364.

peruuiana. 4. S. corymbo conferto conico. (*Patala marginibus recuruata. Sp. pl. p.* 442.)

amoena. 5. S. floribus lateralibus alternis ſubnutantibus, ſcapo angulato. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 218. M. *Germen flauum. Petalorum baſis lineolis* 2 *albidis.*

bifolia. 6. S. flor. erectiuſculis paucioribus. *Fl. dan. t.* 568. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 117. M. (Scilla *bifolia*, flor. racemoſis, fol. lanceolato-linearibus ſubbinis in ſcapo eleuatis. *Ait. Kew.* 1. *p.* 444.)

luſitanica. 7. S. racemo oblongo conico, petalis lineatis. Hyacinthus ſtellaris caeruleus, ſtaminibus e viridi luteis. *Bauh. pin.* 46. *Rud. elyſ.* 2. *p.* 34. *f.* 4. *Habitat in Luſitania. Similis Sc. amoenae. Scapus teres. Racemus oblongus, ſubconicus. Floribus diſtantibus, petiolo fere breuioribus. Petala elliptica, obtuſiuſcula, ſulcato-lineata, patentia. Stamina petalis paulo breuiora: Antheris flauis.*

hyacinthoides. 8. S. racemo longiſſimo, floribus ſubuerticillatis, pedunculis patentibus. *Suppl. p.* 201. *Scilla hyacinthoides;* racemo longiſſimo, floribus pedunculo colorato breuioribus. *Syſt. ed.* 13. *p.* 272. *Gouan.* Ornithogalum eriophorum orientale. *Tournef. cor. Flores caerulei, numeroſi, parui. Pedicelli ſparſi, filiformes, caerulei, floribus triplo longiores.*

autumnalis. 9. S. fol. filiformibus linearibus, flor. corymboſis, pedunc. nudis adſcendentibus longitudine floris. *Corolla magnitudine piſi, longitudine pedicelli.* (*Curt. Fl. lond. ic.*)

vnifolia. 10. S. folio teretiuſculo, latere ſubſpicato. Ornithogalum ſpicatum vnifolium, flore niueo odorato. *Griſl. luſit.*

tetraphylla. 11. S. acaulis, floribus faſciculatis, fol. quaternis ouato-lanceolatis. *Suppl. p.* 200.

iaponica.

iaponica. 12. S. florum vmbella terminali faſtigiata. *Thunb. iap. p. 137.* M.

420. CYANELLA. *Cor.* hexapetala: petalis 3 inferioribus propendentibus. *Stamen* infimum declinatum, longius.

lutea. 1. C. foliis enſiformibus, ramis erectis. *Suppl. p. 201.*

capenſis. 2. C. fol. vndulatis, ramis patentiſſimis. *Suppl. p. 201.* Cyanella capenſis. *Syſt. ed. 13. p. 272.* — *Iacq. hort. v. 3. t. 35.* M.

alba. 3. C. fol. lineari-filiformibus. *Supp. p. 201.*

421. ASPHODELVS. *Cor.* 6-partita. *Nectarium* ex valvulis 6 germen tegentibus.

luteus. 1. A. caule folioſo, fol. triquetris ſtriatis. *Iacq. hort. t. 77. Bracteae membranaceae albae maiuſculae.*

ramoſus. 2. A. caule nudo, fol. enſiformibus carinatis laevibus. — Aſphodelus ramoſus. *Murr. in comm. gott. 1776. p. 37. t. 7.* M.

fiſtuloſus. 3. A. caule nudo, fol. ſtrictis ſubulatis ſtriatis ſubfiſtuloſis.

422. ANTHERICVM. *Cor.* 6-petala, patens. *Capſ.* ouata.

* Phalangium *foliis canaliculatis. Filamentis ſaepius glabris.*

ſerotinum. 1. A. foliis planiuſculis, ſcapo vnifloro. *Mant. 365.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 38.* M.

graecum. 2. A. fol. planis, ſcapo ſimplici, flor. corymboſis, filamentis lanatis.

planifolium. 3. A. fol. planis, ſcapo filamentisque lanatis. *Mant. 224.*

reuolutum. 4. A. fol. trigonis ſcabris, ſcapo ramoſo, coroll. reuolutis. Phalangium aethiopicum ramoſum, floribus albis, petalis reflexis. *Commel. hort. 1. p. 67. t. 34. Murr. Fl. Goett. 214.*

ramoſum. 5. A. fol. planis, ſcapo ramoſo, coroll. planis, piſtillo recto. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 161.* M. Horologium florae. *Act. bernenſ. 1766. t. 6.* (A. *ramoſum*, fol. lineari-ſubulatis planis, ſcapo ramoſo, pedunculis ſolitariis, corol. planis, piſtillo recto *Ait. Kew. I. p. 447. Fol. planis pedunculis*

dunculis aggregatis. Anthericum elatum. *Mill. ic. p. 38. t. 56. ab hac Aitonius diſtinguit.*)

Liliago. 6. A. fol. planis, ſcapo ſimpliciſſimo, coroll. planis, piſtillo declinato. *Iacq. hort. 83. — Fl. dan. t. 616.* M. *Diſtincta ſpecies a praecedente.* (*Scapus ſurſum anceps. Differt ſtaminibus 6-7.*)

Liliaſtrum. 7. A. fol. planis, ſcapo ſimpliciſſimo, coroll. campanulatis, ſtamin. declinatis. *Corollae Lilii candidi.*

ſpirale. 8. A. ſcapo ſpirali. *Mant. 224. Planta aphylla.*

** Bulbine *foliis carnoſis. Filamentis barbatis.*

fruteſcens. 9. A. fol. carnoſis teretibus, caule fruticoſo.

alooides. 10. A. fol. carnoſis ſubulatis planiuſculis.

aſphodeloides. 11. A. fol. carnoſis ſubulatis ſemiteretibus ſtrictis. — *Iacq. hort. v. 2. t. 181.* M.

annuum. 12. A. fol. carnoſis ſubulatis teretiuſculis, ſcapo ſubracemoſo.

hiſpidum. 13. A. fol. carnoſis compreſſis hiſpidis. (*Iacq. Ic. rar. pl. t. 409.*)

*** Narthecium *foliis enſiformibus.*

oſſifragum. 14. A. fol. enſiformibus, filamentis lanatis. *Fl. dan. t. 42.* (Narthecium oſſifragum. *Hudſ. Capſ. lanceolato, ſubulata, 6-angular., 3-locularis. Semina numeroſa: ſingulum in medio fili proprii; quae fila baſi loculorum affixa ſemine maturo auolant. Ehrh. Beytr. 3. p 59.*)

calyculatum. 15. A. fol. enſiformibus, perianthiis trilobis, filament. glabris, flor. trigynis. Anthericum Pſeudo-Aſphodelus. *Iacq. vind. 233. Fl. dan. t. 36.* (Tofielda paluſtris. *Hudſ. angl. p. 175. Ob ſtylos 3, et capſ. 6-valuem. etc. Bracteae 3, ſed non perianthia, adſunt. Roth. germ. II. p. 420.*)

iaponicum. 16. A. fol. enſiformibus conuolutis glabris, ſcapo ramoſo angulato, flor. racemoſis cernuis. *Thunb. iap. p. 138.* M.

—— —— †

flexifolium. 17. A. fol. ſubulatis glabris flexuoſis, caule ramoſo. *Suppl. p. 201.* (*Fil. glabra, radix tuberoſa. Scap. ramoſus. Iacq. Coll. V. Ic. rar. t. 412.*).

murica-

† *Iterum neceſſitas incidit combinandi omnes Supplemento inſertas ſpecies, vtpote notis, quae ſubdiuiſiones generis conſtituunt, non vbiuis ibidem adiectis.* M.

muricatum. 18. A. fol. carnoſis compreſſis muricatis ſtriatis. *Suppl. p. 202.*

latifolium. 19. A. fol. carnoſis lato-enſiformibus glabris, racemo longiſſimo, caule ſimplici. *Suppl. p. 202.* (*Succo luteſcente plenum. Fol. neruoſo-lineata, parum concaua, interiora anguſtiora: extim. latiſſim. ſubenſiforme. Iacq. Coll. III. p. 248.*)

Cauda felis. 20. A. fol. canaliculato-enſiformibus, ſcapo ſimplici, racemo oblongo. *Suppl. p. 202.*

triquetrum. 21. A. fol. filiformibus triquetris ſcapo ſimplici brevioribus, racemo ouato. *Suppl. p. 202.*

ciliatum. 22. A. fol. enſiformibus carnoſo-ſubtriquetris ciliatis, ſcapo ſimplici, racemo longiſſimo. *Suppl. p. 202.*

falcatum. 23. A. fol. carnoſis enſiformibus falcatis glabris, caule ramoſo racemoſo. *Suppl. p. 202.*

contortum. 24. A. fol. planis enſiformibus, caule ramoſo, floribus remotiſſimis. *Suppl. p. 202.*

ſcabrum. 25. A. fol. triquetris ſerrulatis, caule ramoſo ſcabro, pedunculis fructiferis recuruis. *Suppl. p. 202.*

ſquameum. 26. A. ſcapo ſquamis membranaceis tumidis imbricato. *Suppl. p. 202.*

423. LEONTICE. *Cor.* 6-petala. *Nectarium* 6-phyllum, vnguibus corollae inſidens, limbo patens. *Cal.* 6-phyllus, deciduus.

Chryſogonum. 1. L. foliis pinnatis: petiolo communi ſimplici.

Leontopetalum. 2. L. fol. decompoſitis: petiolo communi trifido. *Fructificatio deſcribenda.*

thalictroides. 3. L. folio caulino triternato, florali biternato.

leontopetaloides. 4. L. fol. ſimplicibus tripartito-multifidis, coroll. monopetalis calyculatis. *An huius generis?* (*Cum* Tacca pinnatifida *eadem eſt planta. Swartz Obſ. bot. 127.*)

[illegible]. POLLIA. *Cor.* 6-petala: petalis tribus exterioribus maioribus concauis, tribus interioribus inflexis. *Bacca* polyſperma. *Thunb. diſſ. n. gen. pl. p. 11.* M.

iaponica. 1. POLLIA. *Thunb. l. c. p. 12. Iapon. p. 138.* M.

424. ASPARAGVS. *Cor.* 6-partita, erecta: petalis 3-bus interioribus apice reflexis. *Bacca* 3-locularis, 2-ſperma.

officinalis. 1. A. caule herbaceo tereti erecto, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus. — *Fl. dan.* 805. M. Varietas β. *Mant.* 366. (*Flores dioici Roth, polygami. Hudſ.*)

declinatus. 2. A. caula inermi tereti, ramis declinatis, fol. ſetaceis. *Similis A. officinali, ſed altior Foliis pluribus, duploque longioribus. Caulis annuus. Stipulae ſolitariae, lanceolato-ſubulatae, baſi deorſum mucrone membranaceo. Folia 7 ſ. 10, filiformia, patentia. Pl. mea mas eſt e Cap. b. ſp.*

falcatus. 3. A. aculeis ſolitariis reuerſis, ramis teretibus, foliis enſiformibus falcatis.

retrofractus. 4. A. aculeis ſolitariis, ram. teretibus reflexis retrofractis, fol. ſetaceis faſciculatis. *Rami teretes, dichotomi dichotomiis verrucoſis aculeo minuto nutante.*

aethiopicus. 5. A. aculeis ſolitariis reuerſis, ramis angulatis, fol. lanceolato-linearibus. *Mant.* 63.

aſiaticus. 6. A. aculeis ſolitariis, caule erecto, ram. filiformibus, fol. faſciculatis ſetaceis. Aſparagus aculeatus minor ſarmentoſus. *Pluk. alm.* 54. *t.* 14. *f.* 4. *Burm.*

albus. 7. A. aculeis ſolitariis, ram. angulatis flexuoſis, fol. faſciculatis triquetris muticis deciduis. *Caulis albus. Spinae rectae patentes ſ. reflexae.*

acutifolius. 8. A. caule inermi angulato fruticoſo, aciformibus, rigidulis perennantibus mucronatis aequalibus. Corruda prior. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 77. *Similis A. aphyllo, ſed folia ſeptena ſaepius, filo vix craſſiora; at illi ſaepius terna triplo craſſiora valdeque ſubulata.* (*Baccae albido-cinereae.*)

horridus. 9. A. aphyllus fruticoſus pentagonus, aculeis tetragonis compreſſis ſtriatis. Aſparagus hiſpanicus, aculeis craſſioribus horridus. *Tourn. inſtit.* 300. *Aculei longitudine digiti.* Cfr. *Suppl. p.* 203.

aphyllus. 10. A. caule inermi angulato fruticoſo, fol. ſubulatis ſtriatis inaequalibus diuergentibus.

capenſis. 11. A. ſpinis quaternis, ramis aggregatis teretibus, fol. ſetaceis. Aſparagus rubicundus. *Berg. cap.* 88. *Pluk. alm. t.* 78. *f.* 3. *melius.* Corruda africana, ſpinis breuibus aduncis. *Rai. ſuppl.* 359. *Radix tuberoſa.*

tuberoſa. Caules fruticoſi, filiformes, flexuoſi. Spicae 4, patentes, ſubrecuruae, acutiſſimae. Ramuli ex axillis ſpinarum filiformes, laxi, inermes, decidui. Foliolis ſetaceis, acutis, inermibus, breuibus. Rami, inter ramulos, ſolitarii, rigidi.

ſarmentoſus. 12. A. foliis ſolitariis lineari-lanceolatis, caule flexuoſo, aculeis recuruis. (*Herm. hort. lugd. t. 63. et 650. Med. bot. Beob. vom I. 1784. p. 70.*)

verticillaris. 13. A. fol. verticillatis. ✝

1256. DRACAENA. *Cor.* 6-partita, erecta. *Filam.* medio ſubcraſſiora. *Bacca* 3-locularis, 1-ſperma.

Draco. 1. D. arborea; foliis ſubcarnoſis apice ſpinoſo. Aſparagus Draco. *Sp. pl. 451. Vandell. monogr. Vlyſſ. 1768. Behrens diſſ. Gott. 1770.* Oedera *Cranzii et* Störkia *Cranzii, ex eadem ſpecie conſtituentis duo diſtincta genera. Pedunculi geniculo inſtructi.*

ferrea. 2. D. arborea, fol. lanceolatis acutis. Conuallaria fruticoſa. *Syſt. nat. 10. p. 984.* Arbor ferrea. *Obſ. it. 251. Habitat in China.*

ſtriata. 3. D. fruteſcens cauleſcens erecta; fol. lanceolatis oblique falcatis ſtriatis, caule flexuoſo. *Suppl. p. 204.*

terminalis. 4. D. herbacea cauleſcens, fol. lanceolatis. Aſparagus terminalis. *Sp. pl. 450.*

enſifolia. 5. D. herbacea ſubcauleſcens, fol. enſiformibus. *Mant. 63.* (Dianella nemoroſa. *Lamark Encyclop. t. 2. p. 276. Ob fol., quae Iridis, et baccam amethyſtinam, quae 4-5-ſperma.*)

vndulata. 6. D. herbacea cauleſcens erecta, fol. ouatis acutis multineruiis, flor. axillaribus pedunculatis. *Suppl. p. 203.* (Aſparag. vndulatus. *Thunb. Pr. p. 60.*)

medeoloides. 7. D. herbacea volubilis, fol. ouatis neruoſis. *Suppl. p. 203.* (*Non diuerſa* a Medeola aſparagoides. *Ait. l. c. p. 489. Dryand. Transact. 2. p. 231.*)

erecta. 8. D. herbacea cauleſcens erecta, fol. lanceolatis ſubulatis ſeſſilibus. *Suppl. p. 204.* (Aſparagus erectus. *Thunb. Pr. p. 65.*)

volubilis. 9. D. herbacea volubilis, foliis lanceolatis. *Suppl. p. 204.* (Aſparagus volubilis. *Thunb. l. c.*)

graminifolia. 10. D. herbacea acaulis, fol. linearibus. Aſparagus graminifolius. *Sp. plant. 450.*

425. CONVALLARIA. *Cor.* ſexfida. *Bacca* maculoſa, 3-locularis.

* Lilium conuallium T. *corollis campanulatis.*

maialis. 1. C. ſcapo nudo. — *Fl. dan. t.* 854. M. (C. *maialis*, ſcapo nudo ſemitereti, fol. ellipticis. *Ait. Kew. I. p.* 455.)

iaponica. 2. C. ſcapo nudo ancipiti, racemo cernuo. *Thunb. iap. p.* 139. M. Conuallaria *iaponica*, ſcapo nudo ancipiti, floribus racemoſis ſecundis, fol. linearibus ſcapo triplo longioribus. *Suppl. p.* 204.

ſpicata. 3. C. ſcapo nudo ſtriato, racemo ſpicato, flor. aggregatis. *Thunb. iap. p.* 141. M.

** Polygonatum T. *corollis infundibuliformibus.*

verticillata. 4. C. foliis verticillatis. *Fl. dan. t.* 86.

Polygonatum. 5. C. fol. alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunc. axillaribus ſubunifloris. *Fl. dan. t.* 377. (*Sowerb. engl. bot. t.* 280. *Flor. infer. gemini. Baccae inmaculatae*).

latifolia. 6. C. fol. alternis amplexicaulibus acuminatis, caule angulato, pedunculis axillaribus multifloris. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 232. M.

multiflora. 7. C. fol. alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunc. axillaribus multifloris. *Fl. dan. t.* 152. *Dodart. mem.* 115. (*Sowerb. l. c. t.* 279. *Filam. vix vlla. Flor. vtplurimum terni, ſummi gemini.*)

*** Smilaces T. *corollis rotatis.*

racemoſa. 8. C. fol. ſeſſilibus, racemo terminali compoſito.

ſtellata. 9. C. fol. amplexicaulibus plurimis.

trifolia. 10. C. fol. amplexicaulibus ternis, racemo terminali ſimplici.

bifolia. 11. C. foliis cordatis, flor. tetrandris. *Fl. dan. t.* 291. *Flores* 4-*fidi.* (Maianthemum Conuallaria. *Roth. Fl. germ. p.* 70. *Fol. paſſim* 3.)

426. POLIANTHES. *Cor.* infundibuliform. incurua, aequalis. *Filamenta* corollae fauci inſerta. *Germen* in fundo corollae (adnatum. *Med.*)

tuberoſa. 1. POLIANTHES. (Cfr. *Gieſeke in Linn. Praelect. p.* 292.)

427. HYACINTHVS. *Cor.* campanulata: pori 3 melliferi *germinis.* *)

non ſcriptus. 1. H. corollis campanulatis ſexpartitis apice reuolutis. (*Curt. Fl. lond. t. 139. Cor. caerulea. Bracteae geminae.*)

cernuus. 2. H. coroll. campanulatis ſexpartitis, racemo cernuo. *Corolla huic baſi ventricoſior* (*incarnata*), *praecedenti vero minime.*

ſerotinus. 3. H. petalis exterioribus ſubdiſtinctis, interioribus coadunatis. (*Cor. triſti colore.* Lachenaliae *ſpecies. Willd. Cavan. Pl. hiſp. t. 30.*)

viridis. 4. H. corollarum exterioribus laciniis ſubulatis longiſſimis. *Burmannus.* — Hyacinthus viridis. *Murr. comm. gott. 1781. p. 44. t. 5.* M. (Lachenalia viridis. *Ait. Kew. I. p. 462.*)

amethyſtinus. 5. H. coroll. campanulatis ſemiſexfidis: baſi cylindricis.

reuolutus. 6. H. coroll. campanulatis ſexpartitis reuolutis, fol. oblongis vndulatis. *Suppl. p. 204.*

orientalis. 7. H. coroll. infundibuliformibus ſemiſexfidis: baſi ventricoſis. (*Corolla baſi globoſa a reliquis diſtinguitur. Linn. Prael. p. 289.*)

corymboſus. 8. H. coroll. infundibuliformibus corymboſis erectis, ſcapo foliis breuiore. *Mant. 223.* (*Iacq. Coll. III. p. 230. t. 19. Flor. erecti, pedicellis bractea minuta.*)

romanus. 9. H. coroll. campanulatis ſemiſexfidis racemoſis, ſtamin. membranaceis. *Mant. 224.* Hyacinthus comoſus albus belgicus. *Bauh. pin. 42.* Hyacinthus comoſus albus, caeruleis ſtaminibus. *Bauh. hiſt. 2. p. 584.*

Muſcari. 10. H. coroll. ouatis: omnibus aequalibus.

conuallarioides. 11. H. coroll. ouatis pendulis, ſcapo capillari. *Suppl. p. 204.*

monſtroſus. 12. H. coroll. ſubouatis. (*Kern. oecon. Pl. t. 122.*)

comoſus. 13. H. coroll. angulato-cylindricis: ſummis ſterilibus longius pedicellatis. *Mant. 366.* — *Iacq. Fl. auſtr.*

---

*) Poros melliferos, *ſaltem non in omnibus ſpeciebus, plurimi auctores non obſeruare potuerunt. In charactere generico poſt* campanulata *addi poteſt aut* ouata: laciniis aequalibus, *quarum 3 in* Phormio *et* Lachenalia *breuiores ſunt. De hocce genere perlegi merentur* F. C. MEDICVS *über Linnés Hyacinthengattung in* Botan. Annal. St. 2. p. 5. *et* C. L. WILLDENOW *über die Hyacinthengattung* l. c. St. 4. p. 24.)

auſtr. v. 2. t. 126. M. (*Flor. ſparſi diſcolores: ſummi erecti.*)

botryoides. 14. H. coroll. globoſis vniformibus, fol. canaliculato-cylindricis ſtrictis. *Flores inodori Mant. 366.* (*Curt. bot. Mag. t. 157. Flor. pauciores et fol. erecta latiora, quam in ſequente.*)

racemoſus. 15. H. coroll. ouatis: ſummis ſeſſilibus, fol. laxis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 187.* M. *Flores odori. Folia carinata. Mant. 367.*

lanatus. 16. H. coroll. lanatis, caule ramoſo. ♃ (Lanaria plumoſa. *Aiton* Cor. *6-partita, lanata.* Stigma *3fidum.* Capſ. *3-locularis. Thunb. Prodr.*)

1382. PHORMIVM. *Cor.* campanulata, 6-petala. *Petala* tria exteriora breuiora. *Suppl. p.* 28.

tenax. 1. P. foliis plurimis infloreſcentia ramoſa. *Suppl. p. 204.* Phormium tenax. *Cook. it. Vol. 2. p. 96. t. 96. — Mill. Ic. nov. tab. 2.* M. (Chlamydia *Banks.* Chlam. tenaciſſima. *Gaertn. de fr. I. p. 71. t. 18. Hocce genus inprimis Capſ. oblongo-acuminata 3-quetra, et Sem. oblongis marginatis a* Lachenalia, *cuius capſ. ſubouata 3-alata, et ſem. globoſa ſunt, diſtinguitur, cum ambo quoad flores conueniunt.*)

hyacinthoides. 2. P. fol. radicalibus binis baſi maculatis, ſcapo racemoſo ſimplici, corollis campanulato-patentibus. *Suppl. p. 204.* Hyacinthus orchioides. *Syſt. ed. 13. p. 277. — Iacq. hort. v. 2. t. 178.* M. (Lachenalia orchioides. *Ait. Kew. I. p. 460. Iacq. Coll. III. p. 241.*)

aloides. 3. P. fol. binis radicalibus ſupra fuſco-maculatis, ſcapo racemoſo ſimplici, floribus nutantibus cylindrico-infundibuliformibus. *Suppl. p. 205.* (*Eadem eſt ac* Lachenalia tricolor. *Curt. bot. Mag. t. 82.*)

428. ALETRIS. *Cor.* infundibuliformis, rugoſa *Dele.* M. *Stamina* inſerta laciniarum baſi. *Capſ.* 3-locularis.

capenſis. 1. A. acaulis, foliis lanceolatis vndulatis, ſpica ouata, flor. nutantibus. *Burm. prodr. 10. Murr. Fl. Gott. 205. in act. ſtockh. 1770. p. 226. tab. 5.* Veltheimia *Gleditſch in act. berol. 1771.* Orchis hyacin-

hyacinthoides, foliis caule et floribus maculatis. *Buxb. cent. 3. p. 12. t. 20.*

hyacinthoidis. 2. A. acaulis, ſol. lanceolatis carnoſis, flor. geminatis. *Mant. 367.* (*Apud Loureiro Fl. cochinch. diſtinctum eſt genus:* Liriope.)

zeylanica. 3. α. fol. quibusdam ſubulatis compreſſis. Aloe zeylanica. *Iacq. vind. 310.* M.

guineenſis. 4. β. fol. omnibus lanceolatis. *Iacq. hort. v. 1. t. 84.* Aloe guineenſis. *Iacq. vind. 308. Separanda ab hoc genere; nam fructus bacca eſt.* M. (Acyntha guineenſis. *Med. Theod. ſpec. p. 76.* Sanſeuiera thyrſiflora. *Thunb. Pl. cap. pr. p. 65.*)

fragrans. 5. A. cauleſcens, fol. lanceolatis laxis. *Iacq. vind. 309.*

Uvaria. 6. A. acaulis, fol. enſiformibus canaliculatis carinatis. Aloe Uvaria. *Sp. pl. p. 460.*

429. YVCCA. *Cor.* campanulato patens. *Stylus* nullus. *Capſ.* 3-locularis. (*Bacca* carnoſa, hexagona, intra ſtigmata pertuſa, 6-locularis. *Gaertn.*)

Glorioſa. 1. Y. foliis integerrimis.

aloifolia. 2. Y. fol. crenulatis ſtrictis.

draconis. 3. Y. fol. crenatis nutantibus. (*Dill. eltham. t. 324.*)

filamentoſa. 4. Y. fol. ſerrato-filiferis. (*Trew-Ehr. Pl. ſel. t. 37.*)

430. ALOE. *Cor.* erecta, ore patulo, fundo nectarifero. *Filamenta* receptaculo inſerta. (Cfr. *Thunberg de Aloe. Vpſ.* 1785.)

perfoliata. 1. A. floribus corymboſis cernuis pedunculatis ſubcylindricis. (*Plures huius ſpeciei adnotatae ſunt varietates, quarum nonnullae, quod etiam de aliis ſpeciebus, inprimis de* Aloe diſticha *valet, vt diuerſae ſpecies, imo a nonnullis auctoribus vt diſtincta genera, nunc enumerantur.*)

A. fol. caulinis dentatis amplexicaulibus vaginantibus. Caulis ſaepe radicans, licet erectus.

variegata. 2. A. flor. racemoſis cernuis ſubcylindricis, ore patulo aequali. *Mant. 367.*

A. fol. caulinis trifariis imbricatis erectis: angulatis ternis cartilagineis.

linguaeformis. 3. A. flor. racemoſis erectis, corollis cylindricis, fol. linguaeformibus diſticho patulis. *Suppl. p. 260.*

diſticha. 4. A. flor. pedunculatis pendulis ouato-cylindricis curuis.
A. fol. linguaeformibus diſtichis patulis.

ſpiralis. 5. A. flor. ſpicatis ouatis muricatis crenatis: ſegmentis interioribus conniuentibus.
A. fol. caulinis ſexfariis ouatis mucronatis.

retuſa. 6. A. flor. ſpicatis triquetris bilabiatis: labio inferiore reuoluto. *Flores ſimillimi A. pumilae.*
A. fol. caulinis quinquefariis rhomboidalibus ventricoſis, triquetro plano exſtantibus.

viſcoſa. 7. A. flor. ſpicatis infundibuliformibus bilabiatis: laciniis quinque reuolutis: ſumma erecta.
A. fol. trifariis canaliculatis imbricatis: apice patulo.

pumila. 8. A. flor. ſpicatis bilabiatis: labio ſuperiore erectiore, inferiore recuruato.
A. fol. aggregatis radicalibus ouato-ſubulatis acuminatis muricatis.

ſpicata. 9. A. flor. ſpicatis horizontalibus campanulatis, fol. caulinis planis amplexicaulibus dentatis. *Suppl. p. 205. Differt ab A perfoliata ſpica et figura florum. Ex huius ſucco optima Gummi-reſina Aloes paratur, ex reliquis ſpeciebus vilior.*

dichotoma. 10. A. ramoſa, ramis dichotomis, fol. enſiformibus ſerratis. *Suppl. p. 206.*

431. AGAVE. *Cor.* erecta, ſupera. *Filamenta* corolla longiora erecta.

americana. 1. A. foliis dentato-ſpinoſis, ſcapo ramoſo. (*β. aurea, fol. margine amoene flauis.*)

viuipara. 2. A. fol. dentatis, ſtamin. corollam aequantibus. Aloe americana ſobolifera. *Herm. Lugdb. 16. t. 17. 57.*

virginica. 3. A. fol. dentato-ſpinoſis, ſcapo ſimpliciſſimo. *Amoen. acad. 3. p. 22.* (A. *virginica*, acaulis herbacea, fol. dentato-ſpinoſis. *Ait. Kew. I. p. 472.*)

foetida. 4. A. fol. integerrimis. (Agaue *foetida*, cauleſcens fol. integerrimis. *Ait. l. c. p. 473. Fol. inermibus.*)

432. ALSTROEMERIA. *Cor.* 6-petala, ſubbilabiata: petalis 2 inferioribus baſi tubuloſis. *Stam.* declinata.

peregrina.

peregrina. 1. A. caule erecto, (*Addo* M.) corollis campanulatis rectis foliis lineari-lanceolatis ſeſſilibus *Amoen. acad. 6. p. 247. c. tab. Iacq. hort. t. 50.* (Alſtrömeria Pelegrina. *Curt. bot. Mag. t. 139.*)

pulchella. 2. A. caule erecto, corollis reflexo-patentibus omnibus acutis, foliis ſeſſilibus, pedicellis inuolucro breuioribus. *Suppl. p. 206. Simillima A. peregrinae.*

Ligtu. 3. A. caule erecto, fol. ſpathulato-oblongis, pedunculis vmbellae inuolucro longioribus, corolla bilabiata. *Suppl. p. 207.* Alſtrömeria Ligtu. *Syſt. ed. 13. p. 279.* (*Curt. bot. Mag. t. 125.*)

Salſilla. 4. A. caule volubili, fol. petiolatis lanceolatis acuminatis, vmbella ramoſa, pedunculis inuolucro longioribus bracteatis laxis. *Suppl. p. 206.* Alſtrömeria Salſilla. *Syſt. ed. 13. p. 279.*

multiflora. 5. A. caule volubili, fol. petiolatis lanceolatis acuminatis, vmbella ſimplici, pedunculis bracteis breuioribus, petalis alternis truncatis. *Suppl. p. 207.*

590. GETHYLLIS. *Cor.* 6-partita. *Cal.* nullus. *Bacca* clauata, radicalis, 1-locularis. *Suppl. p. 27.* Conf. *Thunb. Diſſ. nov. gen. plant. p. 13.* *)

villoſa. 1. G. foliis filiformibus ſpiralibus villoſis, limbi laciniis ouato-oblongis. *Suppl. p. 198.* — Papiria villoſa. *Thunb. in act. lund. P. I. p. 111.* M.

ciliaris. 2. G. fol. linearibus ſpiralibus ciliatis, limbi laciniis ouato-oblongis. *Suppl. p. 198.* — Papiria ciliaris. *Thunb. in act. lund. P. I. p. 111.* M.

ſpiralis. 3. G. fol. linearibus ſpiralibus glabris, limbi laciniis oblongis. *Suppl. p. 198.* Gethyllis afra. *Syſt. ed. 13. p. 367.* — Papiria ſpiralis. *Thunb. in act. lund. P. I. p. 111.* M.

lanceolata. 4. G. fol. lanceolatis planis, limbi laciniis lanceolatis. *Suppl. p. 198.* — Papiria lanceolata. *Thunb. in act. lund. P. I. p. 112.*

433. HEMEROCALLIS. *Cor.* campanulata 6-partita: tubo cylindrico. *Stam.* declinata.

flaua. 1. H. — fol. lineari-ſubulatis carinatis M., corollis flauis. — *Iacq. hort. v. 2. t. 139.* M. β. Lilio

 Aſpho-

*) Cor. 6-*partita: tubo filiformi.* Germen *inferum.* Bacca *oblonga polyſperma.* THVNB. Pl. cap. prodr.

Aſphodelus luteus minor. *Tournef. inſt. 334.* (*Petalis margine planis.*)

fulua. 2. H. — fol. lineari-ſubulatis carinis 2 M., coroll. fuluis. (*Petalis vndulatis.*)

iaponica. 3. H. fol. petiolatis ouato-lanceolatis ſeptemneruiis. *Thunb. iap. p. 142.* M. (H. *lancifolia*, fol. lanceolatis 7-neruiis. *Thunb. Transact. of the Lin. Soc. II. p. 335. Nomine triuiali:* iaponica *nunc alia inſignita eſt ſpecies:* H. *iaponica*, fol. ouatis vndulatis multineruiis. *Th. l. c. Kaempf. Ic. ſelect. t. 11.*)

cordata. 4. H. fol. cordatis venoſis. *Thunb. l. c.* M. (*A cel. Auctore nunc Lilio generi adſcripta eſt:* Lilium *cordifolium*, fol. cordatis. *Thunb. in Transact. l. c. p. 332.*)

434. ACORVS. *Spadix* cylindricus, tectus floſculis. *Cor.* 6-petalae, nudae. *Stylus* nullus. *Capſ.* 3-locularis.

Calamus. 1. ACORVS. *β. verus.* Calamus aromaticus. *Garz. 288. c. fig.* (Scapi mucrone longiſſimo foliaceo. *Ait. Kew. I. p. 474.*)

. . LINDERA. *Cor.* 6-petala. *Capſula. Thunb. Diſſ. n. gen. pl. p.* 64. M.

vmbellata. 1. LINDERA. *Thunb. l. c. c. tab. Iapon. p. 145.* Kuro Noſji *Kämpf. am. ex. p. 908.* M.

435. ORONTIVM. *Spadix* cylindricus, tectus floſculis. *Cor.* 6 petalae, nudae. *Stylus* nullus. *Folliculi* 1-ſpermi.

aquaticum. 1. O. foliis lanceolato-ouatis. M. *Syſt. ed. 13. p. 279.* (*Catesb. car. I. t. 82.*)

iaponicum. 2. O. fol. enſiformibus venoſis. *Thunb. iap. p. 144.* M. (*Kaempf. Pl. ſelectae cura Banks. t. 12.*)

436. CALAMVS. *Cal.* 6 phyllus. *Cor.* o. *Bacca* exarida, 1-ſperma, retrorſum imbricata.

Rotang. 1. CALAMVS. *Pluk. adde t. 106. f. 1. 2. Rumph. amb. plures delineat, ſpecie forte diſtinctas.*

437. IVNCVS. *Cal.* 6-phyllus, *Cor.* o. *Capſ.* 1-(3-) locularis.

* *Culmis*

* *Culmis nudis.*

acutus. 1. I. culmo ſubnudo tereti mucronato, panicula terminali, inuolucro diphyllo ſpinoſo.

conglomeratus. 2. I. culmo nudo ſtricto, capitulo laterali. (*Fl. dan. t. 1094. Vna cum ſequente 3 modo ſtamina habet. Ehrh. Beytr. 3. p. 59.*)

effuſus. 3. I. culmo nudo ſtricto: panicula laterali. (*Fl. dan. t. 1095.*)

inflexus. 4. I. culmo nudo: apice membranaceo incuruo, paniculo laterali. (*Flor. ex ouato-lanceolati anguſti: foliolis alterne maioribus. Roth. Fl. gem. II. p. 401.*)

filiformis. 5. I. culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. (*Smith Spicil. t. 3.*)

trifidus. 6. I. culmo nudo, foliis floribusque tribus terminalibus. *Fl. dan. t. 107. Geſn. Schmied. t. 4. f. 16.* Iuncus monanthos. *Iacq. vind.*

ſquarroſus. 7. I. culmo nudo, fol. ſetaceis, capitulis glomeratis aphyllis. *Fl. dan. t. 430. Totus rigens foliis patentibus.* (*Fol. ſetaceis ſquarroſis diſtichis, culmo nudo ſubcorymboſo.*)

punctorius. 8. I. culmo nudo tereti, folio tereti articulato mucronato, panicula glomerata. *Suppl. p. 208.*

** *Culmis folioſis.*

nodoſus. 9. I. fol. nodoſo-articulatis, petalis mucronatis.

articulatus. 10. I. fol. nodoſo-articulatis, petalis obtuſis. *Huius.* α. Aquaticus *foliis compreſſis.* β. Syluaticus *foliis teretibus. Hall. Forte ſpecie diſtinctae?* (*Fl. dan. t. 1095. Sowerb. engl. bot. t. 238.*)

bulboſus. 11. I. fol. linearibus canaliculatis, capſ. obtuſis. *Geſn. Schmied. 12. t. 5. f. 13. Fl. dan. t. 431.* Iuncus *compreſſus*, foliis linearibus canaliculato-concauis, capſulis ouatis, culmo compreſſo. *Iacq. vind. 235. Excluſis C. Bauhini et Scheuchzeri ſynonymis.*

bufonius. 12. I. culmo dichotomo, fol. angulatis, flor. ſolitariis ſeſſilibus. (*Fl. dan. t. 1096. Cal. foliola lanceolata, capſ. ouata longiora.*)

ſtygius. 13. I. fol. ſetaceis depreſſiuſculis, pedunc. geminis terminalibus, glumis ſolitariis ſubbifloris. (Spatha *ſ. fol. terminale, ſubulata purpuraſc. apice fuſca.* Pedunc. 2: *exteriores breuiſſ.* Cal. *lacinias 3 exteriores purpuraſc., interiores latiores albidae.*

albidae. Capſ. *nitida fuſca, apice rufa ſemitrilocularis. Smith Pl. icones. t. 55.*)

Iacquini. 14. I. folio ſubulato, capitulo ſubquadrifloro terminali. *Mant. 63. — Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 221.* M.

biglumis. 15. I. fol. ſubulato, gluma biflora terminali. *Fl. dan. t. 120.*

triglumis. 16. I. foliis planis, gluma triflora terminali. *Fl. dan. t. 132.* (I. *triglumis*, fol. fiſtuloſis ſubulatis, gluma terminali ſubtriflora. *v. Wulf. in Iacq. Coll. III. p. 41.*)

piloſus. 17. I. fol. planis piloſis, corymbo ramoſo. *Fl. dan. t. 441.* (*Plurimae huius nonnullarumque aliarum ſpecierum in Sp. pl. vt Varietates putatae in recentioribus ſcriptis nunc ſuo, vt ſpecies, fruuntur iure.*)

niueus. 18. I. fol. planis ſubpiloſis, corymbis folio breuioribus, flor. faſciculatis. (I. *niueus*, fol. planis piloſis; panic. corymboſis, folio breuiorib. ſubvmbellato faſciculatis, niueis, foliolis calycum interioribus duplo longioribus. *v. Wulf. l. c. p. 44. Haud confundendus cum:* I. albidus *Hoffm. Fl. germ. p. 126.* ſ. I. anguſtifolius. *v. Wulf. l. c. p. 56. cuius panicula decompoſita, flor. vmbellati ſubtriflori, et cal. glumae aequales ſunt.*)

campeſtris. 19. I. fol. planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque.

ſpicatus. 20. I. fol. planis, ſpica racemoſa nutante. *Fl. dan. t. 270.*

ſerratus. 21. I. fol. enſiformibus planis ſerratis, ſubtus canis, paniculae vaginis ſubulatis perfolitatis. *Suppl. p. 208.*

grandiflorus. 22. I. folio tereti, culmo vnifloro, flore erecto ſingulari nudo. *Suppl. p. 209.*

439. RICHARDIA. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* 1-petala, ſubcylindrica. *Sem.* 3.

ſcabra. 1. RICHARDIA. (Cal. *6-8-partitus, ſuperus, hiſpidus.* Stam. *6-8.* Fruct. *3-partibilis. Gaertn. de fr. 1. p. 123. t. 25.*)

438. ACHRAS. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* ouata, 6-fida: ſquamis totidem alternis interioribus. *Pomum* 10 loculare. *Sem.* ſolitaria hilo marginali apiceque vnguiculato.

mammoſa.

mammoſa. 1. A. floribus ſolitariis, foliis cuneiformi-lanceolatis. Achras floribus pentandris. *Iacq. amer.* 56. *t.* 182. *f.* 19. — *Ed.* 2. *pict. p.* 32. *t.* 59. M. Achras fructu maximo ouato. *Brown. iam.* 201. *Exclude. Loefl. Plum. Iacq. ſynonyma.*

Sapota. 2. A. flor. ſolitariis, fol. lanceolato-ouatis. Achras floribus hexandris. *Iacq. amer.* 57. *t.* 41. — *Ed.* 2. *pict. p.* 33. *t.* 60. M. Achras *Loefl. it.* 185. Sapota fructu ouato maiore. *Plum. gen.* 34. Achras fructu elliptico ſcabro maiore. *Brown. iam.* 200. *t.* 19. *f.* 3. *Fructus putreſcere incipiens praefertur Bromeliae Ananas Iacq.*

diſſecta. 3. A. flor. ſolitariis, fol. cuneiformibus, emarginato retuſis. *Suppl. p.* 210.

ſalicifolia. 4. A. flor. confertis, fol. lanceolato-ouatis. (Bumelia ſalicifolia. Cor. 5-*fida.* Nectar. 5-*phyllum.* Drupa 1-*ſperma. Swartz Prodr. p.* 49. *Vbi nouo huic generi, pone Sideroxylon in Pentandria collocando, plures adnumeratae ſunt ſpecies.*

441. PRINOS. *Cal.* 6-fidus. *Cor.* 1-petala, rotata. *Bacca* 6-ſperma.

verticillatus. 1. P. foliis longitudinaliter ſerratis. *An dioica et Gron. virg.* 2. *p.* 54?

glaber. 2. P. fol. apice ſerratis. (Prinos *glaber*, fol. lanceolatis obtuſiuſculis glabris, apice ſerratis. *Ait. Kew. I. p.* 478.)

1384. DVROIA. *Cal.* cylindricus, truncatus. *Cor.* 6-partita. *Filamenta* nulla. *Pomum* hiſpidum. *Suppl. p.* 30.

Eriopila. 1. DVROIA. *Suppl. p.* 209. (Cacao ſylueſtris. *Aubl. Guian. p.* 687. *t.* 276.)

440. BVRSERA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Capſ.* carnoſa, 3-valuis, 1-ſperma.

gummifera. 1. BVRSERA. Terebinthus americana polyphylla. *Comm. hort.* 1. *p.* 149. *t.* 77. Betula arbor americana, ſeminibus lithoſpermi frumentacei aemulis. *Pluk. alm.* 67. *t.* 151. *f.* 1. — *Iacq. amer. pict. p.* 49. *t.* 96. M. *Variat Cal.* 5-*fido. Pet.* 5. *Stam.* 8. *Stigmate* 3-*fido: at Browne in dioecia Fl. Maſculos Cal.* 5 *dentato, Cor.* 5-*partita. Stam.* 10. *An itaque polygama? Accuratius deſcribenda.*

benda. (Quod nunc praeſtitit Swartzius. l. c. p. 231, ſecundum quem etiam eſt polygama et flores Maris *ita deſcribit.* Cal. *5-dentatus minutus.* Pet. 5, *reflexa.* Filam. *5-10.* Anth. *oblongae, 2-loculares.)*

442. BERBERIS. *Cal.* 6-phyllus. *Petala* 6: ad vngues glandulis 2. *Stylus* o. *Bacca* 2-ſperma.

vulgaris. 1. B. pedunculis racemoſis — ſpinis triplicibus. *Murr. comm. gott. 1784.* M. (*Fl. dan. t. 904. Filam. elaſtica. Baccae (Antrum Med.) ſaepe 1-ſpermae et in indiuiduis vetuſtis aſpermae.*)

cretica. 2. B. pedunc. vnifloris. *Syſt. ed. 13. p. 282.* — Berberis *cretica*, pedunculis ſubumbellatis, ſpinis triplicibus. *Murr. l. c.* M. *Folia integerrima. Racemi ſubumbellati. Sem. 3.*

ilicifolia. 3. B. foliis obouatis ſerrato ſpinoſis, pedicellis elongatis cymoſis, ſpinis digitato-ſpinoſis. *Suppl. p. 210.* — Berberis *ilicifolia*, pedunculis cymoſis elongatis, ſpinis palmatis. *Murr. l. c.* M.

ſibirica. 4. B. pedunculis vnifloris ſolitariis cernuis, ſpinis palmatis. *Murr. in comm. gott. 1784. t. 6.* Berberis ſibirica. *Pall. it. v. 2. p. 737. tab. P. fig. 2.* M.

1302. CAPVRA. *Germen* ſuperum. *Cal.* o. *Cor.* 6-fida. *Stam.* intra tubum. *Stigma* globoſum. *Bacca.*

purpurata. 1. CAPVRA. *Mant. 225.*

443. LORANTHVS. *Germen* inferum. *Cal.* o. *Cor.* 6-fida, reuoluta. *Stam.* ad apices petalorum. *Bacca* 1-ſperma.

tetrapetalus. 1. L. floribus ad articulos quatuor verticillatis tetrapetalis, foliis oblongis oppoſitis ſubſeſſilibus. *Suppl. p. 211.*

Scurrula. 2. L. pedunculis vnifloris congeſtis, fol. obouatis.

vniflorus. 3. L. racemis ſimpliciſſimis. *Sp. pl. 1672. Iacq. amer. 18. t. 69.* — *Ed. 2. pict. p. 51. t. 100.* M.

europaeus. 4. L. racemis ſimplicibus terminalibus, floribus dioicis. *Sp. pl. 1672. Iacq. auſtr. t. 30.* (*Habitu creſcendique modo, vti et nonnullae aliae ſpecies,* Viſcum *refert.*)

americanus. 5. L. racemis ſubramoſis aequalibus, fol. ouatis. Loranthus cymis ramoſis. *Iacq. amer. 97. t. 67.* — *Iacq. amer. pict. p. 50. t. 98.* M. *Folia oppoſita,*

poſita, auenia coriacea. Excluſo Brownii ſynonymo.

occidentalis. 6. L. racemis ſimplicibus, flor. irregularibus.

loniceroides. 7. L. floribus aggregato-capitatis, *Rheed. mal.* 7. p. 55. t. 29.

Stelis. 8. L. racemis trichotomis, pedunc. trigonis, flor. aequalibus.

pentandrus. 9. L. racemis ſimplicibus, flor. quinquefidis, fol. alternis petiolatis. *Mant.* 63.

falcatus. 10. L. racemis paucifloris axillaribus, foliis linearibus obtuſis lateraliter falcatis glaucis. *Suppl.* p. 211.

ſpicatus. 11. L. ſpicis quadrangularibus. *Mant.* 65. — *Iacq. amer. pict.* p. 50. t. 99. (Cfr. *Swartz Obſ. bot.* p. 134.)

444. HILLIA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-fida, longiſſima *Bacca* infera, 2-locularis, polyſperma. *)

paraſitica. 1. HILLIA. *Sp. pl.* 1662. — *Iacq. americ. pict.* p. 50. t. 97. M. *Frutex repens. Folia oppoſita, oualia. Flores ſemipedales.* (H. longiflora. *Swartz l. c. Tab. V. f.* 1. *Secundum noſtrum auctorem non paraſitica eſt.*)

1301. CANARINA. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-fida, campanulata. *Stigmata* 6. *Capſ.* infera, 6-locularis, polyſperma.

Campanula. 1. CANARINA. *Mant.* 225. Campanula canarienſis. *Sp. plant.* 238. *Differt numero a Campanulis.* (*Iam inter* Campanulas *p.* 217. *ample diſcripta eſt.*)

. . NANDINA. *Cal.* polyphyllus imbricatus. *Cor.* 6-petala. (*Bacca* exſucca, 1-locularis, 2-ſperma. *G.*) *Thunb. Diſſ. n. gen. pl.* p. 14. M.

domeſtica. 1. NANDINA. *Thunb. l. c.* p. 15. *Iapon.* p. 147. Nandſiokf, vulgo Natten vel Nandin. *Kaempf. am.* p. 776. M. (*Kämpf. Ic. ſelectae, cura Banks.* t. 13 et 17.)

445. FRANKENIA. *Cal.* 5-fidus, infundibulif. *Petala* 5. *Stigma* 6-partitum. *Capſ.* 1-locularis, 3-valuis.

laeuis.

*) Cal. *duplex: inferus 6-phyllus.* Cor. *longiſſima contorta.* Capſ. *2-locularis, 2-valuis, coronata.* Sem. *papposa.* SWARTZ l. c. p. 134. *In ordine naturali ad Contortas pertinet.*)

laeuis. 1. F. foliis linearibus confertis baſi ciliatis. (*Fol. ſucculenta, reuoluta. Squama nectarifera flaua ad vngues petalorum. Sow. engl. bot. t. 205*).

hirſuta. 2. F. caulibus hirſutis, floribus faſciculatis terminalibus. Nothria hirſuta. *Berg. cap. 171. t. 1. f. 2. Flores violacei.*

pulueruIenta. 3. F. fol. obouatis retuſis ſubtus pulueratis. (*Caul. ſubdepreſſ. dichotomus, fol. aggregatis.*)

446. PEPLIS *Perianth.* campanulatum: ore 12-fido. *Petala* 6, calyci inſerta. *Capſ.* 2-locularis.

Portula. 1. P. floribus apetalis. *Fl. dan. t. 64. Petalis rarius inſtruitur.* (*Caul. repens ſubquadrangularis.*)

tetrandra. 2. P. flor. tetrandris monopetalis. – *Iac. amer. pict. p. 52. t. 103.* M. *Cal. campanulatus: Limbo 8-fido. Cor. tubuloſa: Limbo 4 partito. Stam. 4. Germen tubo calycis adnatum. Styli ſtigmata 2. Capſula infera, bilocularis, coronata.* (Hedyotis *tuberoſa*, fol. ſubſeſſilibus cordato-ouatis, ſummis quaternis, flor. terminalibus. *Swartz l. c. t. 1. f. 2.*)

DIGYNIA.

1386. GAHNIA. *Cal.* Gluma 2-valuis, irregularis. *Nectarium* biualue, filamenta inuoluens. *Stigma* dichotomum. *Suppl. p.* 31. *Linn. iun. Diſſ. nov. gram. gen. p.* 34.

procera. 1. GAHNIA. *Forſt. in n. act. vpſ. v. 3. p. 178. Suppl. p. 211.*

448. ORYZA. *Cal.* Gluma 2-valuis, 1-flora. *Cor.* 2-valvis, ſubaequalis, ſemini adnaſcens.

ſatiua. 1. ORYZA. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

1385. FALKIA. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 1-petala. *Semina* 4. *Suppl. p.* 30. Conf. *Thunb. Diſſ. nov. gen. plant. p.* 17.

repens. 1. FALKIA. *Suppl. p. 211.*

449. ATRAPHAXIS. *Cal.* 2-phyllus. *Petala* 2, ſinuata. *Stigmata* capitata. *Sem.* 1, (lenticulare. *Gaertn.*)

ſpinoſa. 1. A. ramis ſpinoſis. *Cal. 2-phyllus. Petala 2. Stamina 6. Stigmata 2. Semen compreſſum.* (*Flor. irregul.*

irregul. long. pedunc. a ſequente diſcrepat; habitu cum Polyg. fruteſcente *conv. Ambo genera, ternario numero in fructificat. partibus modo diverſa, forte melius in vnum coniungenda. L'Herit. Stirp. nov. p. 27. t. 14.*)

vndulata. 2. A. inermis. Polygonum vndulatum. *Berg. cap. 135. Cal. 4-partitus aequalis, laciniis ouatis concauis. Petala* o. *Stamina 6, lanceolata. Stylus bifidus. Semen ſubrotundum.*

TRIGYNIA.

451. RVMEX. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, conniuentia. *Sem.* 1, triquetrum.

* *Hermaphroditi: valuulis granulo notatis.*

Patientia. 1. R. floribus hermaphroditis; valuulis integerrimis; vnica granifera, foliis ouato-lanceolatis. *Folia ſeminalia ſagittata vt R. Acetoſae. Caulis ſulcatus. (Inter maximas huius generis ſpecies pertinet.)*

ſanguineus. 2. R. flor. hermaphroditis: valuulis integerrimis: vnica granifera, foliis cordato-lanceolatis. *Folia venis rubris ſucco ſanguineo. Migrauit Angliae Hemſtedium.*

verticillatus. 3. R. flor. hermaphroditis: valuulis integerrimis: omnibus graniferis, fol. lanceolatis: vaginis cylindricis.

Britannica. 4. R. flor. hermaphroditis: valuulis integerrimis: omnibus graniferis, fol. lanceolatis: vaginis obſoletis. (*An* Rumex *Hydrolapathum Hudſ.* flor. hermaphroditis: valuul. integerrimis omnib. graniferis, fol. petiolatis lanceolatis ſtrictis, *diuerſa ſpecies? Caul. huic ſubquadrangul. viridis. Fol. venis exarata, margine ſubundulata. Vaginae longae marcidae.*)

criſpus. 5. R. flor. hermaphroditis: valuulis integris graniferis, fol. lanceolatis vndulatis acutis. — *Mill. illuſtr. ic.* M. (*Cum hoc non confundi debet* Rumex *conglomeratus Murray,* caule ramoſo diffuſo, fol. lanceolatis vndulatis, flor. alternis glomeratis. *Cfr. Roth. Fl. germ. II. p. 422.*)

perſicariodes. 6. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis.

aegyptius. 7. R. flor. hermaphroditis: valuulis trifido-ſetaceis: vnica granifera. *Excluſo Dillenii ſynonymo.*

dentatus. 8. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis omnibus graniferis, fol. lanceolatis. *Mant.* 226. Rumex *dentatus*, floribus hermaphroditis: valuulis ſetaceis omnibus graniferis, foliis lanceolato-haſtatis vndulatis. *Murr. comm. gott.* 1774. *p.* 46. *t.* 10. M. Lapathum aegyptiacum, capſula ſeminis alba et crenata. *Dill elth.* 191. *t.* 158. *f.* 191.

maritimus. 9. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis (ciliatis) graniferis, fol. linearibus. Lapathum minimum. *Bauh. pin.* 115. *Radix rubra:* (Rumex Anthoxanthum *nonnullorum.* R. aureus. *Curt. Lond. ic.*)

diuaricatus. 10. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis, fol. cordato oblongis obtuſis pubeſcentibus.

acutus. 11. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis acuminatis. Lapathum folio acuto. *Bauh. pin.* 115. *Valuularum dentes vtrinque plures, inaequales longitudine diametri ipſius valuulae.*

obtuſifolius. 12. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis obtuſiuſculis crenulatis.

pulcher. 13. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis: ſubunica granifera, fol. radicalibus panduriformibus. *Hall. emend.* 20. Lapathum aruenſe ſubhirſutum, folio retuſo, caule longius brachiato. *Till. piſ.* 93. *t.* 37. *f.* 1. *Willich. illuſtr.* 5.

** *Hermaphroditi: valuulis granulo deſtitutis ſ. nudis.*

bucephalophorus. 14. R. flor. hermaphroditis: valuulis dentatis nudis, pedicellis planis reflexis incraſſatis. (*Cauanil. Pl. hiſp. t.* 41. *f.* 1.)

aquaticus. 15. R. flor. hermaphroditis: valuulis integerrimis nudis, fol. cordatis glabris acutis. (*Sem. pappis ferrugineis coronata.*)

Lunaria. 16. R. flor. hermaphroditis: valuulis laeuibus, caule arboreo, fol. cordatis. *Panicula oppoſitifolia.*

veſicarius. 17. R. flor. hermaphroditis geminatis: valuulis omnibus maximis membranaceis reflexis, fol. indiuiſis. (*Valuulae rubro-reticulatae.*)

roſeus.

roſeus. 18. R. flor. hermaphroditis diſtinctis: valuulae alterius ala maxima membranacea reticulata; fol. eroſis. (*Valuulae maximae orbiculatae, apice et baſi bifidae, quod non in ſequente. Sp. pl. p. 480.*)

tingitanus. 19. R. flor. hermaphroditis diſtinctis: valuulis cordatis obtuſis integerrimis, fol. haſtato-ouatis.

ſcutatus. 20. R. flor. hermaphroditis, fol. cordato-haſtatis, caule tereti.

digynus. 21. R. flor. hermaphroditis digynis. *Fl. dan. t. 14.* (*Cfr. Gaertn. de fr. II. p. 180.*)

arifolius. 22. R. caule laeui ſuffruteſcente, fol. cordato-haſtatis ſerrulatis acutis, valuulis nudis integerrimis. *Suppl. p. 212.* Rumex abyſſinicus *Iacq. hort. v. 3. p. 48. t. 93.* (Rumex *arifolius*, flor. dioicis, fol. omnibus petiolatis haſtatis: auriculis ſimplicibus diuaricatis, caule erecto. *Ait. Kew. p. 487.*)

*** *Floribus diclinis.*

alpinus. 23. R. flor. hermaphroditis ſterilibus femineisque: valuulis integerrimis nudis, fol. cordatis obtuſis rugoſis. Lapathum floribus ſuperioribus maſculis, inferioribus femineis, foliis cordatis. *Zinn. gott. 38. Folia magnitudine Rhei, rugoſa.*

ſpinoſus. 24. R. flor. androgynis: calyc. femineis monophyllis: valuulis exterioribus reflexo-vncinatis. *Murr. Fl. gott. 152.* (R. *ſpinoſus*, fol. cordato-ouatis, cal. ſpineſcentibus. *Thunb. prodr. p. 67.*)

tuberoſus. 25. R. flor. dioicis, fol. lanceolato-ſagittatis, ramis patentibus. *Caulis erectus, ſimplex.*

multifidus. 26. R. flor. dioicis, fol. haſtatis auriculis haſtatis.

Acetoſa. 27. R. flor. dioicis, fol. oblongis ſagittatis. (*Sow. engl. bot. t. 127. Fol. caulina ſeſſilia.*)

Acetoſella. 28. R. flor. dioicis, fol. lanceolato-haſtatis. (*Fol. petiolata.*)

aculeata. 29. R. flor. dioicis, fol. lanceolatis petiolatis, fructibus reflexis: valuis ciliatis.

luxurians. 30. R. flor. dioicis, fol. cordato haſtatis, caulibus angulatis diffuſis, valuulis exterioribus ſubulatis, interioribus orbiculatis. *Suppl. p. 212.* Rumex luxurians. *Syſt. ed. 13. p. 285. Mant. 64.* Conf. *Pluk. Phyt. 331. f. 2. Folia Acetoſae longiora.*

bipinnatus. 31. R. flor. dioicis, fol. bipinnatis. *Suppl. p. 211.*

450. FLAGELLARIA. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Bacca* 1-ſperma. (*Drupa* baccata ſupera, 3-locularis *Gaertn.*)

indica. 1. FLAGELLARIA. *Folia terminata cirrho, vt in Glorioſa.*

452. SCHEVCHZERIA. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styli* o. *Capſ.* 3, inflatae, 1-ſpermae.

paluſtris. 1. SCHEVCHZERIA. *Fl. dan. t.* 76.

. . WVRMBEA. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma. *Thunb. diſſ. n. gen. pl p.* 18.

capenſis. 1. WVRMBEA. *Thunb. l. c. c tab.* Var. α, β, γ. (Melanthium *wurmbeum*, fol. enſiformibus diſtichis, corolla connato-tubuloſa. *Thunb. Prodr. p.* 67. *Cfr. Ait. Kew. I. p.* 489.)

453. TRIGLOCHIN. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, calyciformia. *Stylus* o. *Capſ.* baſi dehiſcens.

paluſtre. 1. T. capſulis trilocularibus ſublinearibus. *Fl. dan. t.* 411. *Radix fibroſa.* (*Cal. huic generi o, ſed pet. 6 duobus ordinibus alternatim diſpoſita, omnia enim ſtaminifera et decidua. Roth. Fl. germ. II. p.* 417. *Cfr. quoque Ehrh. Beitr.* 5. *p.* 46.)

bulboſum. 2. T. radice bulboſa fibris obtecta. *Mant.* 226. *Simillimum T. paluſtri. E cap. b. ſp i.* (*Cal. 6-phyllus, foliol. ouatis, acutis, concauis, patentiſſ. Iacq. Coll. V. p.* 103. *Ic. pl. rar. t.* 454.)

maritimum. 3. T. capſul. ſexlocularibus ouatis. *Fl. dan. t.* 306.

454. MELANTHIVM. *Cor.* 6-petala. *Filamenta* ex elongatis vnguibus corollae.

virginicum. 1. M. petalis vnguiculatis. *An dioica. Gron. virg.* 2. *p.* 55.? (*Petala extus hirſuta Ait.*)

ſibiricum. 2. M. petalis ſeſſilibus.

capenſe. 3. M. petalis punctatis, fol. cucullatis.

indicum. 4. M. petalis lineari-lanceolatis, fol. linearibus. *Mant.* 226.

viride. 5. M. pedunculis vnifloris cernuis. *Suppl. p.* 213.

ciliatum. 6. M. petalis vnguiculatis, fol. baſi cucullatis enſiformibus cartilagineo-ciliatis, floribus ſpicatis. *Suppl. p.* 213.

triquetrum. 7. M. fol. triquetris glabris caule longioribus, floribus ſpicatis. *Suppl. p.* 213.

monope-

monopetalum. 8. M. corolla monopetala, fol. cucullatis lanceolatis. *Suppl. p. 213.* (*Houttuyn Nat. hiſt. 12. t. 85. f. 2.*)

455. MEDEOLA. *Cal.* o. *Cor.* 6-partita, reuoluta. *Bacca* 3-ſperma.

virginicum. 1. M. foliis verticillatis, ramis inermibus.

aſparagoides. 2. M. fol. pinnatis: foliolis alternis. *Mant. 370.* (Fol. alternis ouatis baſi ſubcordatis obliquis. *Ait. l. c. Ab eo* M. anguſtifolia *Mill. fol. altern. ouato-lanceolatis diſtincta eſt. Cfr. Aiton. l. c.*)

456. TRILLIVM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* 3-locularis.

cernuum. 1. T. flore pedunculato cernuo. (*Smith. ſpicil. t. 4.*)

erectum. 2. T. flore pedunculato erecto.

ſeſſile. 3. T. flor. ſeſſili erecto. (*Curt. bot. Mag. t. 40.*)

457. COLCHICVM. *Spatha. Cor.* 6-partita: tubo radicato. *Capſulae* 3 connexae, inflatae.

autumnale. 1. C. foliis planis lanceolatis erectis. (*I. Hedwig's Sammlung etc. t. 4.*)

montanum. 2. C. fol. linearibus patentiſſimis.

variegatum. 3. C. fol. vndulatis patentibus.

458. HELONIAS. *Cor.* 6-petala. *Cal.* o. *Capſ.* 3-locularis.

bullata. 1. H. foliis lanceolatis neruoſis. Veratrum racemo ſimpliciſſimo, corollis patentibus, ſtaminibus longioribus. *Mill. ic. 181. t. 272.*

aſphodeloides. 2. H. fol. caulinis ſetaceis. Aſphodelus minor albus. *Pluk. mant. 29. t. 342. f. 3.*

TETRAGYNIA.

459. PETIVERIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Sem.* 1: apice ariſtis reflexis.

alliacea. 1. P. floribus hexandris. *Trew. Ehret. 33. t. 67. — Mill. illuſtr. ic.* M.

octandra. 2. P. flor. octandris. *Iacq. amer. 201. — Ed. 2. pict. p. 52. t. 104. — Simillima priori excepto numero ſtaminum conſtanti.* (*Cum priore vnam eandemque ſpeciem eſſe, affirmat meritiſſimus Swartz, qui hocce genus potius ad* Heptandriam

Monogyniam *transferendum velit*, *cum* ſtaminum *numerus ſeptenarius vulgatiſſimus*, ſtylus *lateralis*, *et* ſtigma *penicilliforme eſt. vid. Obſ. bot. 138.*)

POLYGYNIA.

460. ALISMA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Sem.* plura. (*Capſ.* plures, coriaceae, 1-loculares. *Sem.* conduplicatum. *Gaertn.*)

Plantago. 1. A. foliis ouatis acutis, fructibus obtuſe trigonis. *Fl. dan. t. 561.* — *Mill. illuſtr. ic.* M. *β.* Plantago aquatica anguſtifolia. *Bauh. pin. 190.*

flaua. 2. A. fol. ouatis acutis, pedunc. vmbellatis, fruct. globoſis. (*Plum. Spec. 7. t. 115.*)

Damaſonium. 3. A fol. cordato-oblongis, flor. hexagynis, capſ. ſubulatis. (*Curt. Fl. lond. ic.*)

cordifolia. 4. A. fol. cordatis obtuſis, flor. dodecandris, fructibus vncinato-mucronatis. (*Plum. l. c. t. 234. f. 2. Flores Sagittariae Swartz.*)

natans. 5. A. fol. ouatis obtuſis, pedunc. ſolitariis. Aliſma foliis gramineis et ouatis, caule repente, vmbella pauciflora. *Linn. Fl. gott. 112. Capſulae ſaepius 8. Flores nonnulli ex eadem ſpatha.* (*Pro diuerſo loco natali folia valde variant. Omnes hae varietates vero petalis integerrimis, et ſem. ſtriatis nitidis conueniunt. Roth. Fl. germ. II. p. 400.*)

ranunculoides. 6. A. fol. lineari-lanceolatis, fruct. globoſo-ſquarroſis. *Fl. dan. t. 122.* (*Pet. crenata. Sem. ſcabra.*)

ſubulata. 7. A. foliis ſubulatis.

parnaſſifolia. 8. A. fol. cordatis acutis, petiolis articulatis. *Baſſ. act. bonon. 1768. Mant. 371. Syſt. nat. 3. p. 230. Aliſma plicata foliis patulo-cordatis. Tourell. pilat. 140.* Ranunculus paluſtris, flore albo, graminis parnaſii folio. *Till. piſ. 145. t. 46. f. 1.*

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

461. TRIENTALIS. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita, plana. *Bacca* 1-locularis, ſicca.

1345. DISANDRA. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita, plana. *Capſ.* 2-locularis.

462. AESCVLVS. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala, inaequalis. *Capſ.* 3-locularis, 2-ſperma.

* *Gerania africana.*

DIGYNIA.

463. LIMEVM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, aequalis. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.

TETRAGYNIA.

464. SAVRVRVS. *Cal.* amentum. *Cor.* nulla. *Piſtill.* 4. *Baccae* 4, monoſpermae.

1387. APONOGETON. *Cal.* amentum. *Cor.* nulla. *Capſ.* 3-ſpermae.

HEPTAGYNIA.

465. SEPTAS. *Cal.* 7-partitus. *Cor.* 7-petala. *Germina* 7. *Capſ.* 7, polyſpermae.

MONOGYNIA.

461. TRIENTALIS. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita, aequalis, plana. *Bacca* exſucca.

europaea. 1. T. fol. lanceolatis integerrimis. *Kalm. canad. 2. p. 263. Fl. dan. t. 86.* (*Tota plantula et magis in foliorum marginibus glandulis, vti in Meſembryanthemis, obtecta.*)

1345. DISANDRA. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita plana. *Capſ.* 2-locularis. *Suppl. p.* 32.

OBSERV. Flos numero maxime variat.

proſtrata. 1. DISANDRA. Sibthorpia *peregrina*, fol. reniformibus crenatis, pedunculis geminis *Syſt. nat.* 421. *Sp. plant.* 880. *Caules pedales ſ. bipedales, proſtrati, teretes, pubeſcentes. Folia alterna, petiolata, reniformi-orbiculata, 30 crenata, pubeſcentia. Pedunculi axillares, bini, rarius* 1. *ſ.* 3. *erecti, filiformes, vniflori, petiolis altiores. Corollae luteae. An* Sibth. africana *vere diſtincta ſpecies? Floris partes omnium maxime numero inconſtantes: ſeptenarius numerus frequentiſſimus eſt; quinarius naturaliſſimus, ſed rariſſimus, certe in culta.* (*Curt. bot. Mag. t.* 218.)

462. AESCVLVS. *Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus, ventricoſus. *Cor.* 5-petala, inaequaliter colorata, calyci inſerta. *Capſ.* 3-locularis.

Hippocaſtanum. 1. AE. floribus heptandris. — *Mill. illuſtr. ic.* M. (Flor. heptandris patentibus. *Gmel. Syſt. nat. Lin. II. p.* 505. *Flor. patenti-planis, fol. ſeptenis differt ab* Aeſc. lutea *v. Wangenheim, cui flor. etiam 7-andri, ſed clauſi ſunt.*)

Pauia. 2. AE. floribus octandris. *Flores in vtraque Hermaphroditos et Maſculos obſeruauit Dav. Royenus, Millerus. Huic calyx et corolla ſanguinea. Flores vmbellati. Corolla 4-petala, clauſa.* (*Trew. Ehret. t.* 15. *Schmidt öſterr. Baumz.* I. *t.* 39. *Haec et antecedens ſpecies vere ſunt plantae* polygamae, *quare hac ex claſſe, niſi illa generum tam pauperrima eſſet, potius excludendae.*)

DIGY-

D I G Y N I A.

463. LIMEVM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, aequalia. *Capſ.* globoſa, bilocularis.

africanum. 1. L. foliis oblongis petiolatis. *Suppl. p. 214.* Limeum africanum. *Syſt. ed. 13. p. 291.*

aphyllum. 2. L. fol. ouatis ſeſſilibus. *Suppl. p. 214.*

T E T R A G Y N I A.

464. SAVRVRVS. *Cal* amentum ſquamis 1-floria. *Cor.* o. *Germina* 4. *Bacca* 4, monoſpermae.

cernuus. 1. S. caule folioſo polyſtachio. — *Mill. illuſtr. ic.* M. (*Cfr. Scopoli Deliciae inſubricae III. p. 67.*)

1387. APONOGETON. *Cal.* amentum. *Cor.* o. *Capſulae* 3-ſpermae. *Suppl. p.* 32.

monoſtachyon. 1. A. ſpica ſimplici, foliis cordato-oualibus. *Suppl. p. 214.* Saururus natans. *Mant.* 227. *Syſt. ed. 13. p. 291.* Parua-Kelanga *Rheed. mal. 11. p. 31. t. 15.*

diſtachyon. 2. A. ſpica bipartibili, fol. elliptico-lanceolatis. *Suppl. p. 215.* (A. *diſtachion*, ſpica bifida, fol. lineari-oblongis natantib. bracteis integris, flor. polyandris. *Ait. Kew. I. p. 495. quibus notis diverſum e ſequente, quod ſecundum auctorem a Linnaeo, fil., cum hacce ſpecie confuſum fuit:* A. anguſtifolium, *cui fol. erecta, bract. 2-partita, flor. 6-andri trigyni. Ait. l. c.*)

H E P T A G Y N I A.

465. SEPTAS. *Cal.* 7-partitus. *Petala* 7. *Germina* 7. *Capſulae* 7, polyſpermae.

capenſis. 1. SEPTAS. *Pluk. mant. 65. t. 340. f. 9.* (*Ab ill. Thunbergio hocce genus generi* Craſſula *eſt inſertum ſub nomine:* Craſſula *Septas*, fol. connatis crenatis ſubrotundis, caule ſubaphyllo vmbellifero. *Pl. cap. prodr. p. 57.*)

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores completi.*

478. MIMVSOPS. *Cor.* 8-petala. *Cal.* 8-phyllus, inferus. *Drupa.*

466. TROPAEOLVM. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus, inferus, calcaratus. *Baccae* 3, 1-ſpermae.

491. BAECKEA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Capſ.* 4-locularis.

481. MEMECYLON. *Cor.* 4-petala. *Cal.* integerrimus, ſuperus.

475. COMBRETVM. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 5-dentatus, ſuperus. *ſem.* 4.

1304. OPHIRA. *Cor.* 4-petala, ſupera. *Cal.* o. inuolucr. 2-value, triflorum. *Bacca* 1-locularis.

471. EPILOBIVM. *Cor.* 4-petala, *Cal.* 4-phyllus, ſuperus. *Capſ.* 4-locularis. *Sem.* pappoſa!

470. GAVRA. *Cor.* 4-petala, *Cal.* 4-fidus, ſuperus. Nux 4-ſperma.

469. OENOTHERA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, ſuperus. *Capſ.* 4-locularis. *Anther.* lineares.

468. RHEXIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, medius. *Capſ.* 4-locul. *Anth.* arcuatae.

467. OSBECKIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, medius. *Capſ.* 4-locul. *Anth.* roſtratae.

474. GRISLEA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Capſ.* 1-locularis.

1305. GVAREA. *Cor.* 4-petala nectario cylindrico. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Capſ.* 4-locularis, 4-valuis. *Sem.* ſolitaria.

1257. ANTICHORVS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Capſ.* 4-locul. 4-valuis, polyſperma

476. ALLOPHYLLVS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Stylus* bifidus.

479. IAMBOLIFERA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Filamenta* planiuſcula.
482. LAWSONIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, inferus. *Bacca* 4-locularis.
472. MELICOCCA. *Cor.* 4-petala, refracta. *Cal.* 4-partitus. *Drupa* corticoſa. *Stigm.* peltat. anceps.
473. AMYRIS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Bacca* 1-ſperma.
128. FVCHSIA. *Cor.* 8-fida. *Cal.* nullus, ſuperus. *Bacca* 4-locularis, polyſperma.
1258. CHLORA. *Cor.* 8-fida. *Cal.* 8-phyllus, inferus. *Capſ.* 1-locul. 2-valuis, polyſperma.
483. VACCINIVM. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-dentatus, ſuperus. *Filam.* receptaculi. *Bacca.*
484. ERICA. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Filam.* receptaculi. *Capſula.*

* *Aeſculus Pauia.* * *Dais octandra.*
* *Monotropa Hypopithys.* * *Fagara octandra.*
* *Ruta graueolens.* * *Melaſtoma octandra.*
* *Iuſſieua erecta, ſuffruticoſa.* * *Elais ſerrata.*
* *Portulaca quadrifida.*

** *Flores incompleti.*

487. GNIDIA. *Cal.* 4-fidus, corollinus. *Pet.* 4, parua. *Stam.* exſerta.
490. LACHNAEA. *Cal.* 4-fidus, corollinus, inaequalis. *Stam.* exſerta.
486. DIRCA. *Cal.* elimbis, corollinus, inaequalis. *Stam.* exſerta.
485. DAPHNE. *Cal.* 4-fidus, corollinus, aequalis. *Stam.* incluſa. *Bacca* pulpoſa.
489. PASSERINA. *Cal.* 4-fidus, corollinus, aequalis. *Stam.* ſupra corollam.
488. STELLERA. *Cal.* 4-fidus, corollinus, aequalis. *Stam.* incluſa. *Sem.* vnicum.
1303. DODONAEA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* bina.

Riuina octandra.

DIGYNIA.

293. WEINMANNIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 2-locularis, 2-roſtris.

494. MOEHRINGIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 1-locularis.

1388. CODIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Receptaculum commune* inuolucratum.

1259. SCHMIDELIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Pericarp.* 2, pedicellata.

492. GALENIA. *Cor.* o. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 2-locul., 2-ſperma.

* *Chryſoſplenium.*

TRIGYNIA.

497. PAVLLINIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 3-locul., 1 ſperma.

498. CARDIOSPERMVM. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 3-locul., 1-ſperma.

449. SAPINDVS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 3-cocca, 1-ſperma.

496. COCCOLOBA. *Cor.* o. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* calycina, 1-ſperma.

495. POLYGONVM. *Cor.* o. *Cal.* 5-partitus. *Sem.* 1, nudum.

TETRAGYNIA.

501. ADOXA. *Cor.* 4-f. 5-fida, ſupera. *Cal.* 2-phyllus. *Bacca* 4-f. 5-ſperma.

502. ELATINE. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 4-locularis.

500. PARIS. *Cor.* 4-petala, ſubulata. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 4-locularis.

1389. HALORAGIS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus. *Drupa* ſicca. *Nux* 4-locularis.

* *Cotyledon laciniata, nudicaulis.*

* *Retiueria octandra.*

MONO-

MONOGYNIA.

466. TROPAEOLVM. *Cal.* 1-phyllus, calcaratus. *Petala* 5, inaequalia. *Baccae* 3, ſiccae.

minus. 1. T. foliis peltatis repandis, petalis acuminato-ſetaceis. (*Curt. bot. mag. t. 89. Pet. margine dentato-ciliata. Fol. nerui in mucronem prominent.*)

maius. 2. T. fol. peltatis ſubquinquelobis, petal. obtuſis.

hybridum. 3. T. fol. ſubpeltatis quinquelobis integerrimis, petalis variantibus. *Mant. 64. Planta nouiter orta e praecedenti. Nectarium obtuſum. Corolla vix vnquam determinata. Semina vix producit, ramis multiplicanda.*

peregrinum. 4. T. fol. ſubpeltatis quinquelobis dentatis, petalis ciliato-laceris. *Mant. 371.*

467. OSBECKIA. *Cal.* 4-fidus: *Lobis* ſquama ciliari interſtinctis. *Cor.* 4-petala. *Antherae* roſtratae. *Capſ.* 4-locularis, calycis tubo truncato cincta.

chinenſis. 1. O. foliis ſeſſilibus, pedunculis axillaribus trifloris bracteatis. *Suppl. p. 215.* Osbeckia chinenſis. *Syſt. ed. 13. p. 295.* (*Gaertn. de fr. II. p. 202. t. 126. Capſ. calyce ſibi adnato hiſpido veſtita ſetisque rigidis confertis.* G.)

zeylanica. 2. O. fol. petiolatis, pedunculis axillaribus vnifloris nudis. *Suppl. p. 215.*

468. RHEXIA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4, calyci inſerta. *Antherae* declinatae. *Capſ.* 4-locularis, intra ventrem calycis.

virginica. 1. R. foliis ſeſſilibus ſerratis, calycibus glabris.

mariana. 2. R. fol. ciliatis. (*Gaertn. l. c. p. 143. t. 112.*)

Aciſanthera. 3. R. flor. alternis axillaribus pedunculatis quinquefidis.

juſſioides. 4. R. fol. alternis coſtatis margine ſcabris. *Suppl. p. 215.*

glutinoſa. 5. R. fol. oppoſitis trineruiis laeuibus, floribus thyrſoideis. *Suppl. p. 216.*

469. OENOTHERA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Capſ.* cylindrica, infera. *Sem.* nuda.

biennis. 1. OE. foliis ouato-lanceolatis, planis, caule muricato villoſo. *Fl. dan. t. 446. — Mill. illuſtr. ic.* M.

paruiflora. 2. OE. fol. ouato-lanceolatis planis, caule laeui ſubuilloſo. Oenothera foliis lanceolatis dentatis, caule hiſpido. *Mill. ic. 189. f. 1. Caulis ruber, ſcaber. (Fruct. apex coronatus margine 4-fido, in Sp. pl. p. 492. dicitur 8-fido, dentib. emarginatis. Caulis pili tuberculis rubris, quae in priore minora viridia ſunt, inſident. Schrank. obſ. bot. in botan Magaz. 7. p. 8.)*

muricata. 3. OE. fol. lanceolatis planis, caule purpuraſcente muricato. — *Murr. in comm. gott. 1775. p. 24. t. 1.* M. *Similis paruiflorae, ſed Fructus os non 8-fidum. Caulis puncta rubra ſparſa. Ex Canada.*

longiflora. 4. OE. fol. denticulatis, caul. ſimplicibus piloſis, petalis diſtantibus bilobis. *Mant. 227. — Iacq. hort. v. 2. t. 172.*

octoualuis. 5. OE. fol. lanceolato-oblongis acuminatis planis glabris. — *Iacq. amer. pict. p. 52. t. 105.* M. (*Cel. Swartz obſ. bot. p. 141. charactéri generico cal.* tubulatum *addens, hanc ſpeciem vna cum* Oe. hirta *ob defectum* tubi *ad genus:* Iuſſieua *retulit, numero ſtaminum, quo differunt, diagnoſibus inſerto.*)

molliſſima. 6. OE. fol. lanceolatis vndulatis, (pubeſcentibus molliſſimis.)

hirta. 7. OE. hirta, fol. ſupra glabris.

ſinuata. 8. OE. fol. dentato-ſinuatis, caulis apice nutante. *Mant. 228. — Murr. in comm. gott. 1774. p. 44. t. 9.* M. Lyſimachia corniculata maritima, ſinuatis et pubeſcentibus foliis, virginiana. *Pluk. alm. 235. t. 203. f. 3. (Capſ. priſmaticis. Aiton.)*

fruticoſa. 9. OE. fol. lanceolatis ſubdentatis, capſul. pedicellatis acutangulis, racemo pedunculato. Oenothera foliis lanceolatis, floribus terminalibus paniculatis *Gouan. hort. 193. Flores parui albi. (L'Herit. ſtirp. nov. II. t. 5.)*

pumila. 10. OE. fol. lanceolatis obtuſis glabris ſubpetiolatis, caul. proſtratis, capſul. acutangulis.

470. GAURA. *Cal.* 4-fidus, tubuloſus. *Cor* 4-petala, adſcendens verſus latus ſuperius. *Nux* infera, 1-ſperma, 4-angula.

biennis.

biennis. 1. GAVRA. (*Iacq. Ic. pl. rar.* Drupa *corticoſa 2-locularis. Med. Philoſoph. bot. p. 156.* Fruct. *4-locularis:* loculis *3-ſpermis, quorum 2 ſemina abortiunt. Schkuhr bot. Handb. p. 325. t. 105.*)

471. EPILOBIVM. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Capſ.* oblonga, infera. *Sem.* pappoſa.

* *Staminibus declinatis.*

anguſtifolium. 1. E. foliis ſparſis lineari-lanceolatis (venoſis), flor. inaequalibus. *Fl. dan. t. 289.* (*Var. γ. Sp. pl. p. 494.* ſ. E. roſmarinifolium *Haenke*, E. anguſtiſſimum *Ait.* fol. linearibus aueniis, flor. aequalibus, *nunc vt ſpecies diſtinguitur.* Cfr. *iconem in Curt. bot. Mag. nr. 76.*)

latifolium. 2. E. fol. alternis lanceolato-ouatis, flor. inaequalibus. *Fl. dan. t. 565.* (*Fol. ſubtomentoſa.*)

** *Staminibus erectis regularibus, petalis bifidis.*

hirſutum. 3. E. fol. oppoſitis lanceolatis ſerratis decurrenti-amplexicaulibus. *Fl. dan. t. 326.* (*Etiam in duas diſpeſcitur ſpecies, nimirum in* E. grandiflorum, *Roth*, caule ramoſiſſimo corol. calyce triplo maiore, ſtigmate craſſo 4-lobo, *et in* L. villoſum *Hudſ.*, caul. villoſo ſimplice, fol. lanceolatis mollibus, ſtigm. 3-lobo.)

montanum. 4. E. fol. oppoſitis ouatis dentatis. (*Fl. dan. t. 922.*)

tetragonum. 5. E. fol. lanceolatis denticulatis: imis oppoſitis, caule tetragono. *Stigma certiſſime integerrimum. Willich obſ. 69.?*

paluſtre. 6. E. fol. oppoſitis lanceolatis integerrimis, petal. emarginatis, caule erecto. *Fl. dan. t. 347.?*

alpinum. 7. E. fol. oppoſitis ouato-lanceolatis integerrimis, ſiliquis ſeſſilibus, caule repente. *Fl. dan. t. 322.*

1257. ANTICHORVS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Capſ.* ſupera, ſubulata, 4-locularis, 4-valuis. *Sem.* plurima.

depreſſus. 1. ANTICHORVS. *Mant. 64. Corchoro affinis, puſilla, procumbens planta.* (*Et ſecundum Gaertner vix ab eo ſeparari meretur. Vid. de Fruct. II. p. 144.*)

475. COMBRETVM. *Cal.* 4-dentatus, campanulatus, ſuperus. *Cor.* 4-petala, calyci inſerta. *Stam.* longiſſima. *Sem.* 1, quadrangulare: angulis membranaceis.

laxum. 1. C. ſpicis laxis. — *Iacq. amer. pict. p.* 53. M. (*Flor. racemoſo-ſpicati. Fol. magna integra nervoſa nunc anguſtiora, nunc ouato-lanceolata. Swartz obſ. bot. p.* 145.)

ſecundum. 2. C. ſpicis ſecundis. — *Iacq. amer. p.* 53. *t.* 260. *f.* 26. M.

474. GRISLEA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4 ex inciſuris calycis. *Filamenta* longiſſima, adſcendentia. *Capſ.* globoſa, ſupera, 1-locularis, polyſperma.

ſecunda. 1. GRISLEA.

476. ALLOPHYLLVS. *Cal.* 4-phyllus: foliolis orbiculatis: oppoſitis minoribus. *Petala* 4, calyce minora. *Germen* didymum. *Stigma* 4-fidum.

zeylanicus. 1. ALLOPHYLLVS.

478. MIMVSOPS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Nectar.* 16-phyllum. *Drupa* acuminata.

Elengi. 1. M. foliis alternis remotis. *Rumph. amb.* 3. *t.* 63. (Cal. *8-partitus: foliol. alternis maioribus.* Bacca *vndique punctis calloſis ſcabra 1-locularis.* Semen *durum nitidum. Gaertn. de fr.* 1. *p.* 198. *t.* 72.)

Kanki. 2. M. fol. confertis. *Rumph. amb.* 3. *t.* 8.

479. IAMBOLIFERA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala, infundibulif. *Filamenta* planiuſcula. *Stigm.* ſimplex.

pedunculata. 1. IAMBOLIFERA. Iambolana. *Rumph. amb.* 1. *p.* 131. *t.* 24. Coryophyllus Tangu aromaticus malabaricus, folio et fructu maximo. *Pluk. alm.* 88. *t.* 274. *f.* 2. *Burm. Panicula et Flores ad Myrtum accedunt.* (*Perianth. 1-phyll. breuiſſ. lacin. rotundatis. Petala 4, lineari-lanceolata, patentia, intus tomentoſa. Fol. petiol. oppoſita lanceolato-elliptica. Vahl. Symb. bot. III. p.* 53. *t.* 61.)

472. MELICOCCA. *Cal.* 4-partitus, *Petala* 4, reflexa infra calycem. *Stigm.* ſubpeltatum. *Drupa* coriacea.

biiuga. 1. MELICOCCA. *Iacq. amer.* 108. *t.* 72. — Melicoccus biiugatus. *Iacq. amer. pict. p.* 55. M. (*Drupae nucis moſchatae duplo maiores, cortice tenui ſubfragili, nucem conſiſtentia gelatinoſa acidodulci* vitello oui *haud abſimili, indutam, tegente. Swartz obſ. l. c. p.* 146. *Secundum quem etiam planta* polygama eſt. *Cfr. quoque Gaertner l. c. p.* 197. *Cui fructus eſt* Bacca 1-*locularis*, Semen *baccatum.*)

1305. GVAREA. *Cal.* 4-dentatus. *Petala* 4. *Nectarium* cylindricum, ore Antheras gerens. *Capſ.* 4-locularis, 4-valuis. *Sem.* ſolitaria.

trichilioides. 1. GVAREA. *Mant.* 22. — *Iacq. amer. pict. p.* 53. M. Trichilia Guara. *Sp. plant.* 551. Jito *Marcgr. braſ.* 169. *Piſ. braſ.* 79. *t.* 80.

473. AMYRIS. *Cal.* 4-dentatus. *Petala* 4, oblonga. *Stigma* tetragonum. *Bacca* drupacea.

Elemifera. 1. A. foliis ternatis quinato-pinnatisque ſubtus tomentoſis. Cornus racemoſa trifolia et quinquefolia. *Plum. ic.* 100. Iccariba. *Marcgr. braſ.* 98. *Diſtinguenda a ſequenti.* (*Plenk Pl. officin. t.* 297.)

ſyluatica. 2. A. fol. ternatis crenatis acutis *Iacq. amer.* 107. *Iacq. amer. pict. p.* 55. *t.* 108. *In ramo depicto duo folia pinnata quoque occurrunt.* M.

maritima. 3. A. fol. ternatis crenulatis obtuſis. — *Iacq. amer. pict. p.* 55. M. *An varietas praecedentis?* (*Cel. Swartz l. c. p.* 148. *etiam dubitat, an quoad ſpeciem inter ſe differant.*)

gileadenſis. 4. A. fol. ternatis integerrimis, pedunc. vnifloris lateralibus. *Mant.* 65. (A. *gileadenſis* fol. ternatis quinato-pinnatisque glabris, pedunculis vnifloris. *Vahl Symb. bot.* 2. *p.* 106.)

Opobalſamum. 5. A. fol. pinnatis: foliolis ſeſſilibus. *Mant.* 65. (*Secundum Vahlium ex rationibus l. c. datis a priore non diuerſum.*)

toxifera. 6. A. fol. pinnatis: foliolis petiolatis planis.

Protium. 7. A. fol. pinnatis; foliolis petiolatis vndulatis. *Mant.* 65. Protium iauanicum. *Burm. ind.* 88.

ambroſiaca. 8. A. fol. pinnatis petiolatis, paniculis confertis axillaribus. *Suppl. p. 216.*

balſamifera. 9. A. fol. biiugis. (*Cfr. Swartz. l. c. p. 149.*)

470. XIMENIA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4, piloſa, reuoluta. *Drupa* monoſperma.

americana. 1. X. foliis oblongis pedunculis multifloris. — *Iacq. amer. pict. p. 54. t. 107.* M. *An ſtamina 7?* (Octo *commemorat Swartzius l. c.*)

inermis. 2. X. fol. ouatis, pedunc. vnifloris.

128. FVCHSIA. *Cal.* nullus *Cor.* 8-fida. *Bacca* infera, 4-locularis, polyſperma.

triphylla. 1. F. pedunculis vnifloris. *Plum. ic. 133. f. 1.* (Cfr. *C. L. Willdenow in Annalen der Bot. St. 3. p. 37.*)

multiflora. 2. F. pedunc. multifloris. *Mutis.*

excorticata. 3. F. pedunc. axillaribus vnifloris, fol. ouatis alternis. *Suppl. p. 217.*

1258. CHLORA. *Cal.* 8-phyllus. *Cor.* 1-petala, 8-fida. *Capſ.* 1-locularis, 2-valuis, polyſperma.

perfoliata. 1. C. foliis perfoliatis. Gentiana perfoliata. *Sp. pl. 1671.* Blackſtonia. *Hudſ. angl. 146.* *β.* Centaurium puſillum luteum. *Bauh. pin. 278.* Centaurium nouum. *Col. ecphr. 2. p. 78.* (*Sowerby engl. bot. t. 60. Styl. erectus ſimplex, ſtigmata 2, ouata, 2-partita. Cyrill. Comment. p. 31. t. 2. f. 5.*)

imperfoliata. 2. C. corollis ſexfidis. *Suppl. p. 218.*

quadrifolia. 3. C. fol. quaternis. Gentiana quadrifolia. *Sp. pl. 1671.*

dodecandra. 4. C. fol. oppoſitis. Chironia dodecandra. *Sp. pl. 273.*

1303. DODONAEA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 3-locularis, inflata, (3-alata.) *Sem.* bina.

viſcoſa. 1. D. foliis oblongis. *Suppl. p. 258. Hort. cliff. 144. Iacq. amer. 109. — Ed. 2. pict. p. 56.* M. *Fabric. helmſt. 2. p. 430.* Ptelea viſcoſa. *Sp. plant. 173.* Staphylodendron foliis lauri anguſtis. *Pluk. ic. 247. f. 2.* Thlaſpidioides arboreſcens, fructu racemoſo. *Barrer. aequin. 109.* (*Trew. Ehret. 12. t. 9.*)

anguſtifolia. 2. D. fol. linearibus. *Suppl. p. 218.* (*Etiam polygama eſt. Fol. lanceolato-linearia, margine reuoluta. Swartz.*)

482. LAWSONIA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Stamina* 4 parium. *Capſ.* 4-locularis, polyſperma.

inermis. 1. L. inermis, foliis ſubſeſſilibus ouatis vtrinque acutis. *Suppl. p. 219.* Lawſonia inermis. *Syſt. ed. 13. p. 300.* (*Plenk Pl. officin. t. 296.*)

Acronychia. 2. L. inermis, fol. longe-petiolatis cuneiformibus. *Suppl. p. 219.* (*Forſt. charact. gen. t. 27.*)

ſpinoſa. 3. L. ramis ſpinoſis. (Alcanna ſpinoſa. *Gaertn. de fr. II. p. 133. t. 110.*)

481. MEMECYLON. *Cal.* ſuperus fundo ſtriato, margine integerrimo. *Cor.* 1-petala. *Anth.* inſertae lateri apicis filamenti. *Bacca* coronata calyce cylindrico.

capitellatum. 1. M. foliis ouatis. (*Cfr. alteram ſpeciem apud Retz Obſ. bot. 4. p. 26. Ad hoc quoque genus, ſed dubitanter,* Samara laeta L. *retulit b. Gaertner.*)

483. VACCINIVM. *Cal.* ſuperus. *Cor.* 1-petala. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Bacca* 4-locularis, polyſperma.

* *Foliis annotinis ſ. deciduis.*

Myrtillus. 1. V. pedunculis vnifloris, foliis ſerratis ouatis deciduis, caule angulato. (*Baccam vt plurimum 5-locularem, et Stamina 10 obſeruauit Schkuhr, bot. Handb. p. 330. t. 107. Secundum quem Filamenta* germini, *nec* receptaculo inſerta *rectius dicenda.*)

ſtamineum. 2. V. pedunc. ſolitariis vnifloris, antheris corolla longioribus, fol. oblongis integerrimis. (*Fol. oblongo-ouata, inferne ſubglauca. Ait. Kew. II. p. 6.*)

vliginoſum. 3. V. pedunc. vnifloris, fol. integerrimis obouatis obtuſis laeuibus. *Fl. dan. t. 231. Tenella folia baſi ciliata.* (*Folia, inprimis ſumma, nonnunquam colore amoene rubro.*)

hirtum. 4. V. pedunc. vnifloris, fol. ouatis ſerratis, racemis teretibus diuaricatis. *Thunb. iap. p. 155.* M.

album. 5. V. pedunc. ſimplicibus, fol. integerrimis ouatis ſubtus tomentoſis.

mucronatum. 6. V. pedunc. ſimpliciſſimis vnifloris, fol. ouatis mucronatis glabris integerrimis.

corymboſum. 7. V. floribus corymboſis ouatis, fol. oblongis acuminatis integerrimis.

frondoſum. 8. V. racemis filiformibus folioſis, fol. oblongis integerrimis. (V. *frondoſum*. racemis bracteatis, coroll. ſubcampanulatis, fol. ouato-oblongis integerrimis deciduis. *Ait. l. c. p. 11.*)

liguſtrinum. 9. V. racem. nudis, caule fruticoſo, fol. crenulatis oblongis.

bracteatum. 10. V. racem. foliatis, fol. ſerratis acutis. *Thunb. iap. p. 156.* M.

ciliatum. 11. V. racem. foliatis, fol. ouatis integris hiſpidis. *Thunb. l. c.* M.

Arctoſtaphylos. 12. V. flor. racemoſis, fol. crenulatis ouatis acutis, caule arboreo.

** *Foliis ſemperuirentibus.*

Vitis idaea. 13. V. racem. terminalibus nutantibus, fol. obouatis reuolutis integerrimis ſubtus punctatis. *Fl. dan. t. 40.*

Oxycoccos. 14. V. fol. integerrimis reuolutis ouatis, caulib. repentibus filiformibus nudis. *Fl. dan. t. 80.* (Schollera Oxycoccos. *Roth. Germ. II. p. 442.* *Ob* Corollam *4-petalam reuolutam*, Filam. *conniuentia et* Anth. *tuboloſas, 2-partitas.*)

hiſpidulum. 15. V. fol. integerrimis reuolutis ouatis, caulib. repentibus filiformibus hiſpidis. (Arbutus thymifolia. *Ait. l. c. p. 72.*)

484. ERICA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Antherae* bifidae. *Capſ.* 4-locularis. *)

* *Antheris ariſtatis, foliis compoſitis.*

vulgaris. 1. E. antheris ariſtatis, corollis campanulatis ſubaequalibus, calicibus duplicatis, foliis oppoſitis ſagittatis. *Fl. dan. t. 677.* M. (*Schkuhr Handb. t. 102. Glandulae nectariſ. cum filamentis alternant. Cyrill. Comment. p. 31.*)

lutea. 2. E. anth. ariſtatis, cor. ouatis acuminatis, flor. congeſtis, fol. oppoſitis linearibus. *Mant. 234.*

Corollae

Erica daboecia: *vide* Andromedam Daboeciam, *quae octandra flore quaquadrifido Ericae, ſed antheris et habitu Andromedae.*

*) *Cfr.* C. P. THVNBERG *Monographia de Erica. Vpſ. 1785, quae etiam recuſa eſt in:* P. VSTERI *Delectus opuſculorum botanicorum Vol. 2 Argent. 1793. E cuius opello, breuitati ſtudens, nonnullas differentias ſpecificas modo, quamuis omnes ad naturam ſunt emendatae, recipere potui.*)

Corollae luteae. (E. *lutea*, ariſtata, fol. oppoſitis lineari-trigonis glabris. *Thunb. de Erica. n. 49.*)

—— *foliis ternis.*

halicacaba. 3. E. anth. ariſtatis, cor. ouatis inflatis, ſtylo incluſo, flor. ſolitariis, fol. ternis. *Corolla magnitudine glandis quernae.* (*Kew Plants ic. Corollae laciniae in mucronem conniuentes.*)

regerminans. 4. E. anth. ariſtatis, cor. ouatis, ſtylo incluſo, cal. acutis, flor. racemoſis, fol. ternis. *Mant. 232. Ramus ſpicam continuans.*

monſoniana. 5. E. anth. ariſtatis, cor. oblongis inflatis, ſtylo incluſo, calyce calyculato, flor. terminalibus ramulorum obtuſorum, fol. ternis. *Suppl. p. 223. Kew Plants. ic.*)

mucoſa. 6. E. anth. ariſtatis, cor. ſubgloboſis mucoſis, ſtylo incluſo, fol. ternis. *Mant. 232.*

bergiana. 7. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, cal. reflexis, fol. ternis. *Mant. 235.*

depreſſa. 8. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, flor. raris, fol. ternis, caul. depreſſo. *Mant. 230.*

pilulifera. 9. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, fol. ternis, flor. vmbellatis. *Corollae globoſo-campanulatae.*

viridipurpurea. 10. E. anth. ariſtatis. cor. campanulatis, ſtylo incluſo, fol. ternis, flor. ſparſis. *Variat foliis quaternis.* (E. *vireſcens*, ariſtata, fol. ternis lanceolatis glabris, flor. racemoſis ſecundis. *Thunb. l. c. nr. 59.*)

pentaphylla. 11. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, fol. ternis, flor. pubeſcentibus. Erica vrceolaris. *Berg. cap. 107.*

nigrita. 12. E. antheris ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, cal. imbricatis trifloris ſeſſilibus. *Mant. 65. Burm. prodr. 11.* Erica laricina. *Berg. cap. 94.* Erica afr. folio corios minore, flore albo. *Seb. muſ. 2. p. 11. t. 9. f. 7. Flores albi antheris nigris.*

planifolia. 13. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. ternis patentiſſimis. *Berg. cap. 100. Rami filiformes, repentes. Flores violacei. Folia ouata, acuta, ciliata.*

ſcoparia. 14. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis ſtigmate exſerto peltato, fol. ternis. Erica coris folio IV. *Cluſ.*

Cluſ. hiſt. 1. 42. Vulgatiſſima Luſitaniae. Folia breui diſſluunt.

arborea. 15. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. ternis, ramulis incanis. Erica coris folio 1. *Cluſ. hiſt. 1. p. 4. Flores Conuallariae albi. Caules albidi.*

veſpertina. 16. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. ternis. *Suppl. p. 221.* (*Eadem ſpecies ac* E. calycina. *Thunberg.*)

—— *foliis quaternis.*

ramentacea. 17. E. anth. ariſtatis, cor. globoſis, ſtylo incluſo, ſtigmate duplicato, fol. quaternis ſetaceis. *Mant. 65.* Erica multumbellifera. *Berg. cap. 110. Stigma inferius ſubrotundum, ſuperius quadrifidum. Flores vmbellati.* (E. *ramentacea*, criſtata, fol. quaternis trigonis integris, floribus vmbellatis, calyce lanceolato breui. *Thunb. l. c. n. 87.*)

perſoluta. 18. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, cal. ciliatis, fol. quaternis. *Mant. 230.* Erica ſubdiuaricata. *Berg. cap. 114.* (E. *perſoluta*, ariſtata, fol. ternis quaternisque trigonis glabris, flor. vmbellatis, calyce ciliato. *Thunb. l. c. n. 62.*)

Tetralix. 19. E. anth. ariſtatis, cor. ouatis, ſtylo incluſo, fol. quaternis ciliatis, flor. capitatis. *Fl. dan. t. 81. Bis in anno floret.* (*Curt. Fl. lond. ic.*)

pubeſcens. 20. E. antheris ariſtatis, cor. ouatis, ſtylo incluſo, fol. quaternis ſcabris, flor. ſeſſilibus lateralibus. *β.* E. paruiflora. *Sp. pl. 25. Corolla pubeſcens.*

abietina. 21. E. anth. ariſtatis, cor. groſſis, ſtylo incluſo, fol. quaternis, flor. ſeſſilibus. Erica folio iuniperi, floribus purpureis oblongis. *Buxb. cent. 4. p. 25. t. 41, 42. Berg. cap. 105. Corollae cylindricae, foliis duplo longiores.*

mammoſa. 22. E. anth. ariſtatis, cor. groſſis, ſtylo exſerto, fol. quaternis. *Mant. 234. Corollae ouato-cylindricae, magnae* E. cerinthoides. *Stigma turbinatum, 4-angulare.*

caffra. 23. E. anth. ariſtatis, cor. ouatis, ſtylo exſerto, fol. quaternis pubeſcentibus, flor. congeſtis. *Magnitudo Iuniperi.*

ſeſſiliflora. 24. E. anth. ariſtatis (*addo* cor. clauatis M.) ſtylo exſerto, ſpica floribus ſeſſilibus deflexis oblongis, flor. quaternis. *Suppl. p. 222.* (E. *ſpicata*, ariſtata,

ariſtata, fol. ſenis lanceolatis glabris, flor. verticillatis, calyce petiolato integro. *Thunb. l. c. nr. 71.*)

—— *foliis ſparſis.*

faſcicularis. 25. E. anth. ariſtatis, cor. groſſis, ſtylo incluſo, flor. faſciculatis, fol. pluribus linearibus truncatis. *Suppl. p. 219.* (E. *octophylla*, ariſtata, fol. octonis linearibus truncatis ſquarroſis, flor. vmbellatis. *Thunb. l. c. n. 72.*)

** *Antheris criſtatis, foliis ternis.*

triflora. 26. E. anth. criſtatis, cor. globoſo-campanulatis, ſtylo incluſo, fol. ternis flor. terminalibus. *Rami et pedunculi tomentoſi. Corollae longitudine calycis.*

baccans. 27. E. anth. criſtatis, cor. globoſo-campanulatis tectis, ſtylo incluſo, fol. ternis imbricatis. *Mant. 233.* Erica afr. glabra fruticoſa, arbuti flore. *Seb. muſ. 1. p. 32. t. 21. f. 3.*

gnaphalodes. 28. E. anth. criſtatis, cor. ouatis tectis, ſtylo incluſo, fol. ternis, ſtigmate quadripartito. *Berg. cap. 119.* Erica afr. tenuifolia, vnedonis flore. *Pluk. mant. 68. t. 346. f. 11.*

corifolia. 29. E. anth. criſtatis, cor. ouatis, ſtylo incluſo, cal. turbinatis, fol. ternis, flor. vmbellatis. *Berg. cap. 108. Stigma capitatum.*

articularis. 30. E. anth. criſtatis, cor. ouatis acuminatis, ſtylo incluſo calyce longiore, fol. ternis. *Calyx lanceolatus corolla longior, coloratus.*

calycina. 31. E. anth. criſtatis, cor. ouatis, ſtylo incluſo, cal. patentiſſimis rotatis, fol. ternis. *Erica gnaphalodes. Berg. cap. 119. Folia triquetra. Bracteae alternae. Calyx obtuſus.* (E. *calycina*, criſtata, fol. ternis ouatis integris ſubulatis glabris, floribus vmbellatis glabris, calyce nauiculari truncato cuſpidato. *Thunb. l. c. nr. 78.*)

cinerea. 32. E. anth. criſtatis, cor. ouatis, ſtylo ſubexſerto, fol. ternis, ſtigmate capitato. *Fl. dan. t. 38.* β. Erica ternis per interualla ramulis. *Bauh. pin. 486.* Erica coris folio V. *Cluſ. hiſt. 1. p. 34. Flores caeruleſcentes, (et albidi. Rami cineraſcentes. Bull. Herb. t. 237. Curt. Fl. lond. ic.*)

paniculata. 33. E. anth. criſtatis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. ternis, flor. minutis. Erica milleflora. *Berg.*

Berg. cap. 96. (Secundum Thunbergium non diverſa ab E. perſoluta.)

auſtralis. 34. E. anth. criſtatis cor. cylindricis, ſtylo exſerto, fol. ternis patentibus. *Mant. 231. Flores ſubſeſſiles. Corollae laciniae caneſcentes. Stigma capitatum.*

—— *foliis quaternis.*

phyſodes. 35. E. antheris criſtatis, cor. ouatis inflatis, ſtylo incluſo, fol. quaternis, flor. ſubſolitariis. *Berg. cap. 108. Corollae magnitudine Piſi, viſcidae.*

empetrifolia. 36. E. anth. criſtatis, cor. ouatis, fol. quaternis, flor. ſeſſilibus lateralibus. *Berg. cap. 28. Folia ſparſa, vt Lycopodii, quaſi ſpiraliter, vnde numerus eorum difficilis.*

cernua. 37. E. anth. criſtatis incluſis, flor. ouatis capitatis, calycibus ciliatis, fol. quaternis. *Montin. in n. act. vpſ. vol. 2. p. 292. tab. 9. f. 3.* Erica *cernua*, fol. quaternis ſtylo incluſo corolla ouata, calyce ciliato, floribus octonis cernuis. *Suppl. p. 222.*

retorta. 38. E. anth. ſubcriſtatis, cor. ouato-oblongis, ſtylo mediocri, fol. quaternis recuruis. *Suppl. p. 220.* Erica retorta. *Montin. in act. ſtockh. a. 1774. p. 297. tab. 7.*

*** *Antheris muticis incluſis: foliis oppoſitis.*

tenuifolia. 39. E. anth. muticis incluſis, cor. calyceque ſanguineis, fol. oppoſitis. *Berg. cap. 116.* Erica afric. corios folio minore. *Seb. muſ. 2. p. 11. t. 9. f. 8. Flores ſanguinei. Stylus incluſus.*

Paſſerina. 40. E. anth. muticis incluſis, cor. campanulatis, piſtillo exſerto, fol. oppoſitis. *Suppl. p. 221.* — *A*n Erica paſſerina *Montin. in n. act. vpſ. vol. 2. p. 289. tab. 9. fig. 1.?* M. (*Ab ill. Thunbergio Montinii ſynonymum etiam huc allegatur.*)

—— *foliis ternis.*

albens. 41. E. anth. muticis incluſis, cor. ouatis oblongis acutis, fol. ternis, racemis ſecundis. *Mant. 231. Calyx et Corolla alba.* (*A Thunbergio ad:* E. lutea *citata eſt.*)

ſpumoſa. 42. E. anth. muticis incluſis, cor. ternis calyce communi obtectis, ſtylo exſerto, fol. ternis. *Berg. cap. 103.* Erica ſcarioſa. *Berg. cap. 102. Calyx imbricatus, ſanguineus. Corollae campanulatae, flauicantes. Stylus longiſſimus, nutans.*

capitata.

capitata. 43. E. anth. muticis mediocribus, corollis tectis calyce lanato, fol. ternis, flor. ſeſſilibus. *Berg. cap. 94. Corolla ſemiquadrifida, obtuſa, calyce non longior. Antherae in meis incluſis. Stylus exſertus.* (Erica *capitata*, mutica, fol. ternis ouatis hirſutis, floribus vmbellatis, calycibus lanatis. *Thunb. l. c. nr. 15.*)

melanthera. 44. E. anth. muticis mediocribus, cor. campanulatis calyce colorato longioribus, ſtylo exſerto, fol. ternis. *Mant. 232. Calyx ſanguineus, latior quam longus. Corolla campanulato-hypocrateriformis. Antherae atrae, longitudine limbi corollae.*

Thunbergii. 45. E. anth. muticis mediocribus, corollis planis: tubo globoſo, ſtylo exſerto, fol. ternis. *Suppl. p. 220.* Erica Thunbergii. *Montin. in n. act. vpſ. vol. 2. p. 290. tab. 9. f. 2.* (E. *Thunbergii*, mutica, fol. ternis linearibus glabris, floribus vmbellatis, corollae tubo globoſo, limbo campanulato. *Thunb. l. c. n. 4.*)

abſynthioides. 46. E. anth. muticis incluſis, cor. ouato-campanulatis, ſtylo exſerto, ſtigmate infundibuliformi, fol. ternis. *Mant. 66.*

ciliaris. 47. E. anth. muticis incluſis, cor. ouatis groſſis, ſtylo exſerto, fol. ternis, racemis ſecundis. *Folia ouata, ciliata, patentiſſima. Corollae magnae, ore inaequali.*

hiſpidula. 48. E. anth. muticis incluſis, cor. ſubrotundis, fol. ſubternis ouatis acutis ciliatis, caule hiſpido. *Suppl. p. 222.*

leucanthera. 49. E. anth. muticis exſertis, flor. ternis, cor. campanulata, cal. albo, ſtylo exſerto, fol. ternis. *Suppl. p. 223.*

—— *foliis quaternis.*

tubiflora. 50. E. anth. muticis incluſis, cor. clauatis groſſis, ſtylo iucluſo, fol. quaternis ſubciliatis. Erica *Seb. muſ. 1. T. 20. f. 4. Corollae pubeſcentes laciniis lanceolatis. Stylus vix exſertus.*

curuiflora. 51. E. anth. muticis incluſis, cor. clauatis groſſis, ſtylo incluſo, fol. quaternis glabris. Erica *Seb. muſ. 2. t. 19. f. 5. Affinis praecedenti. Corollae pubeſcentes laciniis lanceolato-ſubulatis. Sed Rami piloſi et Folia glabra.*

coccinea. 52. E. anth. muticis ſubincluſis, cor. clauatis groſſis, ſtylo incluſo, cal. hirſutis, fol. quaternis. *Corollae pubeſcentes, Flores copioſi.*

cerinthoides. 53. E. anth. muticis incluſis, cor. clauatis groſſis, ſtigmate incluſo cruciato, fol. quaternis. *Flores ſubcapitati, pubeſcentes. Calyx quaſi duplicatus.* (*Curt. bot. Mag. t. 220. Rami 2-3-chotomi, fol. ciliato-ſerrata. Thunberg.*)

faſtigiata. 54. E. anth. muticis incluſis, cor. hypocrateriformibus faſciculatis, ſtylo incluſo. fol. quaternis. *Mant. 66. Flores erecti laciniis ſubcordatis rubris ſupra albis.*

cubica. 55. E. anth. muticis incluſis, cor. campanulatis acutis ſtylo incluſo, calyc. tetragonis, fol. quaternis. *Mant. 233. Folia patentia. Calyx foliolis obcordatis, carinatis.*

denticulata. 56. E. anth. muticis incluſis, cor. ouato-infundibuliformibus, ſtylo incluſo, cal. denticulatis, fol. quaternis. *Mant. 229. Flores ſubfaſciculati.* (Erica dentata. *Thunb.*)

viſcaria. 57. E. anth. muticis incluſis, cor. campanulatis glutinoſis, ſtylo incluſo, fol. quaternis, flor. racemoſis. *Mant. 231. Stigma quadrilobum.* (*Kew. Plants ic.*)

granulata. 58. E. anth. muticis incluſis, cor. globoſis, ſtylo incluſo, cal. ſubimbricatis, fol. quaternis. *Mant. 234. Similis E. ramentaceae. Stigma capitatum.*

comoſa. 59. E. anth. muticis incluſis, cor. ouato-oblongis, ſtylo incluſo, fol. quaternis, flor. congeſtis. *Mant. 234. Corollae E. albentis. Flores congeſti, laterales infra caulis apicem.*

Sparrmanni. 60. E. anth. muticis, *addo* ſubincluſis M., capitulis quadrifloris, cor. tubuloſis ſtrigoſo-hiſpidis, fol. quaternis imbricatis ciliatis. *Suppl. p. 219. Act. ſtockh. 1778. p. 24. t. 2.* (E. *Sparmanni*, mutica, fol. quaternis oblongis ciliato-ſerratis, floribus campanulatis calycibusque ſtrigoſis. *Thunb. l. c. nr. 34. Fol. ciliata ſerrata: ciliis luteis.*)

Maſſoni. 61. E. anth. muticis incluſis, cor. cylindricis groſſis, floribus capitatis, fol. octofariis imbricatis pubeſcentibus. *Suppl. p. 221.*

**** *Antheris muticis exſertis, foliis ternis.*

Pluknetii. 62. E. anth. muticis longiſſimis exſertis, cor. cylindricis, ſtylo exſerto, cal. ſimplicibus, fol. ternis.

nis. *Similis E. Petiueri, ſed Calyx ſimplex. Corollae obſolete quadrifidae, rubrae.* (*Kew Plants ic.*)

Petiueri. 63. E. anth. muticis longiſſimis exſertis, cor. acutis, ſtylo exſerto, cal. imbricatis, fol. ternis. *Mant.* 235. Erica Plukenetii. *Berg. cap.* 91. *deſcr. Similis E. Plukenetii, ſed Calyx duplex. Corollae luteae, acute quadrifidae. Folia ſquarroſo-imbricata, nec diſtantia.*

nudiflora. 64. E. anth. muticis exſertis, cor. cylindricis, ſtylo exſerto, fol. ternis, ramis tomentoſis. *Mant.* 229. *Flores ſparſi. Calyx minimus. Stylus capillaris.* (Caul. *fruticoſus tortuoſus, eius cortex albido-tomentoſus rimoſus deciduus.* Fol. *erecto-patentia lineari-lanceolata ſulco longitudinali exarata, glabra punctulata.* Flor. *numeroſi axillares, ſubnutantes.* Cal. *foliola acuta carinata glabra.* Corol. *calyce 4-druplo fere longior, 4-fida: laciniis obtuſis erectis. Smith Pl. icones t.* 75. *Species rariſſima; breuis deſcriptionis Smithianae epitome hinc non ſuperuacua viſa fuit.*)

Bruniades. 65. E. anth. muticis exſertis, cor. tectis calyce lanato, ſtylo exſerto, fol. ternis, flor. ſparſis. *Calyx tegit totam Corollam ſubtruncatam.* (*Non diverſa ab* L. capitata. *Thunberg.*)

imbricata. 66. E. anth. muticis exſertis, cor. campanulatis, calyce imbricatis ſtylo exſerto, fol. ternis. Erica quinquangularis. *Berg. cap.* 372. *Flores laterales albi. Corollae tectae calyce.*

vmbellata. 67. E. anth. muticis exſertis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. ternis aceroſis. *Antherae baſi gibboſo-caudatae. Corollae caeruleſcentes.* (*Kew Plants ic. In ſplendidiſſimo hocce opere vero corolla ventricoſa et colore carnea depicta eſt.*)

—— *foliis quaternis, pluribusue.*

purpuraſcens. 68. E. anth. muticis exſertis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. quaternis, flor. ſparſis. *Calyx ſubulatus. Corollae cylindricae. Antherae profunde bifidae. Folia* 3 *ſ.* 4*na*, *at in ſummis ramulis* 5*na* *obſeruante Sεguiero.*

vagans. 69. E. anth. muticis exſertis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. quaternis, flor. ſolitariis. *Mant.* 230.

herbacea. 70. E. anth. muticis exſertis, cor. oblongis, ſtylo exſerto, fol. quaternis, flor. ſecundis. *Hyemalis*

lis planta β. 14. E. carnea *Sp. plant. n. 14. Haec vernalis, flores perficiens. Iacq. auſtr. t. 32.*

multiflora. 71. E. anth. muticis exſertis, cor. cylindricis, ſtylo exſerto, fol. quinis, flor. ſparſis. *Folia patentia, obtuſa, baſi gibba.* (*Cal. coloratus. Corol. ſubquadrangul. ouato-cylindrica. Ehrh. Beytr. 6. p. 31.*)

mediterranea. 72. E. anth. muticis exſertis, cor. ouatis, ſtylo exſerto, fol. quaternis patentibus, flor. ſparſis, *Mant.* 229. Erica maxima purpuraſcens, longioribus foliis. *Bauh. pin.* 485. Erica foliis corios quaternis, flore purpuraſcente. *Bauh. hiſt. 1. p.* 356. Erica coris folio 11. *Cluſ. hiſt. 1. p. 42. Rami albi, angulati.*

—— —— †

tetragona. 73. E. fol. ternis, ſtylo incluſo, corolla tetragona oblonga, calyce lineari, floribus racemoſis ſecundis. *Suppl. p. 223.*

grandiflora. 74. E. fol. quaternis, ſtylo exſerto, corolla cylindrica, calyce ſimplici, floribus lateralibus ſubcuruatis. *Suppl. p. 223.* (*Kew Plants ic. Curt. mag. t. 189. Anth. muticae exſertae. Styl. elongatus. Fol. ſubſena aceroſa glabra. Ait. kew. 2. p. 25.*)

1304. OPHIRA. *Inuolucr* biualue, 3-florum. *Cor.* 4-petala, ſupera. *Bacca* 1-locularis.

ſtricta. 1. OPHIRA. *Mant. 229.*

485. DAPHNE. *Cal.* 0. *Cor.* 4-fida, corollacea, marceſcens, ſtamina includens. *Bacca* 1-ſperma.

* *Floribus lateralibus.*

Mezereum. 1. D. flor. ſeſſilibus ternis caulinis, fol. lanceolatis deciduis. *Fl. dan. t. 268.*

Thyme-

Clauis Ericae 1. *Antherae* atiſtatae aut muticae.
2. *Antherae* incluſae aut exſertae.
3. *Folia* oppoſita 2, 3, 4. pluraue.
4. *Stigma* incluſum aut exſertum.
5. *Corollae* figura.
6. Exclude *Andromedam Daboeci, droſeroidem.*

Cfr. *Diſſ. de Erica Vpſal.* 1770. *de his omnibus.*

† *Subnecto duas has ſpecies Ericae, quibus locus aptior ob defectum deſcriptionum adſignari nequit.* M.

Thymelaea. 2. D. flor. ſeſſilibus axillaribus, fol. lanceolatis, caulibus ſimpliciſſimis. *Ger. prov. t. 17. f. 2.*

pubeſcens. 3. D. flor. ſeſſilibus lateralibus aggregatis, fol. lanceolato-linearibus, caule pubeſcente. *Mant. 66.*

villoſa. 4. D. flor. ſeſſilibus lateralibus ſolitariis, fol. lanceolatis planis ciliatis piloſis conſertis.

Tartonraira. 5. D. flor. ſeſſilibus aggregatis axillaribus, fol. ouatis vtrinque pubeſcentibus neruoſis.

alpina. 6. D. flor. ſeſſilibus aggregatis lateralibus, fol. lanceolatis obtuſiuſculis, ſubtus tomentoſis. Chamaelea pumila ſaxatilis, flore pallido. *Barr. ic. 234.* Daphnoides foliis ſupinis hirſutis. *Geſn. faſc. 6. t. 3. f. 7. Folia iuniora hirſuta, adulta calua.* (*Schmidt öſterr. Baumz. I. t. 19. Ramuli geminati punctati.*)

Laureola. 7. D. racem. axillaribus quinquefloris, fol. lanceolatis glabris. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 183.* M. *Racemi axillares, laterales, nutantes, bracteis concauis, alternis, absque floribus in ſuis alis. Flores 5, terminales, racemi in vmbellulam congeſti. Flores triſtes colore, odore, tempore.*

pontica. 8. D. pedunc. lateralibus bifloris, fol. lanceolato-ouatis.

dioica. 9. D. flor. axillaribus geminis, fol. lineari-lanceolatis. *Suppl. p. 223.* Daphne dioica *Gouan. bot. 27. tab. 17. f. 1.*

** *Floribus terminalibus.*

indica. 10. D. capitulo terminali pedunculato, fol. oppoſitis oblongo-ouatis glabris.

Cneorum. 11. D. flor. faſciculatis terminalibus ſeſſilibus, fol. lanceolatis nudis mucronatis. *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 426.* M. Thymelaea minor ſ. Daphnoides alpinum. *Geſn. faſc. 5. t. 3. f. 6.*

Gnidium. 12. D. panicula terminali, fol. lineari-lanceolatis acuminatis. *Caules humifuſi. Folia annua, glabra. Flores congeſti, cincti foliis, ſuaueolentes, ſupra rubri. Bis quotannis florens.* (*Plenk Pl. med. t. 304.*)

ſquarroſa. 13. D. flor. terminalibus pedunculatis, fol. ſparſis linearibus patentibus mucronatis.

oleoides. 14. D. flor. geminis terminalibus ſeſſilibus, fol. elliptico-lanceolatis glabris. *Mant. 66.*

foetida. 15. D. glabra, flor. terminalibus congeſtis ſeſſilibus, fol. oppoſitis petiolatis ouato-oblongis acutis. *Suppl. p. 223.*

rotundifolia. 16. D. hirſuta, flor. terminalibus congeſtis ſeſſilibus, fol. oppoſitis ellipticis ſubpetiolatis obtuſis glabris. *Suppl. p. 223. Rami tomentoſi cani.*

odora. 17. D. flor. aggregatis ſeſſilibus terminalibus, fol. ouatis alternis glabris. *Thunb. iap. p. 159.* M. (*L'Herit. Stirp. nov. 2. t. 7. Kaempf. Ic. pl. ſel. cura Bankſ. t. 16.*)

486. DIRCA. *Cal.* o. *Cor.* tubuloſa limbo obſoleto. *Stam.* tubo longiora. *Bacca* 1-ſperma.

paluſtris. 1. DIRCA. (*Rami tenaciſſimi, ramuli ad foliorum ortum incraſſati. Willd. berl. Baumz. p. 102. Schkuhr bot. Handb. t. 107. b.*)

487. GNIDIA. *Cal.* infundibulif. 4-fidus. *Petala* 4. calyci inſerta. Sem. 1, ſubbaccatum.

pinifolia. 1. G. foliis ſparſis linearibus: floralibus verticillatis. *Mant. 375. Berg. cap. 122.* Valerianoides aethiopica fruteſcens. *Seb. muſ. 2. p. 32. t. 32. f. 5. Calyx albus. Petala lanceolata, calyce breviora. Stamina 4 intra tubum, 4 extra.*

radiata. 2. G. fol. ſubulatis triquetris acutis, capitul. terminalibus ſeſſilibus radiatis, bracteis lanceolatis. *Mant. 67. Burm. prodr. 12.*

ſimplex. 3. G. fol. omnibus linearibus acutis, flor. terminalibus ſeſſilibus. *Mant. 67. Burm. prodr. 12.* Gnidia viridis. *Berg. cap. 125.* Thymelaea foliis Paſſerinae. *Breyn. cent. 10. t. 6.*

tomentoſa. 4. G. fol. ſparſis ouato-oblongis glabris, margine ſcabris. Gnidia pubeſcens. *Berg. cap. 124. Ramulorum apices lanati vt congeneres. Folia ſuprema ſubpubeſcentia. Stamina 4 exſerta; 4 in fauce. Petala parua, emarginata.*

ſericea. 5. G. fol. ouatis tomentoſis: floralibus quaternis, caule hirſuto, florum corona ſetis octo. Paſſerina ſericea. *Sp. pl. 513.* Nectandra ſericea. *Berg. cap. 131. Faux Floris coronata filis 8 coloratis, longitudine corollae, extra petala. Stamina in fauce 4, in tubo 4.*

oppoſitifolia. 6. G. fol. oppoſitis lanceolatis. *Mant. 375.* Thymelaeae africanae ſanamundae prioris Cluſii facie. *Pluk.*

Pluk. alm. 367. t. 323. f. 7. β. Paſſerina laeuigata. *Sp. pl. 513. Cultu in hortis P: tala acquirit. Folia ſuprema apice ſanguinea. Flores terminales, extus villoſi. Stamina, praeter callos iſtos 4 ſupra faucem, ſunt 4 ſub fauce, 4 in medio tubi.*

capitata. 7. G. fol. ſparſis lanceolatis glabris, flor. capitatis bracteis obuallatis, pedunculo nudo. *Suppl. p. 224.*

filamentoſa. 8. G. fol. elliptice ouatis glaberrimis approximatis, flor. capitatis, filamentis capillaribus. *Suppl. p. 224.*

imbricata. 9. G. fol. oblongis quadrifariam imbricatis ſericeis, flor. terminalibus in axillis foliorum. *Suppl. p. 225.*

pinifolia. 10. G. fol. lineari-ſubulatis ſupra planis acutis, flor. binis axillaribus. *Suppl. p. 225.*

daphnaefolia. 11. G. decandra, fol. oblongis planis integerrimis, capitulo terminali pedunculato inuolucrato, flor. quinquefidis. *Suppl. p. 225.*

hirſuta. α. fol. oblongis ſpathulatis hirſute canis, flor. minoribus.

glabra. β. fol. oblongis verſus baſin alternatis nudiuſculis, flor. maioribus.

488. STELLERA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida. *Stam.* breuiſſima. *Sem.* 1, roſtratum. (*Nux* ſupera, corticata, 1-locularis. *Gaertn.*)

Paſſerina. 1. S. foliis linearibus, flor. quadrifidis. *Facies Theſii alpini. Folia glabra. Flores laterales ſeſſiles in lana minuta.* (*Iacq. Ic. rar. t. 80.*)

Chamaeiaſme. 2. S. fol. lanceolatis, coroll. quinquefidis.

489. PASSERINA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida. *Stam.* tubo impoſita. *Sem.* 1. corticatum.

filiformis. 1. P. foliis linearibus conuexis quadrifariam imbricatis, ramis tomentoſis. *Corollae tubus longitudine germinis. Folia floralia baſi margine lato membranaceo, quod non in reliquis. Excluſo Synonymo Breynii.*

hirſuta. 2. P. fol. carnoſis extus glabris, caul. tomentoſis.

ericoides. 3. P. fol. linearibus laeuibus ſubimbricatis, corollis globoſis. *Mant. 236. Facies Ericae. Corollae tubo globoſae.*

capitata.

capitata. 4. P. fol. linearibus glabris, capitulis pedunculatis tomentoſis. *Folia ſparſa, linearia, laeuia. Capitula terminalia, globoſa, pedunculata, tomentoſa. Pedunculi tomentoſi, incraſſati. Flores multi, absque tubo ſeſſiles. Stamina ſupra faucem 16, quorum 8 interiora, caſtrata.*

ciliata. 5. P. fol. lanceolatis ſubciliatis erectis, ramis nudis. *Berg. cap. 126.*

vniflora. 6. P. fol. linearibus oppoſitis, flor. terminalibus ſolitariis, ramis glabris. *Berg. cap. 128. Flores caerulei. Stamina 8 ad faucem floris. Antherarum rudimenta 8 latent in fundo floris.*

anthylloides. 7. P. fol. ouatis villoſis, flor. capitatis hirſutis. *Suppl. p. 225.*

ſpicata. 8. P. fol. ouatis villoſis, flor. lateralibus ſolitariis. *Suppl. p. 225.*

laxa. 9. P. fol. ouatis ſparſis, flor. capitatis, ramis laxis cernuis. *Suppl. p. 226.*

grandiflora. 10. P. glaberrima, fol. oblongis acutis concauis extus rugoſis, flor. terminalibus ſeſſilibus ſolitariis. *Suppl. p. 226.*

Gnidia. 11. P. diandra glaberrima, fol. lanceolatis acutis. *Suppl. p. 226.*

piloſa. 12. P. diandra piloſa, fol. linearibus obtuſis. *Suppl. p. 226.*

proſtrata. 13. P. diandra piloſa, fol. ouatis. *Suppl. p. 227.* (Pimelea laeuigata. *Cor. 1-petala, 4-fida, ventricoſa; fauce anguſtata infundibuliformi,* Nux *corticata ſupera 1-locularis. Gaertn. de fr. I. p. 186. t. 39. f. 1.*)

490. LACHNAEA. *Cal.* 0. *Cor.* 4-fida: limbo inaequali. *Sem.* 1, ſubbaccatum.

eriocephala. 1. L. capitulis ſolitariis lanatis, fol. quadrifariam imbricatis.

conglomerata. 2. L. capitulis confertis, fol. laxis. (Paſſerina *glomerata*, fol. teretibus truncatis quadrifariis, floribus capitatis. *Thunb. prodr. p. 75.*)

491. BAECKEA. *Cal.* infundibulif. 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* globoſa, 4-locularis, coronata.

fruteſcens. 1. BAECKEA.

DIGY-

DIGYNIA.

1259. SCHMIDELIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Germina* pedicellata, flore longiora

racemoſa. 1. SCHMIDELIA. *Mant.* 514. 67. Vſubis triphylla. *Burm. ind.* 89. *t.* 32. *f.* 1.

492. GALENIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Capſ.* ſubrotunda, 2-ſperma.

africana. 1. G. erecta fruticoſa, fol. linearibus carnoſis. *Suppl.* *p.* 227. Galenia africana *Syſt. ed.* 13. *p.* 310. — *Mill. illuſtr. ic.* M. Frutex afric. folio roſmarini tenuiore, flore et fructu Chenopodii. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 267. *Frutex ruſticus, habitu Tetragoniae, licet minuta omnia, et totus obſolete papilloſus. Caulis teres ſetulis raris reflexis. Folia oppoſita, linearia, ſeſſilia, perennia. Flores ſeſſiles, albi, in panicula dichotoma.*

procumbens 2. G. procumbens, fol. ouatis canaliculatis: apice patulo recuruato. *Suppl. p.* 227.

493. WEINMANNIA. *Cal.* 4-phyllus, *Cor.* 4-petala, *Capſ.* 2-locularis, biroſtris.

glabra. 1. W. foliis pinnatis: foliolis obouatis crenatis laevibus. *Suppl. p.* 228. Weinmannia pinnata. *Syſt. ed.* 13. *p.* 310. Arbuſcula *Ramis oppoſitis: vltimis ſubpubeſcentibus. Folia oppoſita, pinnata cum impari: Petiolo communi alato, articulis ſubouatis; Foliola* 11-13, *parua, nuda, obtuſa, oppoſita, ſeſſilia, obouata, latere interiore verſus baſin anguſtiora, ſerraturis vtrinque* 3 *ſ.* 4. *Stipulae ouatae, magnitudine foliorum, deciduae, inter paria petiolorum ſolitariae. Racemi terminales, ſolitarii, pedunculati, foliis longiores, erecti, ſimplices. Floribus numeroſis, albis, magnitudine Tiarellae. Pedicellis vnifloris, e ſingulis punctis pedunculi pluribus. Calyx foliolis oblongis, quatuor, patentibus, albis. Petala* 4, *lanceolata, calyce triplo longiora. Stamina capillaria, corolla duplo longiora. Germen ouatum, biſulcum. Styli* 2, *albi, filiformes. Stigmata capitata. Copioſe in Inſula S. Crucis. A. D. Browne.*

tomentoſa. 2. W. fol. pinnatis: foliolis ouatis integerrimis ſubtus tomentoſis, ſtipulis caducis. *Suppl. p.* 227.

 trifo-

trifoliata. 3. W. fol. ternatis: foliolis elliptice lanceolatis ſerratis glaberrimis, paniculis compoſitis. *Suppl. p. 227.*

racemoſa. 4. W. fol. ſimplicibus ouatis ſerratis vtrinque glaberrimis, ſtipulis nullis. *Suppl. p. 227.*

394. MOEHRINGIA. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Capſ.* 1-locularis, 4-valuis.

muſcoſa. MOEHRINGIA. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 449.* M.

1388. CODIA. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Receptaculum commune* inuolucratum. *Suppl. p.* 34.

montana. 1. CODIA. *Suppl. p. 228.*

TRIGYNIA.

495. POLYGONVM. *Cal.* 0. *Cor.* 5-partita, calycina. *Sem.* 1, angulatum.

* Atraphaxoides, *caule fruteſcente.*

fruteſcens. 1. P. caule fruticoſo, calycinis foliolis duobus reflexis. Polygonum fruticoſum, petalis 2 exterioribus reflexis *Gmel. ſib. 3. p. 60. t. 12. f. 2. et 1. Calyx diphyllus. Petala 3, obcordata. Stigmata 3. Fructus triqueter.*

** Biſtortae; *ſpica vnica.*

Biſtorta. 2. P. caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, fol. ouatis in petiolum decurrentibus. *Fl. dan. t. 421.*

viviparum. 3. P. caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, fol. lanceolatis. *Fl. dan. t. 13.* Biſtorta alpina ſ. minor. *Camer. epit. 684. Spicae flores inferiores in bulbos tranſeunt ſaepe viuiparos. (Spica laxa 3-gona. Sem. rotunda. Oeſterr. Fl. p. 185.)*

*** Perſicariae, *piſtillo bifido, aut ſtamina minus 8.*

virginianum. 4. P. floribus pentandris ſemidigynis, corollis quadrifidis inaequalibus, fol. ouatis. (*Semen lenticulare. Gaertn. de fr. II. p. 180. t. 119.*)

lapathifolium. 5. P. flor. pentandris ſemidigynis, ſtamin. corollae regulari aequalibus. *Caulis erectus, firmus laevis. Vaginae pubeſcentes, ciliatae. Folia ouata, petiolata, magnitudine Phytolaccae. Pedunculi oppoſitifolii, longitudine foliorum, ſpicato-racemoſi.*

amphi-

amphibium. 6. P. flor. pentandris ſemidigynis, ſpica ouata. *Fl. dan. t. 282. Varietas Aquatica ſtaminibus flore breuioribus. Terreſtris longioribus. Iacq.* (*α. aquatica*, caule repente, fol. natantibus nitidis, ſpica perpendiculari; *Anth. latitantes in flor. ſerotinis etiam prominent. β. terreſtris*, caule ſtricto vt plurimum ſterili, fol. acuminatis hirtis.)

filiforme. 7. P. flor. pentandris digynis, ſpicis filiformibus, fol. ouatis, ſtipulis ciliatis. *Thunb. iap. p. 163.* M.

ocreatum. 8. P. flor. pentandris trigynis, fol. lanceolatis. Polygonum ſpicis longis copioſiſſimis. *Gmel. ſib. 3. p. 51. t. 8.*

Hydropiper. 9. P. flor. hexandris ſemidigynis, fol. lanceolatis, ſtipul. ſubmuticis. (*Spicae elongatae cernuae. Fol. ſubundulata. β.* mite, *fol. inſipidis linearibus planis argute ſerratis.*)

Perſicaria. 10. P. flor. hexandris digynis, ſpicis ouato-oblongis, fol. lanceolatis, ſtipulis ciliatis. *Fl. dan. 702.* M. Polygonum flor. hexandris digynis, fol. lanceolatis, ſtipulis ciliatis, caule diuaricato patulo. *Hudſ. angl. 148.* Perſicaria puſilla repens. *Rai. angl. 3. p. 145.* Perſicaria minor. *Bauh. pin. 101. Moriſ. hiſt. 2. ſ. 5. t. 29.* (*Caul. adſcendens, pedunc. laeuis. Spica ſubinterrupta, colore rubra. β.* tomentoſa, *fol. ſubtus tomentoſis.*)

barbatum. 11. P. flor. hexandris trigynis, ſpicis virgatis, ſtipul. truncatis ſetaceo-ciliatis, fol. lanceolatis. *Pluk. phyt. 210. f. 7. Excluſo Sloanei ſynonymo. Cfr. Retz. Obſ. bot. 4. p. 25.*)

orientale. 12. P. flor. heptandris digynis, fol. ouatis, caule erecto, ſtipul. hirtis hypocrateriformibus. (*Curt. bot. Mag. t. 213. Cruſta ſeminis exterior in hac et nonnullis aliis ſpeciebus ſatis craſſa et dura eſt, vt pro pericarpio nucamentaceo haberi poſſit. Gaertn. de fruct. II. p. 182.*)

penſylvanicum. 13. P. flor. octandris digynis, pedunc. hiſpidis, fol. lanceolatis, ſtipul. muticis. Perſicaria mitis maior, foliis pallidioribus. *Rai. angl. 3. 145. Hudſ.* (*An reuera* P. Perſicaria *var. β.* fl. albidis *et γ* caule maculato *auctorum ſecundum Curtiſium huc pertinet? Aitonius eam ad* P. lapathifolium *allegauit, ſed ſtipulis integerrimis omnino ab illa ſpecie recedit.*)

**** Polygona *foliis indiuiſis, floribus octandris.*

maritimum. 14. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. ouali-lanceolatis ſemperuirentibus, caul. ſuffruteſcente.

auiculare. 15. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Fl. dan. t. 803.* M.

erectum. 16. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. oualibus, caule erecto herbaceo.

articulatum. 17. P. flor. octandris trigynis, ſpicis articulatis paniculatis, ſtipul. vaginalibus truncatis.

diuaricatum. 18. P. flor. octandris trigynis racemoſis, fol. lanceolatis, caule diuaricato patulo. Perſicaria caule diffuſo. *Gmel. ſib. 3. p. 58. t. 11. f. 2. mala.* Perſicaria montana, foliis longioribus anguſtioribus, floribus racemoſis. *Amm. ruth. 240. β.* Polygonum ſpicis paniculatis. *Gmel. ſib. 3. p. 57. t. 11. f. 1. (Secundum ill. Retzium Synonymum Gmelini, nec non β. huc non pertinent. vid. Obſ. bot. 5. p. 3.)*

vndulatum. 19. P. flor. octandris trigynis racemoſis, fol. lanceolatis acuminatis vndulatis. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 34. t. 5.* M. Polygonum *ſibiricum*, floribus octandris trigynis racemoſis, fol. ouato-lanceolatis vndulatis ſcabris, ſtipulis hirtis. *Suppl. p. 228.*

ſerratum. 20. P. foliis crenatis.

***** Helxine *foliis ſubcordatis.*

chinenſe. 21. P. flor. octandris trigynis, pedunc. ſcabris, fol. ouatis, bracteis cordatis. *Burm. ind. 90. t. 30. f. 3.*

ſagittatum. 22. P. fol. ſagittatis, caule aculeato. *Gmel. ſib. 3. p. 65. t. 13. f. 2. Interdum ſcandit frutices.*

arifolium. 23. P. fol. haſtatis, caule aculeato *Caulis ſcandens.*

craſſifolium. 24. P. flor. octandris trigynis, fol. haſtatis carnoſis, caule decumbente inermi. *Murr.* Polygonum haſtatum. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 37. t. 6.* Polygonum *ſibiricum*, floribus octandris foliis haſtatis, caule inermi. *Laxm. in nov. comm. petrop. v. 18. p. 531. t. 7. f. 2* M.

perfoliatum. 25. P. fol. triangularibus, caule aculeato, ſtipul. perfoliato-folioſis patentibus ſubrotundis. *Burm. ind. 90. t. 31. f. 2.* Fagotritico ſimilis ſpinoſa minor ſinica. *Pluk. amalth. 87. t. 398. f. 1. Burm.*

tataricum. 26. P. fol. cordato ſagittatis, caule inermi erecto, ſemin. ſubdentatis. Fagopyrum erectum, fructu aſpero.

aſpero. *Amm. ruth. 242. Gmel. ſib. 3. p. 64. t. 13. f. 1.* (*Rami ſulcato - anguloſi: angulis pubeſcentibus.*)

Fagopyrum. 27. P. fol. cordato - ſagittatis, caule erectiuſculo inermi, ſeminum angulis aequalibus. (*Mill. Illuſtr. ic.*)

Conuoluulus. 28. P. fol. cordatis caule volubili angulato, flor. obtuſatis. *Fl. dan. t. 344. Antherae violaceae.* (*Cal. fructus ſubfarinaceus. Anth. violaceae. Sem. obtuſe trigona.*)

multiflorum. 29. P. flor. cordatis, caule volubili angulato, florum panicula ramoſa. *Thunb. iap. p. 169.* M.

dumetorum. 30. P. fol. cordatis, caul. volubili laeui, flor. carinato-alatis. — *Fl. dan. t. 756.* M. *Antherae albae.* (*Cal. alatus: ala vndulata in petiolum decurrente. Filam. incurua rubella. Sem. acute trigona.*)

ſcandens. 31. P. fol. cordatis, caul. erecto ſcandente. *Petiolorum baſis ſubtus poro perforata in P. ſcandenti, dumetorum, Conuoluulo.*

496. COCCOLOBA. *Cal.* 5-partitus, coloratus. *Cor.* 0. *Bacca* calycina, monoſperma. (*Drupa* ex calyce baccato 1-ſperma. *Sem.* inuerſum lobatum. *Gaertn.*)

Uvifera. 1. C. foliis cordato - ſubrotundis nitidis. — *Iacq. amer. pict. p. 57. t. 110.* M. *Plum. t. 145.*

pubeſcens. 2. C. fol. orbiculatis pubeſcentibus. — *Iacq. amer. pict. p. 57.* M. *Arbor praealta. Lignum duriſſimum ſub terra lapideſcit. Iacq.*

excoriata. 3. C. fol. ouatis, ramis quaſi excorticatis. *Iacq. amer. 115. t. 78.* — *Ed. 2. pict. p. 58. t. 115.* M.

punctata. 4. C. fol. lanceolato - ouatis. *Iacq. amer. t. 114. t. 77.* — *Ed. 2. pict. p. 58. t. 114.* M.

emarginata. 5. C. fol. coriaceis ſubrotundis exciſo - emarginatis. *Iacq. amer. 37. obſ. 18. t. 9. In America calidiore.* ♄

barbadenſis. 6. C. fol. cordato - ouatis vndulatis. *Iacq. obſ. t. 8. In Barbados.* ♄

tenuifolia. 7. C. fol. ouatis membranaceis.

497. PAULLINIA. *Cal.* 5.-phyllus. *Petala* 4. *Nectar.* 4-phyllum, inaequale. *Capſ.* 3, compreſſae, membranaceae, connatae. (Cfr. *Schumacher in Skrift. af Natur. hiſt. Selſkab.* 3. *pars* 2.)

aſiatica. 1. P. foliis ternatis, petiolis cauleque aculeatis. *Iacq. obſ. 3. p. 11. t. 61. f. 1.*

Seriana. 2. P. fol. ternatis, petiol. nudis, foliol. ouato-oblongis. *ibid. f. 2.* (Seriana ſinuata. *Schumach. l. c. p. 126. Ob Samaras 3 connatas etc.*)

nodoſa. 3. P. fol. ternatis, petiol. nudis, foliol. medio obouato. *f. 3.*

Cururu. 4. P. fol. ternatis, petiol. marginatis. *f. 4.*

mexicana. 5. P. fol. biternatis, petiol. omnibus marginatis, caule aculeato. *f. 5.*

carthaginenſis. 6. P. fol. biternatis, petiolis omnibus marginatis, caule inermi. *f. 6.*

caribaea. 7. P. fol. biternatis, petiolulis omnibus marginatis ramis aculeatis. *f. 7.*

curaſſavica. 8. P. fol. biternatis, petiolulis omnibus marginatis, ramis inermibus. *f. 8.*

barbadenſis. 9. P. fol. biternatis, petiolo intermedio marginato, reliquis nudis. *f. 9.*

polyphylla. 10. P. fol. triternatis, petiolulis nudis. *Iacq. ibid. f. 10. Petioli partiales teretiuſculi.*

triternata. 11. P. fol. triternatis, petiolulis marginatis. *f. 11.* — *Iacq. amer. pict. p. 56. t. 260. f. 29. quoad folium.* M.

iaponica. 12. P. fol. quinato-pinnatis petiolulis marginatis, caule herbaceo inermi. *Thunb. iap. p. 170.* M.

pinnata. 13. P. fol. pinnatis, petiolis marginatis, foliis nitidis. *f. 12.* (*Capſ. obouata ſublignoſo-coriacea. Gaertn.*)

tomentoſa. 14. P. fol. pinnatis, petiolis marginatis, foliolis tomentoſis. *f. 13. Petioli communes marginati, ſed non inter foliola inferiora.*

diuerſifolia. 15. P. fol. ſupradecompoſitis, petiolis marginatis: infimis pinnatis, reliquis ternatis. *f. 14.*

498. CARDIOSPERMVM. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Nectarium* 4-phyllum. inaequale. *Capſ.* 3, connatae, inflatae.

Halicacabum. 1. C. foliis laeuibus. (*Schellenberg Pl. icones t. 1.*)

Corindum. 2. C. fol. ſubtus tomentoſis.

499. SAPINDVS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Capſ.* carnoſae, connatae, ventricoſae.

Saponaria. 1. S. foliis impari-pinnatis, caule inermi. (*Foliol. rachis alata. Ait. Kew.* 2. *p.* 35. *quo differt* a S. rigida *Mill. et* S. edulis, *cui poſteriori fruct. muricati ſunt. Baccae leuiter contuſae, et aqua maceratae praeſtant ſaponem optimum. Loureiro Cochinch. I. p.* 238.)

ſpinoſus. 2. S. fol. abrupte pinnatis, caul. ſpinoſiſſimo.

trifoliatus. 3. S. fol. ternatis. *Fl. zeyl.* 603. (Sapindus *laurifolia*, fol. pinnatis: foliol. ouato-oblongis attenuatis glabris, rachi ſimplice, petalis margine tomentoſis. *Vahl. Symb. III. p.* 57. *Ob folia aliter formata nomen triuiale Linnaei repudiauit.*)

chinenſis. 4. S. fol. pinnatis: foliolis laciniatis. *Foliola Crataegi Oxyacanthae. D. Laxman Prof. Petrop.* Cfr. *Suppl. p.* 228. (Koelreuteria paniculata. *Laxm. Nov. comm. Petr.* 16. *p.* 561. *t.* 18. Koelr. paulliniodes. *L'Her. Sert. angl. p.* 18. *t.* 19.)

TETRAGYNIA.

500. PARIS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4, anguſtiora. *Bacca* 4-locularis.

quadrifolia. PARIS. *Fl. dan. t.* 139. (*Filam. linearia viridia, quorum medio vtrinque antherae ſunt adnatae.*)

501. ADOXA. *Cal.* 2-fidus, inferus. *Cor.* 4-ſ. 5-fida, ſupera. *Bacca* 4-ſ. 5-locularis, calyce coalita.

Moſchatellina. 1. ADOXA. *Fl. dan. t.* 94. *Mill. illuſtr. ic. Flores laterales* 5-*fidi, partium numero quinario.* (*Odorem gratum ſpirat. Fol. terna:* 2 *oppoſita, vno latere ſemel inciſa; ſolitarium* 3-4 *lobatum. Flor. pallide virides: laterales* 9-10-*andri.*)

502. ELATINE. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Capſ.* 4-locularis, 4-valuis, depreſſa.

Hydropiper. 1. E. foliis oppoſitis. *Fl. dan. t.* 156. (*Schkuhr bot. Handb. t.* 109. *b. Ab hac Auctor ſeparandam velit varietatem β. Sp. pl. p.* 527.

Elatine *triandra*, floribus triandris, *vbi quoque ſemina modo falcata, nec tota incuruata obſervantur, quamuis fol. etiam in hac oppoſita ſunt.*)

Alſinaſtrum. 2. E. fol. verticillatis. (*Caul. erectus. Vaill. pariſ. t. 1. f. 6.*)

1389. HALORAGIS. *Cal.* 4-fidus, ſuperus. *Petala* 4. Drupa ſicca. Nux 4-locularis. *Suppl. p.* 134.

proſtrata. HALORAGIS. *Suppl. p.* 229.

CLAS-

CLASSIS IX.

E N N E A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

504. TINVS.	*Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* 1.
503. LAVRVS.	*Cal.* o. *Cor.* 6-petala, calycina. *Bacca* 1-ſperma. *Nectarii* glandulae 2-ſetae.
520. ANACARDIVM.	*Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* decimo caſtrato. *Nux* receptaculo carnoſo.
505. CASSYTA.	*Cal.* o. *Cor.* 6-partita, calycina. *Bacca* 1-ſperma. *Nectarii* glandulae truncatae.

* *Anacardium* 520. *ſtamine decimo caſtrato.*

T R I G Y N I A.

506. RHEVM.	*Cal.* 6. *Cor.* 6-fida. *Sem.* 1, triquetrum.

H E X A G Y N I A.

507. BVTOMVS.	*Cal.* o. *Cor.* 6-petala. *Capſ.* 6, polyſpermae.

MONOGYNIA.

503. LAVRVS. *Cal.* o. *Cor.* calycina, 6-partita. *Nectarium* glandulis 3, biſetis, germen cingentibus. *Filamenta* interiora glandulifera. *Drupa* 1-ſperma.

Cinnamomum. 1. L. fol. trineruiis ouato-oblongis: neruis verſus apicem euaneſcentibus. *Iacq. amer. 117. — Iacq. amer. pict. p. 59. t. 117.* M. *Habitat etiam in America ad montem Calabas Martinicae Iacq. Dioica enneandra.* (*Rami craſſiſſimi dant vile Cinnamomum. Tenuior cortex a ſupremis ramis auulſus odore et ſapore acerrimus non magni aeſtumetur. At mediorum ramorum cortex, lin. 1. fere craſſus optimum et praetioſum dat Cinnamomum. Loureiro Fl. Cochinch. I. p. 249.*)

Caſſia. 2. L. triplineruiis lanceolatis. — *Eſſe modo Varietatem praecedentis, foliis anguſtioribus et obtuſioribus. Thunberg. in act ſtockh. 1780. p. 56.* M.

Camphora. 3. L. fol. triplineruiis lanceolato-ouatis. *Comm. hort. 1. p. 185. t. 95.* (*Plenk Pl. med. t. 314.*)

Culilaban. 4. L. fol. triplineruiis oppoſitis. *Mant. 732.* Cortex coryophylloides. *Rumph. amb. 2. p. 65. t. 14.* Coelit Lawan. *E. N. C. dec. 2. ann. 3. p. 53. Genus fide Rumphii receptum.*

Chloroxylon. 5. L. fol. trineruiis ouatis coriaceis: neruis apicem attingentibus.

glauca. 6. L. fol. neruoſis lanceolatis perennibus, ramulis tuberculatis, flor. ſolitariis. *Thunb. iap. p. 173.* M.

pedunculata. 7. L. fol. neruoſis oblongis integris, flor. ſolitariis pedunculatis. *Thunb. loc. cit.* M.

nobilis. 8. L. fol. lanceolatis venoſis perennantibus, flor. quadrifidis. (*Vmbellulae axillares pedunculatae. Antherae geminae: valuulis reuolutis. Schkuhr bot. Handb. I. p. 348. t. 110.*)

indica. 9. L. fol. lanceolatis perennantibus planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, flor. racemoſis. (*Filam. 8, rarius 7 vel 9: 6 exterioribus, 2-3 interioribus. Thunb.*)

Perſea. 10. L. fol. ouatis coriaceis transuerſe venoſis perennantibus, flor. corymboſis. *Iacq. obſ. 37. — Iacq. amer. p. 60. t. 264. f. 92. quoad fructum* M. Laurus foliis oblongo-ouatis, fructu obouato, pericarpio butyraceo. *Brown. 214. Stamina huic 6. Miller.*

Miller. Fructus gratiſſimus. Introducta in hortum Farneſii 1620. (Numerus ſtaminum enneandrus. Swartz.)

Borbonia. 11. L. fol. lanceolatis perennantibus, calyc. fructus baccatis. Laurus foliis lanceolatis perennantibus, marginibus reflexis, transuerſe venoſis, floribus racemoſis. *Mill. dict. 5. Stamina 5: antheris fuſcis. Germen globoſum. Stylus breuis. Stigma tuberculatum. Baccae purpureae. Pedunculi longi rubri. Fabr. helmſt. 389. Mihi vero viſa: Cal. 3-phyllus. breuiſſimus. Petala 3, lanceolata. Stamina 9: tribus interioribus vtrinque glandula ad baſin. Antherae vtroque latere polliniferae et apice biualues introrſum deorſum. Staminis decimi rudimentum. Stylus ſtigmate craſſiuſculo.*

lucida. 12. L. fol. oblongis ſerratis, ramulis ternis, flor. axillaribus ſolitariis ſubſeſſilibus. *Thunb. iap. p. 174.* M.

vmbellata. 13. L. fol. ouatis ſerratis, ramulis vmbellatis flor. racemoſis. *Thunb. l. c.* M.

aeſtiualis. 14. L. fol. venoſis oblongis acuminatis annuis, ſubtus rugoſis, ramis ſupra-axillaribus. *Mas 6-andrus. Mill.*

Benzoin. 15. L. fol. eneruiis ouatis vtrinque acutis integris annuis. *(Etiam dioica. Mas 6-andrus. Schkuhr.)*

Saſſafras. 16. L. fol. trilobis integriſque. *Kalm. canad. 2. p. 270. 434. Trew. Ehret. t. 69. 70. Mares 5-petali, 8-andri; Hermaphroditae 6-andrae. Mill.*

520. ANACARDIVM. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, reflexa. *Antherae* 9: vnico caſtrato. *Nux* reniformis ſupra receptaculum carnoſum.

occidentale. 1. ANACARDIVM. — *Iacq. amer. pict. p. 63. t. 121.* M. *Filamenta quidem 10, ſed vnico caſtrato. E nuce, candelae admota, ignis luſorius Phyſicis.*

504. TINVS. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Nectarium* vrceolatum, includens germen. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* ſolitaria.

occidentalis. 1. TINVS. (Clethra *trifolia*, arborea, fol. oblongo-lanceolatis integerrimis ſubtus incanis, racemis paniculatis ſpicaeformibus tomentoſis. *Swartz Prodr. p. 74. Ob flor. 5-petalum, et capſ. 3-locularem. Cfr. Ei. obſ. bot. p. 153.)*

505.

505. CASSYTA. *Cor.* calycina, 6-partita. *Nectarium* glandulis 3, truncatis, germen cingentibus. *Filamenta* interiora glandulifera. *Drupa* 1-ſperma.

filiformis. 1. C. filiformis laxa. — *Iacq. amer. p. 58. t. 116.* M. *Herba Cuſcutae; Fructificatio Lauri.*

corniculata. 2. C. ramis lignoſis ſpinoſis. *Burm. ind. 93. t. 33. f. 1. Mant. 237.* Caſſutha cornea. *Rumph. amb. 7. p. 56. Genus ex Burmanno mutuatum.*

TRIGYNIA.

506. RHEVM. *Cal.* o. *Cor.* 6-fida, perſiſtens. *Sem.* 1, (alato-) triquetrum.

Rhaponticum. 1. R. foliis glabris, petiolis ſubſulcatis. (*Petioli ſupra ſulcati: marginibus rotundatis, Ait. Kew. II. p. 41. In Spec. pl. p. 531. petioli dicuntur ſubtus ſulcati.*)

Rhabarbarum. 2. R. fol. ſubuilloſis, petiolis aequalibus. (Rheum vndulatum. *Sp. pl. p. 531. Pet. ſupra plani, margine acuti. Ait.*)

palmatum. 3. R. fol. palmatis acuminatis. *Linn. faſc. 7. t. 4. Act. angl. 1765. p. 292. t. 12.* Rhabarbe, *Brun. orient. 192. t. 73. Mill. illuſtr. ſyſt. ſex. ic.* M. *Rheum officinale genuinum.*

compactum. 4. R. fol. ſublobatis obtuſiſſimis glaberrimis lucidis denticulatis.

Ribes. 5. R. fol. granulatis, petiolis aequalibus. (*Fol. vbique fere, inprimis in petiolis et venis tuberculis aſperis, tanquam ſaccharo candido adſperſa. Dill. Eltham. p. 191. t. 158. f. 192.*)

tataricum. 6. R. fol. cordato-ouatis integris planis glaberrimis, petiolis ſemiteretibus angulatis, panicula ſulcata. *Suppl. p. 229.*

hybridum. 7. R. fol. cordatis acuminatis planis, radicalibus vtrinque bi-vel tridentatis, reliquis repandis. *Murr. in comm. gott. 1779. p. 7. t. 1.* Conf. *comm. gott. 1774. p. 50.* M. (*Fol. huic maxima.*)

HEXAGYNIA.

507. BVTOMVS. *Cal.* o. *Petala* 6. *Capſ.* 6, polyſpermae.

vmbellatus. 1. BVTOMVS. — *Fl. dan. t. 604. Mill. illuſtr. cit.* M.

CLAS-

CLASSIS X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. Polypetali irregulares.*

508. SOPHORA. *Cor.* papilion: Vexillo adſcendente. *Legum.* torulis remotis.

509. ANAGYRIS. *Cor.* papilion: Vexillo breui recto. *Carina* alis longiore.

510. CERCIS. *Cor.* papilion: alis vexilliformibus. *Nectar.* glandula ſtyliformis, ſub germine.

511. BAVHINIA. *Cor.* patens, vnguiculata, adſcendens. *Petala* lanceolata.

512. HYMENAEA. *Cor.* ſubaequalis. *Legum.* lignoſum pulpa farinoſa.

515. POINCIANA. *Cor.* petalo ſummo maiore. *Legum.* compreſſum.

. . MYROXYLON. *Cor.* petalo ſummo maiore. *Cal.* campanulatus. *Germen* corolla longius. *Legumen* 1-ſpermum.

513. PARKINSONIA. *Cor.* petalo infimo reniformi. *Legum.* teres, tortuoſum.

516. CAESALPINIA. *Cor.* petalo infimo pulchriore. *Legum.* rhombeum. *Sem.* rhombea.

524. TOLUIFERA. *Cor.* petalo infimo maiore. *Cal.* campanulatus.

514. CASSIA. *Cor.* inaequalis. *Anth.* roſtratae. *Legum.* iſthmis interceptum.

517. GVILANDINA. *Cor.* ſubaequal. calyci inſidens. *Legum.* rhombeum. *Sem.* oſſea.

522. DICTAMNVS. *Cor.* patula. *Filam.* pulueracea. *Capſ.* 5, connexae. *Sem.* arillata.

** *Fl. Polypetali aequales.*

519. CYNOMETRA. *Cal.* 4-partitus: lacin. oppoſ. maior. *Legum.* 1-ſpermum, carnoſum.

1260.

1260. PROSOPIS. *Cal.* hemiſphaericus. *Legum.* polyſpermum.

526. ADENANTHERA. *Antheris* glandula inſidens. *Legum.* compreſſum membranaceum.

525. HAEMATOXYLON. *Piſtilli* ſtigma emarginatum. *Siliqua* valvis nauicularibus.

528. TRICHILIA. *Nectar.* tubuloſum: 5-dentatum. *Capſ.* 3-locularis, 3-valuis. *Sem.* baccata.

1306. TVRRAEA. *Nectar.* tubuloſum, 10-dentatum. *Capſ.* 5-cocca. *Sem.* bina.

527. MELIA. *Nectar.* tubuloſum, 10-dentatum. *Drupa* Nucleo 5-loculari.

521. SWIETENIA. *Nectar.* tubuloſum, 10-dentatum. *Capſ.* lignoſa, 5-valuis. *Sem.* imbricata. margine membranaceo.

. . EKEBERGIA. *Nectar.* ſertiforme, cingens germen. *Bacca* 5-ſperma, *Sem.* oblonga.

518. GVAIACVM. *Cal.* lacin. 2 exteriores minores. *Capſ.* carnoſa, 3-ſ. 5-locularis, angulata.

523. RVTA. *Germen* punctis 10 melliferis. *Capſ.* 5-fida, 5-locularis, polyſperma.

532. TRIBVLVS. *Piſtilli* ſtylus nullus. *Capſ.* 5, connexae, polyſpermae.

531. FAGONIA. *Cor.* vngues calyci inſerti. *Capſ.* 5-locularis, 10-valuis, 1-ſperma.

530. ZYGOPHYLLVM. *Nectar.* ſquamae 10 baſeos ſtamin. *Capſ.* 5-locul. polyſperma.

529. QVASSIA. *Capſ.* 5, biualues, 1-ſpermae, inſertae receptaculo carnoſo.

533. THRYALLIS. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* tricocca.

534. LIMONIA. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 3-ſperma.

535. HEISTERIA. *Cor.* 5-petala. *Drupa.* inſidens calyci colorato grandefacto.

539. QVISQVALIS. *Cor.* 5-petala, calyci inſidens filiformi. *Drupa* ſicca.

536. MONOTROPA. *Cal.* corollinus, baſi gibbus. *Capſ.* 5-locul. polyſperma.

553. CLETHRA. *Piſtilli* ſtigmata tria. *Capſ.* 3-locul. polyſperma.

554. PYROLA. *Antherae* ſurſum bicornes. *Capſ.* 5-locul. polyſperma.

546. LEDVM. *Cor.* plana, 5-partita. *Capſ.* 5-locul. polyſperma.

1307. DIONAEA. *Cal.* 5-phyllus. *Stigma* fimbriatum. *Capſ.* 1-locularis. *Sem.* baſeos capſulae.
1341. MVRRAYA. *Bacca* 1-ſperma. *Cor.* 5-petala. *Nectarium* margine cingens germen.
1261. CHALCAS. *Bacca* 2-ſperma. *Cor.* campanulata.
544. MELASTOMA. *Cor.* calyci inſid. *Anth.* refractae. *Bacca* 5-locul. calyce veſtita.
538. IUSSIEUA. *Cor.* 4-ſ. 5-petala. *Capſ.* infera.

* *Rhexia Aciſanthera.*
* *Gerania.* * *Conocarpus racemoſa.*
* *Lythrum fruticans.*
* *Iacquinia racemoſa.*

*** *Fl. Monopetali aequales.*

1285. CODON. *Cor.* campanulata, 10-fida. *Cal.* 10-partitus. *Capſ.* polyſperma.
549. ANDROMEDA. *Cor.* campanulata, rotunda. *Capſ.* 5-locularis.
548. RHODODENDRON. *Cor.* infundibulif. *Stamina* declinata. *Capſ.* 5-locularis.
545. KALMIA. *Cor.* limbo ſubtus 5-corniculato. *Capſ.* 5-locularis.
550. EPIGAEA. *Cal.* exter. 3-phyllus; inter. 5-phyllus. *Capſ.* 5-locularis.
551. GVALTERIA. *Cal.* exter. 2-phyllus, inter. 5-fidus. *Capſ.* 5-locul. calyce baccato.
552. ARBVTVS. *Cor.* ouata, baſi diaphana. *Bacca* 5-locularis.
595. STYRAX. *Cor.* infundibulif. *Drupa* diſperma.
1391. INOCARPVS. *Cor.* infundibulif. *Cal.* 2-fidus. *Stamina* duplici ſerie. *Drupa* 1-ſperma.
520. ANACARDIVM. *Cor* laciniis reflexis. *Drupa* nucleo ſupero, nudo.

* *Vaccinia nonnulla.*

**** *Fl. Apetali ſ. incompleti.*

540. DAIS. *Cor.* monopetala. Inuolucr. 4-phyllum, multiflorum.
543. SAMYDA. *Cal.* 5-partitus. *Nectar.* 10-fidum, cingens germen. *Capſ.* baccata, 3-locul.
541. BVCIDA. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* 1-ſperma.
542. COPAIFERA. *Cal.* 0. *Cor.* 4-petala.

* *Stellera Chamaeiaſme.*

DIGY-

DIGYNIA.

562. SCLERANTHVS. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Sem.* 2.
537. TRIANTHEMA. *Cor.* nulla. *Capſ.* circumſciſſa.
558. CHRYSOSPLENIVM. *Cor.* nulla. *Cal.* ſuperus. *Capſ.* 2-locularis, 2-roſtris.
555. ROYENA. *Cor.* 1-petala. *Cal.* ventricoſus. *Capſ.* 4-ſperma, 4-valuis.
557. HYDRANGEA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Capſ.* bilocularis, 2-roſtris, circumſciſſa.
559. SAXIFRAGA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Capſ.* 1-locularis, 2-roſtris.
560. TIARELLA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* corolliferus. *Capſ.* bivaluis: altera maiore.
561. MITELLA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* corolliferus. *Capſ.* bivaluis. *Petala* pectinata.
556. CVNONIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* bilocularis, acuta.
563. GYPSOPHILA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-part. campanulatus. *Capſ.* 1-locul. globoſa.
564. SAPONARIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubuloſus, baſi nudus. *Capſ.* 1-locul. oblonga.
565. DIANTHVS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubuloſus, baſi ſquamoſus. *Capſ.* 1-locul. oblonga.

* *Trianthema decandra.*

TRIGYNIA.

569. ARENARIA. *Capſ.* 1-locularis. *Pet.* integra, patentia.
568. STELLARIA. *Capſ.* 1-locularis. *Pet.* bipartita, patentia.
566. CVCVBALVS. *Capſ.* 3-locularis. *Pet.* bifida fauce nuda.
567. SILENE. *Capſ.* 3-locularis. *Pet.* bifida fauce coronata.
570. CHERLERIA. *Capſ.* 3-locularis. *Nectar.* petaloidea, calyce minora.
.. DEVTZIA. *Capſ.* 3-locularis. *Filamenta* 3-cuſpidata.
571. GARIDELIA. *Capſ.* 3, diſtinctae. *Pet.* calycina. *Nectar.* 5, bilabiata.
575. ERYTHROXYLON. *Drupa* 1-ſperma. *Pet.* baſi ſquama inſtructa.
572. MALPIGHIA. *Bacca* 3-ſperma. *Pet.* 5, vnguiculata. *Cal.* glanduloſus.
573. BANISTERIA. *Sem.* 3, vnialata. *Pet.* 5, vnguiculata. *Cal.* glanduloſus.

569.

569. HIRAEA. *Capſ.* 3-alata, 3-locul. 2-ſperma. *Petala* 5, vnguiculata. *Cal.* minimus.
1308. TRIOPTERIS. *Sem.* 3, bialata. *Petala* nulla, ſed ſeminum alae.

* *Tamarix germanica.*

TETRAGYNIA.

* *Lychnis alpina.*

PENTAGYNIA.

578. COTYLEDON. *Capſ.* 5 ad nectaria. *Cor.* 1-petala.
579. SEDVM. *Capſ.* 5 ad nectaria. *Cor.* 5-petala.
580. PENTHORVM. *Capſ.* 5-loba. *Cor.* petala rariora.
1309. BERGIA. *Capſ.* 5-locularis, 5-valuis: valuis horizontaliter dehiſcentibus.
586. SPERGVLA. *Capſ.* 1-locul. *Petala* integra. *Cal.* 5-phyllus.
585. CERASTIVM. *Capſ.* 1-locul. *Petala* 2-fida. *Cal.* 5-phyllus.
583. AGROSTEMMA. *Capſ.* 1-locularis, oblonga. *Cal.* tubuloſus, coriaceus.
584. LYCHNIS. *Capſ.* 5-locularis, oblonga. *Cal.* tubuloſus membranaceus.
582. OXALIS. *Capſ.* 5-locularis, angulata. *Cor.* baſi ſubcohaerens.
577. SPONDIAS. *Drupa* nucleo 5-loculari. *Cal.* 1-phyllus.
576. AVERRHOA. *Pomum* 5-loculare. *Cal.* 5-phyllus.
1235. GRIELVM. *Sem.* 5. diſtincta, mutica. *Cor.* 5-petala. *Styli nulli.*
581. SVRIANA. *Sem.* 5 ſubrotunda. *Cor.* 5-petala. *Styli* filiformes, laterales.
1262. FORSKOHLEA. *Sem.* 5, lana inuoluta. *Cor.* 10-petala.

* *Adoxa.* * *Gerania.*
* *Coriaria.* * *Droſera luſitanica.*

DECAGYNIA.

587. NEVRADA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 10-cocca.
588. PHYTOLACCA. *Cal.* 5-phyllus, corollinus. *Cor.* nulla. *Bacca* 10-cocca.

MONOGYNIA.

508. SOPHORA. *Cal.* 5-dentatus, ſuperne gibbus. *Cor.* papilionacea: alis longitudine vexilli. *Legumen*

alopecuroides. 1. S. fol. pinnatis: foliolis numeroſis villoſis oblongis, caule herbaceo.

tomentoſa. 2. S. fol. pinnatis: foliol. numeroſis ſubrotundis tomentoſis. (*Legumen moniliforme, ſericeo-tomentoſum album, pluriloculare. Gaertn. de fr. II. p. 320. t. 179.*)

occidentalis. 3. S. fol. pinnatis: foliol. numeroſis ſubrotundis. *Trew. Ehret. 27. t. 59. An varietas praecedentis? (Fol. 6-iuga, incana, infra albo-tomentoſa. Legum. longiſſimum primo filiforme, dein toruloſo-articulatum, 1-loculare. Swartz Obſ. p. 155.*)

capenſis. 4. S. fol. pinnatis: foliolis numeroſis lanceolatis ſubtus tomentoſis: caule fruticoſo. *Mant. 67.* Sophora oroboides. *Berg. cap. 142.*

iaponica. 5. S. fol. pinnatis: foliolis pluribus ouatis glabris, caule arboreo. *Mant. 68. Burm. ind. 93.*

heptaphylla. 6. S. fol. pinnatis: foliol. ſeptenis glabris. (*Plenk Pl. med. t. 323.*)

tetraptera. 7. S. fol. pinnatis: foliolis numeroſis obouatis emarginatis, leguminibus tetragonis: angulis membranaceis. *Suppl. p. 230. (Duas ſub hoc nomine confuſas ſpecies, vti ill. Retzius Obſ. 5. p. 4. hoc etiam adnotat, b. Aitonius ita diſtinxit:* S. *microphylla*, foliol. numeroſiſſimis obouatis villoſiuſculis, leguminib. membranaceo-quadrangulis, caule arboreo, *et S. tetraptera*, fol. numeroſis lanceolato-oblongis villoſiuſculis, leguminibus etc. *Hanc poſteriorem depingi curauit Curtiſius bot. Mag. nr. 167.*)

geniſtoides. 8. S. fol. ternatis ſeſſilibus: foliol. linearibus. *Berg. cap 141. β.* Sophora gallioides. *Berg. cap. 141.* Geniſta roriſmarini folio triphyllos. *Pluk. phyt. 413. f. 3. Corollae carina vtrinque cornuta, vt Indigoferae.*

auſtralis. 9. S. fol. ternatis ſubſeſſilibus glabris, ſtipul. enſiformibus. *Mant. 378. Habitat in Carolina rectius. (Legum. turgidum 1-loculare, nigro-fuſcum. Gaertn.*)

tinctoria. 10. S. fol. ternatis ſubſeſſilibus: foliol. obouatis glabris, ſtipul. minutis. *Mant. 377.*

alba.

alba. 11. S. fol. ternatis petiolatis, fol. ellipticis glabris, ſtipulis ſubſubulatis breuibus. Crotalaria alba. *Sp. plant. 1006. Mant. 440.* — Sophora alba. *Murr. in comm. gott. 1778. p. 96. t. 6. Vogel. Trew. rar. Dec. 2.* M. *Filamenta omnino diſtincta. Vexillum corolla breuius.* (*Sequentem frequentius occurrentem, et pro varietate putatam ſpeciem ſic determinauit b. Trew:* Sophora *caerulea*, fol. ternatis petiolatis: foliolis ellipticis. ſtipulis petiolo maioribus enſiformibus. *Flor. ſparſis caeruleis, erectis, ſtaminibus aequalibus a S. alba differt. Trew Pl. rar. p. 6. t. 14.*)

lupinoides. 12. S. fol. ternatis petiolatis: foliol. oualibus piloſis. *Flores ſubſeſſiles, lutei. Stipulae enſiformes, magnae.*

biflora. 13. S. fol. ſimplicibus obouatis ſubtomentoſis, pedunculis bifloris. *Berg. cap. 138. Variat foliis glabris et figura folioli.* (Cfr. *Retz. Obſ. bot. 1. p. 36.*)

509. ANAGYRIS. *Vexillum* alaeque carina breuiores in corolla papilionacea. *Legumen.*

foetida. 1. ANAGYRIS. *Haſſelqu. iter. 466.*

510. CERCIS. *Cal.* 5-dentatus, inferne gibbus. *Cor.* papilionacea: vexillo ſub alis breui. *Legumen.*

Siliquaſtrum. 1. C. foliis cordato-orbiculatis glabris. (*Schmidt öſterr. Baumz. 1. t. 20.*)

canadenſis. 2. C. fol. cordatis pubeſcentibus. (*Schmidt l. c. t. 21. Rami diuaricati, flor. minores.*)

511. BAUHINIA. *Cal.* 5-fidus, deciduus. *Petala* patula, oblonga, vnguiculata: ſuperiore magis diſtante, omnia calyci inſerta. *Legumen.*

ſcandens. 1. B. caule cirrhifero.

aculeata. 2. B. caule aculeato. *Iacq. amer. 119. — Ed. 2. pict. p. 60. t. 260. f. 32.* M.

diuaricata. 3. B. fol. ouatis: lobis diuaricatis. (*Vogel Suppl. t. 106.*)

vngulata. 4. B. fol. ouatis: lobis parallelis.

variegata. 5. B. fol. cordatis: lobis coadunatis obtuſis.

purpurea. 6. B. fol. ſubcordatis bipartitis rotundatis, ſubtus tomentoſis.

tomentoſa. 7. B. fol. cordatis: lobis ſemiorbiculatis tomentoſis.

acuminata. 8. B. fol. ouatis: lobis acuminatis ſemiouatis.

512. HYMENAEA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, ſubaequalia. *Stylus* intortus. *Legumen* repletum pulpa farinacea.

Courbaril. 1. HYMENAEA. — *Iacq. amer. pict. p. 63. t. 264. f. 65. quoad fructum.* M. (*Pluk. phyt. t. 82. f. 1.*)

flexuoſa. 13. C. pedunc. congeſtis terminalibus, fol. perſiſtentibus oblongis obtuſis glabris, ramis flexuoſis. (*A nr. 8. non diuerſam dicit Swartz l. c. p. 211.*)

ſiliquoſa. 14. C. pedunc. multifloris compreſſis, fol. perſiſtentibus lanceolato-oblongis acuminatis ſubtus punctatis.

grandis. 15. C. corymbis terminalibus, fol. ouatis acutis glabris, fructu globoſo. *Suppl. p. 263.*

644. ACTAEA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 1-locularis. *Sem.* ſemiorbiculata.

ſpicata. 1. A. racemo ouato, fructibus baccatis. *Fl. dan. t. 498.* (*Cal. deciduus. Pet. ligulata. Filam. incraſſata cum antheris candida petala mentientia.*)

racemoſa. 2. A. racemis longiſſimis, fruct. ſiccis. (*Dill. elth. p. 79. t. 67. Filam. craſſitudine aequalia. Fruct. ouatus.*)

iaponica. 3. A. ſpicis longiſſimis, foliolis inciſis palmatis indiuiſis. *Thunb. iapon. p. 221.* M.

645. SANGVINARIA. *Cor.* 8-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Siliqua* ouata, 1-locularis.

canadenſis. 1. SANGVINARIA. *Folium radicale tenerrime in ſinu fouet et amplectitur infantiam floris, more Osmundae Lunariae, et eſt Folium vnicum cucullatum et Scapus vniflorus e ſingula gemma radicis biualui. Stamina meae vix habuere Antheras polliniferas; an dioica? Lacteſcens ſucco fuluo Chelidonii.* (*Curt. bot. Mag. t. 162.*)

646. PODOPHYLLVM. *Cor.* 9-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Bacca* vnilocularis, coronata ſtigmate.

peltatum. 1. P. foliis peltatis lobatis. (*Trew. Ehr. Decad. t. 29.*)

diphyllum. 2. P. fol. binatis ſemicordatis. *An Sanguinariae ſpecies? cum Folium vnicum binatum et Scapus aphyllus radicalis et Capſula oblonga. Flores non vidi; ſub Podophylli ſpecie miſſum.*

647.

647. CHELIDONIVM. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Siliqua* 1-locularis, linearis. *)

maius. 1. C. pedunculis vmbellatis. *Fl. dan. t. 542.* — *β* foliis quernis. *Fl. dan. t. 676.* M. (*Succo luteo a plurimis plantis europaeis ſeſe ſane diſtinguit. Var. β a nonnullis vt diſtincta ſpecies forte perperam eſt propoſita, cum in vulgari, locis nempe vmbroſis, nonnunquam folia ad huius formam accedere obſeruaui.*)

Glaucium. 2. C. pedunc. vnifloris, fol. amplexicaulibus ſinuatis, caule glabro. *Fl. dan. t. 585.*

corniculatum. 3. C. pedunc. vnifloris, fol. ſeſſilibus pinnatifidis, caule hiſpido. (*Cor. rubra.*)

hybridum. 4. C. pedunc. vnifloris, fol. pinnatifidis linearibus, caule laeui, ſiliquis triualuibus. (*Sowerb. engl. bot. p. 201. Corol. violacea.*)

iaponicum. 5. C. pedunc. vnifloris, fol. petiolatis pinnatis ouatis. *Thunb. iap. p. 221.* M.

648. PAPAVER. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Capſula* 1-locularis, ſub ſtigmate perſiſtente poris dehiſcens.

* *Capſulis hiſpidis.*

hybridum. 1. P. capſulis ſubgloboſis toroſis hiſpidis, caule folioſo multifloro. (*Capſ. globoſa, 6-ſulcata.*)

Argemone. 2. P. capſ. clauatis hiſpidis, caule folioſo multifloro. — *Fl. dan. 867.* M. (*Fol. multifida: laciniis margine reflexis. Capſ. clauata ſulcata. Pili etiam cauli adpreſſi.*)

alpinum. 3. P. capſ. hiſpida, ſcapo vnifloro nudo hiſpido, fol. bipinnatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 83.* M. Papauer argemone fl. flauo, perpuſillum. *Pluk alm. 179. t. 247. f. 3. Cipp. 2. t. 6. f. 4. Cal. hirſutus. Pet. alba baſi flaua. Capſ. ouata ſtigmatibus 5.*

nudicaule. 4. P. capſ. hiſpidis, ſcapo vnifloro nudo hiſpido, fol. ſimplicibus pinnato-ſinuatis. *Fl. dan. t. 41.* *Nimis*

*) *Huius generis ſpecies quoad fructus ſtructuram inter ſe valde differunt, quare a nonnullis denuo in diuerſa ſeparantur genera. Siliquae diſſepimentum enim prima in ſpecie pertuſum ſeu feneſtratum, quod in nr. 2 et 3 materie fungoſa farctum, in qua ſemina nidulantur. Secundum cel.* Medicum *nr. 4. capſulam habet ſiliquoſam, 3-4-valuem, et recept. ſeminum 3-4, filiformia. Cfr.* MED. Ueber Linne's Chelidonium Gattung. *in Annal. d. bot. St. 3. p. 14 et 15.* GAERTN. de fr. II. p. 164 et 165. t. 115.)

Nimis aſſine P. alpino et variat corolla alba et lutea; an cultura ſola diuerſum?

*** Capſulis glabris.*

Rhoeas. 5. P. capſ. glabris globoſis, caule piloſo multifloro, fol. pinnatifidis inciſis. (*Capſ. obouata. Pedunculorum pili patuli.*)

dubium. 6. P. capſ. oblongis glabris, caule multifloro ſetis adpreſſis, fol. pinnatifidis inciſis. *Iacq. auſtr. t. 25.*

ſomniferum. 7. P. calyc. capſulisque glabris, fol. amplexicaulibus inciſis.

cambricum. 8. P. capſ. glabris oblongis, caule multifloro laeui, fol. pinnatis inciſis. (*Cfr. Gaertn. de fr. I. p. 288.*)

orientale. 9. P. capſ. glabris, caulibus vnifloris ſcabris folioſis, fol. pinnatis ſerratis. (Caul. *pilis adpreſſis.* Fol. *pinnatifida piloſo-ſcabra.* Flor. *rubri.* Capſ. *bracteis ventricoſis cinctae. Haecce ſpecies verum praebet opium.*)

649. ARGEMONE. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Capſ.* ſemi-valuis. (*Recept.* parietalia. *Gaertn.*)

mexicana. 1. A. capſulis ſexualuibus, foliis ſpinoſis: (*Petala, ſtigmatis diuiſiones et capſulae anguli 4-5-et ſenarium numerum exhibent I. H. Rudolph. Diſſ. de Polyand. monog. Lin. Ien. 1781. p. 20.*)

armeniaca. 2. A. capſ. triualuibus.

pyrenaica. 3. A. capſ. quadriualuibus, caule nudo.

650. CAMBOGIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Pomum* 8-loculare. *Sem.* ſolitaria.

Gutta. 1. CAMBOGIA. (*A b. Gaertnero* Garciniis L. *ſub nomine* Mangoſtana Cambogia *adnumerata eſt, cum et huic plantae fructus* Bacca *eſt, quae globoſa, ſulcata, ſtigmate ſeſſili ſubhemiſphaerico ſulcato terminata. Gaertn. de fr. II. p. 106. t. 105.*)

651. MVNTINGIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* 1-locularis, 1-polyſperma.

Calabura. 1. MVNTINGIA. *Iacq. amer. pict. p. 81. t. 158.* M. Malam-toddali. *Rheed. mal. 4. t. 40. Flores axillares, bini, albi.* (*Synonynum Rheed. huius loci non eſt. Swartz l. c. p. 211. qui huic generi* Cal. *5-6-partitum, baſi concauum*, Petala *5-6 vnguiculata et* Baccam *5-locularem adſcribit.*)

652.

652. SARRACENIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* duplex, 3-phyllus et 5-phyllus. *Capſula* 5-locularis, ſtylo ſtigmate clypeato.

flaua. 1. S. foliis ſtrictis. — *Mill. illuſtr. ſyſt. ſex. ic.* M.

purpurea. 2. S. fol. gibbis. *Mill. ic. 161. t. 241. P. Collinſon. Folia ſeſſilia cucullata: tubo ventricoſo, ſenſim ampliato: fauce contractiuſcula, margine antice dilatata. Limbus reniformis, patulus, emarginatus. Venter antice carina membrancea, ſemielliptica, binerui. Sic metamorphoſis folii Nymphaeae in folium Sarraceniae, vt ipſa aquam pluvialem excipiens et retinens extra aquas creſcat; mira naturae prouidentia!*

653. NYMPHAEA. *Cor.* polypetala. *Cal.* 4-ſ. 5-phyllus. *Bacca* multilocularis, truncata.

lutea. 1. N. foliis cordatis integerrimis, calyce pentaphyllo maiore. — *Fl. dan. t. 603.* M.

alba. 2. N. fol. cordatis integerrimis, calyce quadrifido. — *Fl. dan. t. 602.* M. (*Cfr. Ait. Kew. II. p. 227.*)

Lotus. 3. N. fol. cordatis dentatis.

Nelumbo. 4. N. fol. petalis vndique integris. *Capſula dihiſcit ſtigmate variis poris perforato pro totidem ſeminibus; natura his tinnitat. Semina continent aliquot folia, antequam germinent, intra ſe perfecta.* (Nelumbo nucifera. *Gaertn. de fr. I. p. 73.* Styli *plures ſimplices.* Pericarp. *ex receptaculo floris favoſum.* Nuces *plures diſcretae. G.*)

655. BIXA. *Cor.* 10-petala. *Cal.* 5-dentatus. *Capſ.* hiſpida, 2-valuis.

Orellana. 1. BIXA. (*Rumph. amb. 2 p. 80. t. 91. Pluk. phyt. t. 209. f. 4. Semina baccata. Gaertner.*)

655. SLOANEA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, deciduus. *Stigma* perforatum. *Bacca* corticoſa, echinata, polyſperma, dehiſcens. *)

dentata. 1. S. foliis cordato-ouatis denticulatis, ſtipulis ſerratis. *Deſcriptio Loeflingii quadrat.* (L. *dentata,* fol. ouatis acutis, ſtipulis cordato-triangularibus ſerratis.

---

*) Cal. *1-phyllus.* Cor. 0. Anth. *filamentis infra apicem adnatae.* Capſ. *echinata, 3-6-locularis, 3-6-valuis.* Sem. *bina: arillo baccato.* SWARTZ obſ. bot. p. 213.)

ſerratis. *Swartz l. c. Secundum laudatum auctorem ſynonyma: Loefling. iter p. 311. Marcgr. braſ. p. 123. et Rai. hiſt. huc non, ſed ad aliam ſub alio genere militantem plantam:* Apeiba Tibourbou. *Sw. Prodr. p. 82. pertinet.)*

emarginata. 2. S. fol. oblongis integerrimis emarginatis.

1239. TREWIA. *Cor.* 0. *Cal.* 3-phyllus, ſuperus. *Capſ.* 3-cocca

nudiflora. 1. TREWIA. (*Rheed. mal. I. p. 76. t. 42.*)

656. MAMMEA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 2-phyllus. *Bacca* maxima, 4-ſperma.

americana. 1. L. ſtaminibus flore breuioribus. *Iacq. amer. 268. — Ed. 2. pict. p. 130. t. 248.* M. *Folia oppoſita. Fructus gratiſſimus, ſed cortex et pulpa ſeminum propria amariſſima. Iacq.* (*Eſt polygama. Arbores* maſcul. *minores*, hermaphroditae *altiſſimae Swartz obſ. p. 214.*)

657. OCHNA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Baccae* monoſpermae, receptaculo ſubrotundo magno affixae.

ſquarroſa. 1. O. racemis lateralibus. (Drupae 2-5 *receptaculo carnoſo inſertae.* Anth. *ſubſeſſiles per paria approximatae Swartz l. c. p. 215*)

Iabotapita. 2. O. racem. terminalibus. (*Diſtinctum ex hac ſpecie conſtituit genus ill. Schreber:* Gomphia, *quod ad Decandriam monogyniam pertinet, et cuius Baccae 1-5 receptaculo maximo globoſo ſ. lobato inſident; vid. Lin. gen. pl. ed. 8. p. 291.*)

659, GRIAS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus. *Stigma* ſeſſile, cruciatum. *Drupa* octoſulcata, (Calyce coronata. *Nucleus* ſolitarius' *Swartz.*)

cauliflora. 1. GRIAS. *Folia maxima.* (*Cfr. Swartz obſ. p. 216.*)

658. CALOPHYLLVM. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, coloratus. *Drupa* globoſa.

Inophyllum. 1. C. foliis oualibus. Arbor indica, mali medicae amplioribus foliis. *Pluk. alm. 41. t. 147. f. 3.*

Calaba. 2. C. fol. ouatis obtuſis. — *Iacq. amer pict. p. 131. t. 249.* M. (*Arbor polygama Swartz.*)

1400. SPARRMANNIA. *Cal.* 4-dhyllus. *Cor.* 4-petala, reflexa. *Nectaria* plura, toruloſa. *Capſ.* angulata, 5-locularis, echinata. *Suppl. p.* 41.

africana. 1. SPARRMANNIA. *Suppl. p.* 265. (*Retz. obſ. bot.* 5. *p.* 25. *t.* 3. *Fol. magna, lobata ſerrata.*)

1401. VALLEA. *Cor.* 4-ſ. 5-petala, petalis 3 fidis. *Cal.* 4-ſ. 5-phyllus. *Stigma* 4-ſ. 5-fidum. *Capſ.* 2-locularis. *Suppl. p.* 42.

ſtipularis. 1. VALLEA. *Suppl. p.* 266. (*Mutis amer.* 7. *t.* 10.)

660. TILIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* (*Capſ.*) ſicca globoſa, 5-locularis, 5-valuis, baſi dehiſcens.

europaea. 1. T. floribus nectario (diſtincto) deſtitutis. *Fl. dan. t.* 553. (*Nectaria omnino adeſſe debent, cum flores ob mel, quo abundant, ab apibus ſedulo viſitantur; illa etiam vt* fila alba nitida *deſcripſit cl. Rudolph l. c. p.* 23. *Sic et Capſulam baſi dehiſcentem, niſi forte ſub germinatione, nunquam obſervauit Gaertnerus, de fr. II. p.* 151. *Ceterum nunc diſtinguitur in:* T. grandifolia *et* T. paruifolia. *In priore ſecundum cel. Schkuhr ſtamina ſunt polyadelpha et ſtigmatis lobi conniuent, in poſteriore ſtam. libera, et ſtigm. lobi diuergunt; vid. eius bot. Handb. II. p.* 71 *et* 72. *t.* 141. *Capſulae loculorum numerus enim in ambabus variare dicitur.*)

americana. 2. T. flor. nectario inſtructis.

. . CLEYERA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 2-locularis. *Thunb. Diſſ. n. gen. pl. p.* 69. M.

iaponica. 1. CLEYERA. *Thunb. l. c. Iapon. p.* 224. Mokokf vel Mukokf. *Kämpf. am. ex. p.* 873. *fig. p* 774. M. (Ternſtroemia *iaponica*, fol. acuminatis excilis. *Thunb. in Transact. of the Lin. Soc. II. p.* 336. *Quo hocce genus nunc euaneſcit.*)

1399. MYRISTICA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Bacca* carnoſa, 1-ſperma. *Membrana* reticularis ſicca, inter baccam et ſemen. *Suppl. p.* 40. *)

officinalis. 1. MYRISTICA. *Suppl. p.* 265. Le Muſcadier *Sonnerat Voyag. t.* 116. 117. 118. Nux Myriſtica mas. *Rumph. amb. v.* 2. *p.* 24. *t.* 5. *Nucem myriſticam erogat.*

ANIMADV. *Secundum obſeruationes Thunbergii Act. Stockholm.* 1782. *p.* 46. *tab.* 1. *ad Monoeciam potius genus pertinet, calyce trifido, corolla nulla,* Maris *ſtamine unico, quod antheram ſuperius cingit;* Foeminae *piſtillo uno, germine ſupero, ſtylo breuiſſimo, ſtigmate duplici acuto. Ab eo quoque ſpecies duae recenſentur ſcilicet:*

Myriſtica moſchata, foliis lanceolatis, fructu glabro. *Rumph. amb. t.* 2. *tab.* 4.

Myriſtica tomentoſa, fol. ouatis, fructu tomentoſo. *Rumph. amb. t.* 2. *tab.* 5. M.

661. LAETIA. *Cor.* 5-petala ſ. o. *Cal.* 5-phyllus. *Fructus* 1-locularis, trigonus. *Semina* arillo pulpoſo.

apetala. 1. L. floribus apetalis. — *Iacq. amer. pict. p.* 82. *t.* 159. M. (*Cfr. Swartz obſ. bot. p.* 219.)

completa. 2. L. flor. petaloideis completis. — *Iacq. amer. p.* 81. *t.* 261. *f.* 42. *quoad folium* M.

663. ELAEOCARPVS. *Cor.* 5-petala, lacera. *Anth* apice 2-valui. *Cal.* 5-phyllus. *Drupa* nucleo criſpo.

monogy-

---

*) *Poſt tot diuerſas ab acutiſſimis viris inſtitutas obſeruationes huius generis hiſtoria nihilominus extra omnis dubitationis aleam nondum poſita eſt. Hac de re conferri poſſunt:* 1) Aanmerkingen over de Bloemen van den Nootenmoskaatboom door Dr. M. HOUTTUYN, *in Act. haarlem. v.* 26. *p.* 211. *cum ic. Vbi celeberrimus Auctor, ſi Eius mentem recte intellexerim, cum* ill. de WVRMBS *proclinis eſt ad hocce genus ad claſſem* Gynandriam *referendum.* 2) Ol. SWARTZ obſ. bot. p. 217, *l. c. dicitur, genus hocce quamvis dioicum,* Monodelphiae *ordinique* Triandriae *inſerendum. Forte eodem iure claſſem* Syngeneſiam, *aut ſi ſit planta moneica,* Monoeciam Syngeneſiam *intrare poteſt.* 3) GAERTNER de Fr. et Sem. pl. I. p. 194. *Vbi terminus: Membrana reticularis, ſ. Macis in meliorem:* Arillus *commutatur.* 4) *Ob iconem elegantem etiam huc pertinet* Botaniſches Magazin. Faſc. 6. p. 22. t. 1. et 2.)

monogynus. 1. E. foliis alternis oblongis ſerratis, racemis axillaribus. *Suppl. p. 266.* Elaeocarpus ſerrata. *Syſt. ed. 13. p. 411. Mant. 401.* (*Rumph. amb. 3. t. 101.*)

Dicera. 2. E. tetragynus, fol. oppoſitis ouatis duplicato-ſerratis, racemis lateralibus oppoſitis. *Suppl. p. 266.*

664. LECYTHIS. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 6-phyllus. *Nectarium* ligulatum, ſtaminiferum. *Pericarp.* circumſciſſum, polyſpermum.

Ollaria. 1. L. foliis ſeſſilibus cordato-ouatis ſubintegerrimis. Iacapucaya. *Marcgr. braſ. 128. Piſ. braſ. 135. Natura fructu ollas producit, vt in Cucurbita et Creſcentia lagenas.*

minor. 2. L. fol. petiolatis lanceolatis ſerratis. *Iacq. amer. 168. t. 109. — Ed. 2. pict. p. 82. t. 160.* M. *E Carthagena Americes.*

672. DELIMA. *Cor.* 0. *Cal.* 5-phyllus. *Bacca* 2-ſperma.

ſarmentoſa. 1. DELIMA. Peripu. *Rheed. mal. 7. t. 34. Burm. ind. t. 35. f. 1. Obſ. Rheede ſuam 5-andram facit, adeoque dubia.* (*Secundum cel. Dryander ad genus:* Tetracera *referri debet; vid. Schreb. gen. pl. Lin. Ed. 8. p. 833.*)

666. VATERIA. *Cor.* 5-petala, *Cal.* 5-fidus, *Capſ.* 3-valuis, 1-locularis, 3-ſperma.

indica. 1. VATERIA. (*Rheed. mal. 4. p. 33. t. 15.*)

670. MENTZELIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* infera, cylindrica, polyſperma.

aſpera. 1. MENTZELIA. — *Iacq. amer. pict. p. 80.* M. (M. *aſpera*, fol. ouato-lanceolatis biſerratis inciſis, flor. ſolitariis ſeſſilibus. *Cauan. Pl. hiſp. n. 78. t. 70.*)

1286. LOOSA. *Auctore Cl.* Iacquinio.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, ſuperum, perſiſtens: foliolis lanceolatis, patentiſſimis: lateribus reflexis.

COR. *Petala* quinque, obouata, cucullata, magna, patentiſſima, in vngues baſi attenuata.

Nectarium foliolis quinque, cum petalis alternantibus, conniuentibus in conum acutum, corolla paulo breuioribus, lanceolatis, rugoſis, ariſtatis duplici filamento.

STAM.

STAM. *Filamenta* numeroſa, capillaria, nectario longiora, ad quodlibet petalum 15-17.
Antherae incumbentes, ſubrotundae.
PIST. *Germen* ſubouatum, ſemi-inferum. *Stylus* filiformis, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.
PER. *Capſ.* turbinata, vnilocularis, apice triualvis: valuulis ſemiouatis, acutis, patulis.
SEM. plurima, ouata, parua. *Receptacula* tria, linearia, capſulae longitudinales.

hiſpida. 1. LOOSA. *Iacq. obſ. 3. p. 15. t. 38.* Ortiga chinenſis vrens, acanthi folio. *Fewill. peruv. 2. p. 757. t. 43? Habitat in* Peru ⊙. *Petala flaua. Nectaria alba punctis rubris viridibusque. Filamenta in quinque faſciculos, interſtitia nectariorum occupantia. Stamina primum erecta, demum reflexa. Affinitate Mentzeliae accedit. Iacq.*

667. LAGERSTROEMIA. *Cor.* 6-petala, criſpa. *Cal.* 6 fidus, campanulatus. *Stam.* multa: horum 6 exteriora craſſiora, petalis longiora.

indica. 1. LAGERSTROEMIA. *Mant. 402.* Sibi. *Kaempf. amoen. 855. (Propter Stamina calyci infra germen inſerta ad Icoſandriam transferenda Schreb. gen. pl. Lin. p. 833. Cfr. quoque Retz. obſ. 5. p. 25.)*

668. THEA. *Cor.* 6-ſ. 9-petala. *Cal.* 5-ſ. 6-phyllus. *Capſ.* 3-cocca.

Bohea. 1. T. floribus hexapetalis. *Amoen. acad. 7. p. 239. t. 4. Folia alterna, elliptica, conſiſtentia, lacuia, obtuſiuſcula, obtuſe ſerrata: Petiolis breuibus, ſubtus teretibus, gibbis. Stipulae nullae. Nobis attulit viuam primus Car. Guſt. Ekeberg, nauis ad chinenſes gubernator, d. 3. Octob. 1763. Obtinetur, ſi ſemina ad nauis receſſum e China, in naue terrae mandentur, vt in itinere ſerius germinent.*

viridis. 2. T. flor. enneapetalis. *Florum libram integram aliquando accepi; eſſe T. viridem ex Hillio didici. Stylos 3 conglutinatos eſſe, nec ſimplicem. Io. Coakly Letſom.*

669. CARYOPHYLLVS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, duplicatus. *Bacca* 1-ſperma, infera.

aromaticus. 1. CARYOPHYLLVS. — *Natuurlyke Hiſtorie Vol. 2. p. 3. p. 44. t. 12. f. 1. Sonnerat Voyage à la nouvelle Guinée p. 196. t. 119.* M. (Eugenia *caryophyllatus*, fol. integris, panicula trichotoma, decompoſita. *Thunb. de Caryophyllis aromaticis. Cfr. Bot. Mag. St. 5. p. 82.)*

673. CISTVS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus: foliolis duobus minoribus. *Capſula.*

* *Exſtipulati fruticoſi.*

capenſis. 1. C. arboreſcens exſtipulatus, foliis ouato-lanceolatis petiolatis trineruiis denticulatis vtrinque nudis.

villoſus. 2. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ouatis petiolatis hirtis. *Folia petiolata rugoſa, vtrinque viridia et pubeſcentia. Pedunculi vniflori cum geniculo.*

populifolius. 3. C. arboreſcens exſtipulatus, foliis cordatis laevibus acuminatis petiolatis. *Adultior ramis et foliis nudus eſt. Petala alba, absque macula margine purpuraſcentia. Stamina lutea. Calyces ante explicationem triquetri.*

laurifolius. 4. C. arboreſcens exſtipulatus, foliis oblongo-ouatis petiolatis trineruiis ſupra glabris: petiolis baſi connatis. *Caulis arboreſcens ramis piloſis. Folia lanceolata, trineruia, acuta, rugoſa, vtrinque viridia, vix manifeſte piloſa. Petioli baſi purpuraſcentes, ſaepe diſtincti. Flores albi.*

ladaniferus. 5. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. lanceolatis ſupra laeuibus, petiolis baſi coalitis vaginantibus. *Corolla alba, magnitudine Papaueris ſomniferi. Germen torulis 10. Stigma ſeſſile absque omni ſtylo. (Cart. bot. Mag. t. 112. Fol. coriacea ſuperne viſcida odorem fortem ſpargunt.)*

monſpelienſis. 6. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. lineari-lanceolatis ſeſſilibus vtrinque villoſis trineruiis. *Flores albi.*

ſaluifolius. 7. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ouatis petiolatis vtrinque hirſutis. *Folia ouata, obtuſa, aucnia, minus*

Ciſtus *Flore albo* 3, 4. 5, 6, 10.
flore purpureo 7, 11, 8, 9.
flore luteo 12, 28. — etc. M.

minus mollia. Pedunculi laterales, ſolitarii vniflori, foliis longiores. Flores albi.

incanus. 8. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ſpathulatis tomentoſis rugoſis: inferioribus baſi connatis vaginantibus. *Flores purpurei.* (*Curt. Mag. t. 43.*)

creticus. 9. C. arboreſcens exiſtulatus, fol. ſpathulato-ouatis petiolatis eneruiis ſcabris, calyc. lanceolatis. *Tournef. cor. 19. it. 1. p. 30. Corollae purpureae.* (Ciſtus *creticus*, arboreſcens exſtipulatus, fol. ſpathulato-lanceolatis, ſubpetiolatis eneruiis ſcabris, calycinis foliolis lanceolatis ſubaequalibus. *Iacq. Coll. I. p. 80. Ic. pl. rar. t. 96.*)

albidus. 10. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. ouato-lanceolatis tomentoſis incanis ſeſſilibus ſubtrineruiis. *Folia ſeſſilia, mollia, horizontalia. Pedunculi ex apice ramorum plures, foliis vix longiores.*

criſpus. 11. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. lanceolatis pubeſcentibus trineruiis vndulatis.

halimifolius. 12. C. arboreſcens exſtipulatus, foliolis duobus calycinis linearibus. γ. Ciſtus fruticoſus erectus, fol. oppoſitis ſeſſilibus vtrinque incanis. *Mill. ic. t. 290. Flores lutei.* (*Fol. lanceolata incana, pedunculi virgati. Vahl.*)

libanotis. 13. C. arboreſcens exſtipulatus, fol. linearibus revolutis, flor. vmbellatis. *Flores lutei.*

** *Exſtipulati ſuffruticoſi.*

vmbellatus. 14. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis, flor. vmbellatis.

laeuipes. 15. C. ſuffruticoſus exſtipulatus adſcendens, fol. alternis faſciculatis filiformibus glabris, pedunc. racemoſis. — *Iacq. hort. v. 2. t. 158.* M. Ciſtus ſuffruticoſus procumbens, fol. alternis confertis inaequalibus ſetaceis. *Ger. prov. 394. t. 14.* Ciſtus humilis maſſiliotica, camphoratae tenuiſſimis foliis glabris. *Pluk. alm. 107. t. 84. f. 6. Excluſis prioribus ſynonymis. Ex ſingulis foliorum alis faſciculus foliorum minor. Flores lutei.*

calycinus. 16. C. ſuffruticoſus exſtipulatus erectus, fol. linearibus, pedunc. vnifloris, cal. triphyllis. *Mant. 565.* Ciſtus humilis ſ. Chamae-Ciſtus ericae folio luteus et elatior. *Bauh. pin. 466. Pluk. alm. 107. t. 83. f. 6. Similis C. Fumanae.*

ſyriacus. 17. C. ſuffruticoſus exſtipulatus erectus, fol. lanceolatis, floribus racemoſis. *Iacq. in Litt. Miſc. 3. Icon. rar.* M.

Fumana. 18. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. alternis linearibus margine ſcabris, pedunc. vnifloris. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 252.* M. *β.* Chamae Ciſtus. Ericae folio, luteus humilior. *Bauh. pin. 466.* Helianthemum tenuifolium glabrum humi ſparſum, luteo flore. *Bauh. hiſt. 2. p. 18. Stamina circiter 16, antherifera et totidem exteriora caſtrata. Folia laeuia, margine ſcabra ſpinulis aliquot minutiſſimis.*

canus. 19. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis obouatis villoſis ſubtus tomentoſis. flor. ſubumbellatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 277.* M. *Scop. ann. 2. p. 53. Mant. 403.*

italicus. 20. C. ſuffruticoſus exſtipulatus, fol. oppoſitis hiſpidis: inferioribus ouatis; ſuperioribus lanceolatis, ramis patentibus. *An varietas C. cani?*

marifolius. 21. C. ſuffruticoſus exſtipulatus, fol. oppoſitis oblongis petiolatis, planis ſubtus incanis.

roſeus. 22. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis oblongis, ad oras reuolutis, vtrinque ſubincanis. *Iacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 65.* M.

anglicus. 23. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis oblongis reuolutis piloſis, flor. racemoſis. *Hudſ. angl. 206. Mant. 245.* Helianthemum alpinum, folio Piloſellae minoris Fuchſii. *Bauh. hiſt. 2. p. 18.*

oelandicus. 24. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis oblongis vtrinque glabris, petiolis ciliatis, petalis emarginatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 399.* M. Ciſtus ſuffruticoſus procumbens, foliis nudis oppoſitis viridibus, floribus ſubumbellatis, calycibus hirſutis. *Ger. prov. 396.* Ciſtus helianthemos, flore paruo luteo. *Bauh. hiſt. 2. p. 17. Calyx lineatus pubeſcens.* (*Cfr. Gouan. illuſtr. p. 33.*)

*** *Exſtipulati herbacei.*

Tuberaria. 25. C. perennis exſtipulatus, fol. radicalibus ouatis trineruiis tomentoſis; caulinis glabris lanceolatis: ſummis alternis.

guttatus. 26. C. herbaceus exſtipulatus, fol. oppoſitis lanceolatis trineruiis, racemis ebracteatis. *Mant. 403.* (*Caul.*

Caul. hirtus. Pedicelli rubri. Flor. tempore matutino ſolum aperti. Petala flaua macula rubra. Schkuhr Handb. II. p. 79. t. 143.)

canadenſis. 27. C. herbaceus exſtipulatus, fol. omnibus alternis lanceolatis, caule adſcendente.

**** *Stipulati herbacei.*

ledifolius. 28. C. herbaceus ſtipulatus erectus glaber, florib. ſolitariis ſubſeſſilibus, folio ternato oppoſitis. *Capſulae longitudine calycis.*

ſalicifolius. 29. C. herbaceus ſtipulatus patulus villoſus, flor. racemoſis erectis, pedicellis horizontalibus. *Capſulae calyce longiores.*

niloticus. 30. C. herbaceus ſtipulatus erectus ſubtomentoſus, flor. racemoſis ſolitariis ſeſſilibus oppoſitifoliis. *Mant. 246. Folia elliptica, ſubtomentoſa.*

aegyptiacus. 31. C. herbaceus ſtipulatus erectus, fol. lineari-lanceolatis petiolatis, calyc. inflatis corolla maioribus. *Mant. 404. Iacq. obſ. 3. p. 17. t. 68.*

***** *Stipulati ſuffruticoſi.*

ſquamatus. 32. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. obtectis ſquamis orbiculatis.

Lippii. 33. C. ſuffruticoſus ſtipulatus erectus, fol. alternis oppoſitisque lanceolatis ſcabris, ſpicis ſecundis. *Mant. 245.*

ſurreianus. 34. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, procumbens, fol. ouato-oblongis ſubpiloſis, petalis lanceolatis.

nummularius. 35. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. inferioribus orbiculatis; ſuperioribus ouatis.

canarienſis. 36. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, fol. ſubouatis alternis et oppoſitis, racemis erectis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 339. Icon. rar. t. 16.* M.

foetidus. 37. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, ſtipulis lanceolatis, fol. oblongis ſcabris. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 341. Icon. rar. t. 18.* M.

ſerpyllifolius. 38. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis oblongis, calycibus laeuibus.

glutinoſus. 39. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. linearibus oppoſitis alternisque, pedunculis villoſis glutinoſis. *Ger. prov. 394. Mant. 246.* Chamae-Ciſtus incanus, Tragorigani folio, hiſpanicus. *Barr. rar. 512. t. 415.* Helianthemum Thymi folio incano. *Bauh. hiſt. 2. p. 19. Flores lutei.*

thymifolius. 40. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, fol. ouali-linearibus oppoſitis breuiſſimis congeſtis.

piloſus. 41. C. ſuffruticoſus ſtipulatus erectiuſculus, fol. linearibus ſubtus biſulcatis incanis, calyc. laeuibus. *Flores albi. Omnes facile Ciſtos paruo flore albo, etiam appenninum, ad hanc ſpeciem refert Gerard.*

racemoſus. 42. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. lanceolato-linearibus ſubtus tomentoſis. *Mant. 76.* (C. *racemoſus,* ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. linearibus, cal. racemoſis ſecundis neruoſo-angulatis glabris. *Vahl. Symb. 1. p. 39.*)

anguſtifolius. 43. C. ſuffruticoſus ſtipulatus diffuſus, fol. lanceolatis, calycibus hirſutis. *Iacq. in Litt. Hort. vol. 3. t. 53.* M.

Helianthemum 44. C. ſuffruticoſus procumbens, ſtipul. lanceolatis, foliis oblongis reuolutis ſubpiloſis. *Fl. dan. t. 101.* (*Si filamenta baſi irritentur, inprimis tempore matutino ſ. aëre humido, mox ad petala ſe reclinant tanta vi, vt antherae piſtillo ſuperſedeant. Rudolph de Polyand. p. 25. Med. de Propagatione plant. ad copulam in Act. palat. 3. p. 130. Qui ſimile phaenomenum in* Ciſto appennino *et* C. ledifolio *obſeruauit; etiam haſce ſpecies vna cum* C. nilotico *ob capſ. 1-locular. 3-naluem: valuulis duplicatis ſub proprio genere* Helianthemum *a ceteris ſeparandas eſſe monet; vid. Phil. Bot. p. 95.*)

mutabilis. 45. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, ſtipulis lanceolatis, fol. oblongis glabris planis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 340. Icon. rar. t. 17. Ludit floribus ochroleucis, qui frequentiores ſunt et roſeis in eadem planta.* M.

hirtus. 46. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis ouatis, calycibus hiſpidis.

apenninus. 47. C. ſuffruticoſus ſtipulatus patulus, foliis lanceolatis hirtis. *Flores albi. Frutex pedalis ramoſo-patulus.*

polifolius. 48. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, fol. oblongo-ouatis incanis, calyc. laeuibus, petal. ſerratis. *Flores albi.*

arabicus. 49. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. alternis lanceolatis planis laeuibus. *Cent. 39.* (*Procumbens, fol. linearibus pedunculor. alternis, ramulor. confertis. Vahl. Symb. II. p. 62. t. 35.*)

674.

674. PROCKIA. *Cal.* 3-phyllus praeter foliola 2 baſeos. *Cor.* o. *Bacca* quinquangularis, polyſperma.

Crucis. 1. PROCKIA. (*Vahl. Symb. III. p. 69. t. 64.*)

675. CORCHORVS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, deciduus. *Capſ.* pluriualuis, loculamentoſa.

olitorius. 1. C. capſulis oblongis ventricoſis, fol. ſerraturis infimis ſetaceis. *Mant.* 565. (C. *olitorius*, capſ. oblongo-cylindraceis, fol. auriculatis: auriculis lanceolatis, apice ſetaceo reflexo. *Trew. Pl. rar. p. 5. t. 4.*)

trilocularis. 2. C. capſ. trilocularibus triualuibus triquetris: angulis bifidis ſcabris, fol. oblongis: ſerraturis infimis ſetaceis. *Mant.* 77. *et* 566. — *Iacq. hort. v. 2. t.* 173. M. *Capſulae apex ſimplex eſt.*

tridens. 3. C. capſ. linearibus teretiuſculis ſcabris, fol. ſerraturis infimis ſetaceis. *Mant.* 566. Corchorus americanus, anguſto barbato folio. *Pluk. phyt. t.* 127. *f.* 4. *Burm. ind.* 123. *t.* 37. *f.* 2. *Styli 3, divaricatiſſimi, bifidi.*

aeſtuans. 4. C. capſ. oblongis trilocularibus triualuis ſexſulcatis ſexcuſpidatis, fol. cordatis: ſerraturis infimis ſetaceis. *Mant.* 565. *Pluk. phyt.* 127. *f.* 3. — *Iacq. hort. v.* 1. *t.* 85. M. *Styli 3, bifidi.*

capſularis. 5. C. capſ. ſubrotundis depreſſis rugoſis, fol. ſerraturis infimis ſetaceis. Gania ſatiua. *Rumph. amb.* 5. *p.* 212. *t.* 78. *f.* 1. *Calyx foliolis concauis, incuruatis, extus punctatis, corolla breuioribus. Petala emarginata.*

hirſutus. 6. C. capſ. ſubrotundis lanatis, fol. ouatis obtuſis tomentoſis aequaliter ſerratis. — *Iacq. hort. v.* 3. *t.* 57. *Eiusd. amer. pict. p.* 81. *t.* 157. M.

iaponicus. 7. C. capſ. rotundis glabris, fol. duplicato-ſerratis. *Thunb. iapon. p.* 226. M.

hirtus. 8. C. capſ. oblongis cauleque piloſis, fol. oblongis aequaliter ſerratis. — *Iacq. hort. v.* 3. *t.* 58. M.

ſiliquoſus. 9. C. capſ. linearibus compreſſis biualuibus, fol. lanceolatis aequaliter ſerratis. — *Iacq. hort. v.* 3. *t.* 59. M. *Flores vernales apetali tetrandri, calyce 4-phyllo; autumnales 5-petali, polyandri, calyce 5-phyllo.*

676. SEGUIERIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* monoſperma: ala magna terminata alulisque lateralibus.

americana. 1. SEGVIERIA. *Iacq. amer. 170.* — *Ed. 2. pict. p. 82.* M. *Folia alterna, petiolata, elliptica, emarginata. Aculei, iuxta folium, recurui. Flores racemoſi, albi, foetidi.*

DIGYNIA.

678. PAEONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Styli* o. *Capſ.* polyſpermae.

officinalis. 1. P. foliolis oblongis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

anomala. 2. P. calyce folioſo, capſulis glabris depreſſis. *Mant. 247.* (*Super hoc genere vid. Retz obſ. 3. p. 34-36.*)

tenuifolia. 3. P. foliolis linearibus multipartitis. *Linn. dec. 9. t. 5. Folia in caule plurima, nec 3 tantum, vt prioris. Germina pilis purpureis.*

679. CVRATELLA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 4. *Styli* 2. *Capſ.* 2-partita: loculis diſpermis.

americana. 1. CVRATELLA. *Statura Coccolabae.*

1346. FOTHERGILLA. *Cal.* truncatus integerrimus. *Cor.* o. *Germen* bifidum. *Capſ.* 2-locularis. *Sem.* ſolitaria, oſſea. Cfr. *Suppl. p. 43.*

alnifolia. 1. FOTHERGILLA. *Suppl. p. 267.* Fothergilla Gardeni. *Syſt. ed. 13. p. 418.* — *Flos amentum. Icon. in Io. Mill. op. nov. tab. 1.* M. *Habitat in Carolina. Arbuſcula Foliis fructuque Hamameli ſimilis, Flore diuerſiſſima. D. Garden.* (*Iacq. Ic. pl. rar. t. 87.*)

680. CALLIGONVM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* o. *Styli* o. *Fructus* hiſpidus, 1-ſpermus. *)

Poly-

---

*) *Cfr.* L'HERITIER de genere Calligono *in Transact. of the Linn. Soc. I. p. 179. Vbi generis et ſpecierum characteres ita concinnantur:*

CALLIGONVM. Cal. 5-*partitus.* Cor. o. Filam. circiter 16, *baſi ſubcoalita.* Germen *ſuperum tetraedrum.* Styli 4. Nux *polyptera, 1-locularis.*

C. polygonoides, *fructibus cancellatis, ſetis ramoſis rigidis.*

C. Pallaſia, *fruct. allatis: alis membranaceis criſpis dentatis.* Pallaſia caspica *Linn. Suppl. p. 252.*)

polygonoides. 1. CALLIGONVM. *Plantam habui a p. m. Gronovio, qui aſſeuerabat eſſe* Polygonoiden T.; *figura minus quadrat; videant autoptae, vtrum ſit eadem, nec ne.* Conf. *Mant.* 404.

TRIGYNIA.

681. DELPHINIVM. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectarium* bifidum, poſtice cornutum. *Siliquae* 3. ſ. 1. (*Capſ.* leguminoſae ſubternae. *Gaertn.*)

* *Vnicapſulares.*

Conſolida. 1. D. nectariis monophyllis, caule ſubdiuiſo. — *Fl. dan. t.* 683. M. (*Caul. ramoſiſſimus. Germen glabrum, quod in ſequente hirtum. Schkuhr Handb. II. p.* 83.)

Aiacis. 2. D. nectariis monophyllis, caule ſimplici. *Dic quibus in terris inſcripti nomina Regum naſcantur flores, et phyllida ſolus habeto. Virg. eclog. Ecce ſuos gemitus foliis inſcripſit et AIA.*

aconiti. 3. D. nectariis monophyllis antice quadridentatis, capſ. ſolitariis, ramulis vnifloris. *Mant.* 77.

** *Tricapſulares.*

ambiguum. 4. D. nectariis monophyllis, corollis hexapetalis, fol. multipartitis.

peregrinum 5. D. nectariis diphyllis, corollis enneapetalis, fol. multipartitis obtuſis. Delphinium nectariis diphyllis. floribus ſolitariis, foliis multipartitis: foliolis linearibus acuminatis. *Allion. nic.* 200. *taur.* 71.

grandiflorum. 6. D. nectariis diphyllis: labellis integris, flor. ſubſolitariis, fol. compoſitis lineari-multipartitis. *Mill. ic. t.* 250. *f.* 1. *Gmel. ſib.* 4. *t.* 78.

elatum. 7. D. nectariis diphyllis: labellis bifidis apice barbatis, fol. inciſis, caule erecto. *Mill. ic. t.* 250. *f.* 2. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 187. *t.* 75. (*Var. alteram hirſutam ſub nomine:* Delphinium hirſutum *diſtinxit Rothius bot. Beytr. p.* 12. *Secundum quem etiam in hoc filam. glabra, quae in D. elato verſus apicem externe barbata ſunt.*)

puniceum. 8. D. labellis bipartitis piloſis, nectarii cornu recto, fol. multipartitis; bracteis calycinis nullis. *Suppl. p.* 267. Delphinium puniceum. *Pall. it. v.* 3. *p.* 96.

Staphi-

Staphiſagria. 9. D. nectariis tetraphyllis petalo breuioribus, fol. palmatis lobis obtuſis. *Varietas foliis albo-venoſis differt Foliis inciſis, 7-partitis, laciniis acuminatis; Corollae calcare non obſoleto, ſed longitudine pedicelli.*

682. ACONITVM. *Cal.* 0. *Petala* 5: ſupremo fornicato. *Nectaria* 2, pedunculata, recurua. *Siliquae* 3. ſ. 5. (*Capſ.* leguminoſae 3-5. *Gaertn.*)

* *Tricapſulares.*

Lycoctonum. 1. A. foliis palmatis multifidis villoſis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 380.* M. (*Fol. hactenus glabra reperi.*)

iaponicum. 2. A. fol. trifido-palmatis: laciniis inciſis obtuſis. *Thunb. iap. p. 231.* M.

Napellus. 3. A. foliorum laciniis linearibus ſuperne latioribus linea exaratis. — *Mill. illuſtr. ic.* M. (*Fol. petiolata digitato-5-partita: ſegmentis anguſtis laciniatis. Koelle de Aconito p. 14. ic.*)

pyrenaicum. 4. A. fol. multipartitis: laciniis linearibus incumbentibus ſquarroſis.

** *Quinquecapſulares.*

Anthora. 5. A. flor. pentagynis, foliorum laciniis linearibus. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 382.* M.

variegatum. 6. A. flor. pentagynis, fol. laciniis ſemipartitis ſuperne latioribus. (*Caul. humilis gracilis, rami diffuſi. Flor. magni caerulei. Koelle l. c.*)

Cammarum. 7. A. flor. ſubpentagynis, foliorum laciniis cuneiformibus inciſis acutis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 424.* M. *Corollae galea mucrone elongato.* — Addo: *Flores dilutius caerulei, galea multo longior, racemus breuior, quam in A. Napello.* M. (*Fol. ſparſa: inferiora breuiter petiolata, ſuperiora ſubſeſſilia absque nitore. Koelle l. c. p. 18. Secundum laudatum auctorem haecce ſpecies pro A. Napello plerumque, ſed perperam, ſumta eſt.*)

vncinatum. 8. A. flor. ſubpentagynis, foliis multilobis, corollarum galea longius extenſa. *Haec americana flore fere A. Cammari, ſed foliis propior Napello.*

TETRAGYNIA.

683. TETRACERA. *Cal.* 6-phyllus. *Capſulae* 4.

volubilis. 1. TETRACERA. (Capſ. *tot quot germina, diuaricatae.* Sem. *arillo radiato cincta. Schreb. gen. pl. Lin. p. 834. Secundum ill. virum hocce genus ad Icoſandriam pertinet.*)

1314. CARYOCAR. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Styli* ſaepius 4. *Drupa* Nucleis 4 ſulcis reticularis.

nuciferum. 1. CARYOCAR. *Mant. 247. Drupa magnitudine capitis. Allamand.*

1282. CIMICIFVGA.

CAL. foliolis 5, ſubrotundis, concauis, caducis.
COR. *Nectaria* 4, petaliformia, vrceolata, cartilaginea.
STAM. *Filamenta* 20, filiformia. *Antherae* didymae.
PIST. *Germina* 4-2. *Styli* recuruati. *Stigmata* ſtylo longitudinalia.
PER. *Capſulae* oblongae, ſutura laterali dehiſcentes.
SEM. plurima, obtecta ſquamis patentibus.

foetida. 1. CIMICIFVGA. Actaea cimicifuga *Sp. pl. 722. Amoen. acad. 7. t. 6 f. 2. Gmel. ſib. 4. p. 181. t. 70. Simillima Actaeae racemoſae. Variat omnium maxime numero Calycis, Corollae, Piſtillorum, vt neque ſexus conſtans ſit, nec proportio.*

PENTAGYNIA.

684. AQVILEGIA. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectaria* 5, corniculata, inter petala. *Capſ.* 5. diſtinctae.

viſcoſa. 1. A. nectariis (incuruis), caul. ſubnudo ſubunifloro viſcoſo-piloſo, fol. ſubtrilobis. *Mant. 77.* (*De Lachenal Obſ. bot. in Vſteri delect. p. 79. cum tab.*)

vulgaris. 2. A. nectariis incuruis, (caul. folioſo multifloro.) — *Fl. dan. t. 695. Mil. illuſtr. ic.* M. *Sibirica varietas conſtans, humilior, caerulea nectariorum oris albidis.* Viſcoſa *monoſpelienſis e ſeminibus Gouani enatis nil ab A. vulgari differebat.*

alpina. 3. A. nectariis rectis, petalo lanceolato breuioribus. *Nectaria curua eſſe, vt in A. vulgari, et Foliorum*

liorum lacinias lineares, nec rotundas. Haller. Habitare in Heluetiae ditione Aquilegienſi; biennis.

canadenſis. 4. A. nectariis rectis, ſtaminibus corolla longioribus.

viridiflora. 5. A. nectariis erectis conniuentibus, petalo lanceolato-aequalibus. *Murr. in comm. gott. 1780. p. 8. t. 2.* Aquilegia *viridiflora*, nectariis rectis et ſtaminibus petalorum longitudine. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. Icon. rar.* M.

685. NIGELLA. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectaria* 5, trifida, intra corollam. *Capſulae* 5, ſ. 10, connexae.

* *Pentagynae.*

damaſcena. 1. N. floribus inuolucro folioſo cinctis. *Mant.* 405.

ſatiua. 2. N. piſtillis quinis, capſulis muricatis ſubrotundis, foliis ſubpiloſis.

aruenſis. 3. N. piſtillis quinis, pet. integris, capſ. turbinatis.

** *Decagynae.*

hiſpanica. 4. N. piſtillis denis corollam aequantibus.

orientalis. 5. N. piſtillis denis corolla longioribus. (*Flor. lutei.*)

686. REAUMURIA. *Cal.* 6-phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locularis, 5-valuis, polyſperma.

vermiculata. 1. REAUMURIA. *Folia ſparſa, linearia, carnoſa, ſubtus conuexa, acuta, ſeſſilia, patentia.*

1402. BRATHYS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* 0. *Capſ.* 1 locularis, polyſperma. *Suppl. p.* 43.

iuniperina. 1. BRATHYS. *Suppl. p. 268.* (Hypericum *Brathys*, flor. pentagynis monodelphiis, caule fruticoſo, fol. ſubulatis, imbricatis glabris. *Smith Pl. ic. t. XLI.*)

HEXAGYNIA.

687. STRATIOTES. *Spatha* diphylla. *Perianth.* 3-fidum. *Petala* 3. *Bacca* 6 locularis, infera.

aloides. 1. S. foliis enſiformi-triangulis ciliato-aculeatis. *Fl. dan. t. 337. — Mill. illuſtr. ic. M. Flores nobis viſi omnes fuere hermaphroditi, at dioicos vidit in Germania Bergen, Zinn, Fabricius; inde etiam maſculum florem miſit Schreber, qui in hermaphrodito antheras ſteriles obſeruauit. (Flor. conſtanter dioicos ſua in regione et Corpora illa in*

in peripheria floris maſculi aeque ac foemini potius pro Nectariis habenda eſſe, obſeruauit Roth, Beytr. zur bot. I. p. 27.)

acoroides. 2. S. fol. enſiformibus planis glaberrimis, ſpatha apice barbata. *Suppl. p. 268.*

aliſmoides. 3. S. fol. cordatis. *Mant. 405.*

POLYGYNIA.

1403. WINTERA. *Cal.* 3-lobus. *Petala* 6. ſ. 12. *Germina* clauata. *Stylus* o. *Bacca* clauata. *Suppl. p. 43.* Drimys *Forſt. gen. n. 42.* *)

aromatica. 1. W. pedunculis aggregatis terminalibus, piſtillis quatuor. *Suppl. p. 269.* Drimys Winteri. *Linn. iun. ibid. Forſt. in nov. act. Vpſal. v. 3. p. 181.* Winterana aromatica. *Soland. in. med. Obſ. and. Inquir. vol. 5. p. 46. t. 1. Ex hac cortex Winteranus offic. verus, a Canella alba diuerſiſſimus.*

granadenſis. 2. W. pedunculis axillaribus elongatis trifidis, piſtillis octo. *Suppl. p. 269. vbi* Drimys granadenſis *dicitur.*

688. DILLENIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Capſulae* polyſpermae, connatae. pulpa repletae.

indica. 1. DILLENIA. *Obſ. an huius generis Sangius. Rumph. amb. 2. t. 46? (Completam huius generis, 5 ſpeciebus nunc aucti, hiſtoriam dedit Thunbergius in Transact. of the Lin. Soc. I. p. 220.)*

611. ILLICIVM. *Cal.* 6-phyllus. *Petala* 27. *Capſ.* plures in orbem digeſtae, biualues, monoſpermae.

aniſatum. 1. I. floribus flaueſcentibus. *Sp. plant. 664.* Somo vulgo Skimi *Kaempf. amoen. 880. t. 881.* Aniſum ſtellatum. *Mat. med. 510. (Capſ. 6-8 ſubcompreſſis extus ſcabris. Gaertn. de fr. I. p. 338. t. 69. f. 6.)*

floridanum. 2. I. floribus rubris . . *Mant. p. 395. Elliſ. act. angl. 1770. v. 60. p. 524. t. 12. Flores rubri. Fructus odoratiſſimi. (Capſ. longe peduncul. confertis roſtratis. Gaertn. Swegmann et Scheenoogt Pl. rar. t. IX.)*

689.

*) *Genus hocce, nobilitatum cortice Winterano, malui praefixo nomine inſignire, quam Drimydis, quo poſteriori quidem et in Supplemento comparet. Concinnius quoque dici putaui Winteram, quam Winteranam.* M.

689. LIRIODENDRON. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Sem.* imbricata in ſtrobilum.

Tulipifera. 1. L. foliis lobatis. *Büttn. cun.* 229. (*Curt. mag. t.* 275. Samarae *1-loculares, 1-2-ſpermae in ſtrobilum collectae. Gaertn. de fr. II. p.* 475. *t.* 178.)

Liliifera. 2. L. fol. lanceolatis.

690. MAGNOLIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 9. *Capſ.* 2-values, imbricatae. *Sem.* baccata, pendula.

grandiflora. 1. M. foliis lanceolatis perennantibus. *Corolla omnium arborum facile maxima. Folia coriacea, antiquiora purpuraſcenti-pubeſcentia. Münchhauſ.* (*Funiculus ſeminum vmbilicalis demum omnium longiſſimus, ex intimo capſulae angulo oriundus. Gaertn. de fr. I. p.* 342.)

glauca. 2. M. fol. ouato-oblongis ſubtus glaucis. *Folia ſubtus albido-caeruleſcentia.* (*Trew. Ehret. decad. t.* 9.)

acuminata. 3. M. fol. ouato oblongis acuminatis. *Folia vtrinque viridia dimidio anguſtiora. Lignum flauum. Münchhauſ.* (*Catesb. carol.* 3. *t.* 15.)

tripetala. 4. M. fol. lanceolatis, petalis exterioribus dependentibus. *Trew. ehret.* 30. *t.* 32. 33. *Flores magnitudine M. grandiflorae, fragrantiſſimi; Folia vmbellatim poſita, 30 pollices longa. Münchhauſ.*

691. MICHELIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 15. *Baccae* multae, 4-ſpermae.

Champaca. 1. M. foliis lanceolatis. *Flores lutei ſuaueolentiſſimi.*

Tſiampaca. 2. M. fol. lanceolato-ouatis. *Mant.* 78. Michelia euonymoides. *Burm. ind.* 124. (*Cfr. Gaertn. de fr. II. p.* 263.)

692. UVARIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Baccae* numeroſae, pendulae, 4-ſpermae.

zeylanica. 1. V. foliis integerrimis. (*Gaertn. de fr. II. p.* 155. *t.* 114.)

iauanica. 2. V. fol. ſerratis.

693. ANNONA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Bacca* polyſperma, ſubrotunda, cortice ſquamato.*)

muricata.

---

*) *Fructus potius ex plurimis* Bacculis *1-ſpermis, compreſſo-angulatis et baccam magnam componentibus conſtat* LOVREIRO Fl. cochinch. I. p. 350. — Annonae *ſpecies accuratiore indigent ſcrutinio, cum pericarpium in aliis ſit ſimplex, in aliis ex baccis partialibus compoſitum.* GAERTN. de fr. II. p. 194.)

muricata. 1. A. foliis ouali-lanceolatis glabris nitidis planis, pomis muricatis. *Iacq. obſ. 10. t. 5. — Eiusd. amer. pict. p. 83. t. 161.* M. Araticu Ponhe. *Marcg. braſ. 93. Mant. 405. Cor. 3-petala, extus ſcabra: Nectarii petala 3. minora, extus alba. laeuia, intus rubra. Fructus cordatus, muricatus.*

ſquamoſa. 2. A. fol. oblongis ſubundulatis, fruct. obtuſe ſubſquamatis. *Iacq. obſ. 13. t. 6. — Eiusd. amer. pict. p. 84. t. 162.* M. Anona indica, fructu ex viridi luteo, cortice ſquamato aſpero, nucleis nigricantibus paruis. *Pluk. alm. 31. t. 134. f. 3.* Guanabanus foliis odoratis, fructu ſubrotundo ſquamoſo. *Plum. gen. 43. Mant. 405.*

reticulata. 3. A. fol. lanceolatis, fruct. ouatis reticulato-areolatis. *Iacq. obſ. 14. — Eiusd. amer. pict. p. 85. t. 264. f. 93. quoad fructum* M. Anona-maram. *Rheed. mal. 3. p. 23. t. 30. 31. non Catesbaei.* Guanabanus fructu aureo et molliter aculeato. *Plum. gen. 43.*

paluſtris. 4. A. fol. oblongis obtuſiuſculis glabris, fruct. areolatis. Guanabanus paluſtris, fructu laeui viridi. *Plum. mſſ.* (*Fol. pulchre neruoſa. Swartz.*)

glabra. 5. A. fol. lanceolato-ouatis, fruct. conoidibus glabris.

triloba. 6. A. fol. lanceolatis, fruct. trifidis. (*Pet. oualia Aiton.*)

aſiatica. 7. A. fol. lanceolatis glabris nitidis lineatis.

africana. 8. A. fol. lanceolatis pubeſcentibus.

hexapetala. 9. A. floribus hexapetalis. *Suppl. p. 270.* (A. *hexapetala*, fol. elliptico-oblongis acutis glabris, petalis ſpathulatis aequalibus acutis. *Ait. Kew. II. p. 253.*)

1404. VNONA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Baccae* plures pedicellatae, diſpermae. *Suppl. p. 46.*

diſcreta. 1. VNONA. *Suppl. p. 270.* (*Ad* Vuariam *reducenda Schreber gen. pl. Lin. p. 834. Cfr. Gaertn. de fr. II. p. 156.*)

694. ANEMONE. *Cal.* 0. *Petala* 5-9. *Sem.* plura.

* Hepaticae, *flore ſubcalyculato.*

Hepatica. 1. A. foliis trilobis integerrimis. — *Fl. dan. t. 610.* M. (*Inuolucrum 3-phyllum calyciforme. Var. flor. albis.*)

 ** Pulſa-

** Pulſatillae, *pedunculo inuolucrato, ſeminibus caudatis.*

patens. 2. A. pedunculo inuolucrato, fol. digitatis multifidis.

ſulphurea. 3. A. pedunc. inuolucrato, fol. triplicato-pinnatis piloſis planis acute inciſis, ſem. caudatis. *Mant. 78. Petala ſupra lutea.*

baldenſis. 4. A. fol. biternatis hirſutis. *Mant. 77. (Fol. parua vix hirſuta, pedunculo multo breuiora. Secundum cel. Retzium potius ad ſequentem ordinem pertinet.)*

vernalis. 5. A. pedunc. inuolucrato, fol. pinnatis, flor. erecto. *Fl. dan. t. 29.* Anemone tubis caudatis, inuolucris multifidis, foliis pinnatis, pinnis latis lobatis. *Hall. flor. 1147. t. 21. Excluſa hortenſi. CB.*

cernua. 6. A. pedunc. inuolucrato, fol. pinnatis, flore cernuo. *Thunb. iap. p. 238.* M.

Pulſatilla. 7. A. pedunc. inuolucrato, pet. rectis, fol. bipinnatis. *Fl. dan. t. 153.*

pratenſis. 8. A. pedunc. inuolucrato, pet. apice reflexis, foliis bipinnatis. — *Fl. dan. t. 611.* M. *Diſtincta ſpecies a praecedenti. (Flor. obſcure violacei.)*

alpina. 9. A. fol. caulinis ternis connatis ſupradecompoſitis multifidis, ſeminibus hirſutis caudatis. *Mant. 406. — Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 85.* M.

apiifolia. 10. A. fol. caulinis ternis connatis ſupradecompoſitis multifidis tenuiſſimis, ſubtus piloſiſſimis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 47. t. 4.* M. *(Fol. ſuperne atrouirentia. Pet. magna hirſuta, externe ſulphurea. Oeſterr. Fl. p. 39.)*

*** Anemones, *caule folioſo, ſeminibus caudatis.*

coronaria. 11. A. fol. radicalibus ternato-decompoſitis, inuolucro folioſo.

hortenſis. 12. A. fol. digitatis, ſeminibus lanatis. Anemone foliis digitatis: lobis inciſis, petalis lanceolatis numeroſis. *Ger. prov. 380. (Curt. Mag. t. 123.)*

palmata. 13. A. fol. cordatis ſublobatis, calyce hexaphyllo colorato.

**** Anemonoideae, *flore nudo, ſeminibus ecaudatis.*

ſibirica. 14. A. caule vnifloro, inuolucro folioſo obtuſo. *Folia ſuborbiculata, ternata: foliola inciſo-palmata, ciliata, petiolis hirtis.*

ſyluestris. 15. A. pedunculo nudo, ſem. ſubrotundis hirſutis muticis. (*Curt. Mag. t. 54. Fol. erecta inciſa cauliſque villoſa. Pet. 5, alba.*)

fragifera. 16. A. pedunc. nudo, ſeminibus ſubrotundis lanatis muticis, foliorum laciniis acutis lanceolatis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 55. Icon. rar.* M.

virginiana. 17. A. pedunc. alternis longiſſimis, fruct. cylindricis, ſem. hirſutis muticis.

decapetala. 18. A. caule vnifloro, flor. decapetalo, fol. ternatis lobatis radicalibus. *Mant. 79.*

penſyluanica. 19. A. caule dichotomo, fol. ſeſſilibus amplexicaulibus: infimis ternis trifidis inciſis. *Syſt. nat. 3. p. 231.* Anemone penſyluanica. *Mant. 247. Similis dichotomae, at folia terna ad caulis primam dichotomam.*

dichotoma. 20. A. caule dichotomo, fol. ſeſſilibus omnibus oppoſitis amplexicaulibus trifidis inciſis. *Linn. dec. 29. t. 15. Mant. 406.*

trifolia. 21. A. fol. ternatis ouatis integris ſerratis, caule vnifloro.

quinquefolia. 22. A. fol. quinatis oualibus ſerratis, caule vnifloro.

nemoroſa. 23. A. ſem. acutis, foliol. inciſis, caule vnifloro. *Fl. dan. t. 549.* (A. *nemoroſa*, fol. ternis inciſis petiolatis pedunculo breuioribus, ſeminibus ſubtomentoſis.)

apennina. 24. A. ſem. acutis, foliol. inciſis, petalis lanceolatis numeroſis.

ranunculoides. 25. A. ſem. acutis, foliol. inciſis, pet. ſubrotundis. caule ſub-bifloro. *Fl. dan. t. 140.* (A. *ranunculoides*, fol. ternis inciſis ſubſeſſilibus pedunculo longioribus, ſeminib. glabris.)

narciſſiflora. 26. A. flor. vmbellatis, ſem. depreſſo-oualibus nudis. *Mant. 406. — Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 159.* Anemone ſeminibus nudis rotundis planis, foliis ſeptifidis imbricatis hirſutis. *Hall. flor. 1155.* Ranunculus montanus hirſutus albus altior. *Bauh. pinn. 183. Hall. Corollae hypocrateriformis.*

faſciculata. 27. A. flor. vmbellatis congeſtis, fol. multifidis. *Varietatem A. narciſſiflorae credit Haller.*

thalictroides. 28. A. flor. vmbellatis, fol. caulinis ſimplicibus verticillatis, radicalibus biternatis. *Inuolucrum foliolis petiolatis.*

695. ATRAGENE. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 12. *Sem.* caudata.

iaponica. 1. A. erecta foliis oppoſitis triternatis: foliolis ouatis inciſis. *Thunb. iap. p.* 239. M.

alpina. 2. A. fol. duplicato-ternatis ſerratis, petalis exterioribus quaternis. — *Iacq. Fl auſtr. v.* 3. *t.* 241. M. Clematis fol. compoſitis et decompoſitis: foliolis ternatis ſerratis. *Mill. ic. t.* 284. *Plantam alpinam ab auſtriaca diſtinguendam monet Iacq. vind.* 249.

capenſis. 3. A. fol. ternatis: foliolis inciſis dentatis, petalis exterioribus quinis. *Mant.* 406. *Berg. cap.* 148.

tenuifolia. 4. A. fol. duplicato-pinnatis: pinnulis linearibus integris. *Suppl. p.* 270.

zeylanica. 5. A. cirrhis diphyllis. *Cauleſcens et ſcandens.*

696. CLEMATIS. *Cal.* o. *Petala* 4. rarius — vel 6 (M.) *Sem.* caudata.

* *Scandentes.*

cirrhoſa. 1. C. fol. ſimplicibus, caule cirrhis oppoſitis ſcandente, pedunc. vnifloris lateralibus.

Viticella. 2. C. fol. compoſitis decompoſitisque: foliolis ouatis ſublobatis integerrimis. *Folia floralia ouata. Petala deltoidea*, (*violacea.*)

hirta. 13. S. verticillis ſexfloris, caulibus proſtratis, coroll. labio ſuperiore bifido diuaricato reflexo.

canarienſis. 14. S. verticillis ſexfloris, fol. cordatis villoſis crenatis, caulibus ſubereCtis, calycibus fruCtigeris campanulato-patentiſſimis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 3. Icon. rar.* M.

recta. 15. S. verticillis ſubſpicatis, fol. cordato-ellipticis crenatis ſcabris, caul. adſcendentibus. *Mant. 82.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 359.* M. Sideritis flore luteo. *Riv. mon. 70.* (*Cor. labia in lineam rectam patent.*)

annua. 16. S. verticillis ſexfloris, fol. ouato-lanceolatis trineruiis laeuibus petiolatis, caul. erecto. *Mant. 411.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 360.* M. (*Cor. albida, lab. inferius ſulphureum.*)

aruenſis. 17. S. verticillis ſexfloris, fol. obtuſis nudiuſculis, corollis longitudine calycis, caul. debili. *Fl. dan. t. 587. Labii lacinia intermedia non emarginata.*

720. BALLOTA. *Cal.* hypocrateriformis, 5-dentatus, 10-ſtriatus. *Corollae* lab. ſup. crenatum, concauum.

nigra. 1. B. foliis cordatis indiuiſis ſerratis, calycibus acuminatis. (*Sow. engl. bot. t. 46. Cal. ariſtati. Moench.*)

alba. 2. B. fol. cordatis indiuiſis ſerratis, calycibus ſubtruncatis. *Fl. ſvec. 2. n. 540. An varietas praecedentis? (Flor. albi. Cal. ſubacuminati, non truncati. Moench. meth. p. 398.)*

lanata. 3. B. fol. palmatis dentatis, caule lanato. Phlomis foliis multifidis. *Gmel. ſib. 3. p. 241. t. 42. Corollae hirſutiſſimae, ochroleucae, extus albae Habitat in Sibiria verſus Chinam.*

ſuaueolens. 4. B. fol. cordatis, ſpicis folioſis, calycibus truncatis: ariſtis linearibus. *Sem. 4. legit Iacq. amer. 172. — Ed. 2. pict. p. 85. t. 163. Hort. v. 3. t. 42.* M. *Plumieri ſynonymon dubium. (Cor limbus violaceus, tubus rubeſcens hirſutus.)*

diſticha. 5. B. verticillis dimidiatis bipartitis ſemiſpicatis.

721. MARRVBIVM. *Cal.* hypocrateriformis, rigidus. 10-ſtriatus. *Corollae* lab. ſup. 2-fidum, lineare, rectum.

* *Calycibus 5-dentatis.*

Alyſſon. 1. M. foliis cuneiformibus quinquedentatis plicatis, verticillis inuolucro deſtitutis. (*Verticilli pauciflori inuolucro diſtituti. Cal. 4-gonus 5-dentatus. Coroll. atropurpurea Roth. obſ. bot. in Röm. Archiv. p. 34.*)

peregrinum. 2. M. fol. ouato-lanceolatis ſerratis, calycum denticulis ſetaceis. *Dill. elth. 219. t. 175. f. 214. Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 160.* M.

candidiſſimum. 3. M. fol. ſubouatis lanatis ſuperne emarginato-crenatis, denticulis calycinis ſubulatis. *Dill. elth. 218. t. 174. f. 214.*

aſtracanicum. 4. M. fol. ouatis crenatis tomentoſis rugoſiſſimis, dentibus calycinis ſubulatis, laciniis corollae ſuperioribus acutis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 306. Ic. rar. t. 7.* M.

ſupinum. 5. M. dentibus calycinis ſetaceis rectis villoſis.

** *Calycibus 10-dentatis.*

vulgare. 6. M. dentibus calycinis ſetaceis vncinatis.

africa-

africanum. 7. M. fol. cordatis ſubrotundis emarginato-crenatis. Marrubium album rotundifolium minus, criſpatis foliis, aethiopicum. *Pluk. alm. 242. t. 306. f. 2. Corollae galea emarginata, piloſa a ſequenti ſimili differt.*

criſpum. 8. M. fol. cordatis ſubrotundis crenato-ſubdentatis, calyc. decemdentatis muticis. *Sp. pl. 1674. Caulis ſuffruticoſus, erectus, hirtus. Folia petiolata, rugoſiſſima, crenata, ſubtomentoſa, ſubtus piloſa. Calyx infundibulif. 10-dentatus. Corolla purpuraſcens, non piloſa: Labio ſuperiore ſubrotundo, obtuſo, integro; L. inferiore 3-fido: lacinia intermedia biſida; lateralibus porrectis. Antherae non vltra faucem. Diuerſa ſpecies a Marrubio dictamno ſpurio, foliis et facie. Herm. par. t. 200. cui Lab. ſuperius lanceolatum barbatum et ſtamina longitudine labii. Affine M. africano.*

hiſpanicum. 9. M. calycum limbis patentibus: denticulis acutis. *Corollae Lab. ſuper. 3ſ. 4-fidum. Calycis dentes alterni minores.*

Pſeudo-dictamnus. 10. M. calycum limbis planis villoſis, foliis cordatis concauis, caule fruticoſo. *Planta tota tomento denſo compacto veſtita.*

acetabuloſum. 11. M. calycum limbis tubo longioribus membranaceis: angulis maioribus rotundatis. *Folia cordata, profunde ſerrata, tenuia, villoſa. Calycis dentes acuminati.*

722. LEONVRVS. (*Cor.* lab. ſuperius concauum integrum, lab. inferius 3-fidum.) *Antherae* punctis nitidis adſperſae. *)

Cardiaca. 1. L. foliis caulinis lanceolatis trilobis. — *Fl. dan. t. 727.* M. (*Cfr. Scopoli carn. ed. 2. p. 408.*)

criſpus. 2. L. fol. omnibus acute ſerratis, rugoſiſſimis, margine inaequaliter reflexis, caulinis quinquelobis. *Murr. in comm. gott. 1777. p. 44. t. 4.* M.

Marrubiaſtrum. 3. L. fol. ouatis lanceolatisque ſerratis, calycibus ſeſſilibus ſpinoſis. *Mant. 412. — Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 405.* M. (*Flor. parui carnei.*)

tatari-

*) *Puncta illa nitida, ſiue ea vt glandulas adnatas reſpicias, aut cum* SCOPOLIO *pro particulis pollineis ex antheris quaſi exſudatis ſumas, huic generi non ſolum ſolennia, ſed ſecundum cel.* BATSCHII *et* SCHKVHRII *obſeruationes in plurimis aliorum huius ordinis generum ſpeciebus quoque inueniuntur. Qua de re conſuli poteſt* SCHK. bot. Handb. 2. p. 124.)

tataricus. 4. L. fol. tripartitis laciniatis, calycibus villoſis. *Corollae incarnatae. Lab. ſuperiore erecto, fornicato ſtamina obtegente. Lab. infer. trifido: lac. lateralibus labio ſuperiori approximatis; media obcordata. Ex India orientali magis glabra.*

ſibiricus. 5. L. fol. tripartitis multifidis linearibus obtuſiuſculis. *Varietas praecedentis corollis maioribus. Gmel. ſib. 3. p. 239.*

723. PHLOMIS. *Cal.* angulatus. *Corollae* lab. ſuperius incumbens, compreſſum, villoſum.

fruticoſa. 1. P. foliis ſubrotundis tomentoſis crenatis, inuolucris lanceolatis, caule fruticoſo.

purpurea. 2. P. inuolucris linearibus obtuſis calyce breuioribus, fol. cordatis oblongis tomentoſis, caul. ſuffruticoſo.

Niſſolii. 3. P. fol. radicalibus cordato-ſagittatis vtrinque tomentoſis villoſis. *Inuolucra nulla.*

Lychnitis. 4. P. fol. lanceolatis tomentoſis: floralibus ouatis, inuolucris ſetaceis lanatis.

laciniata. 5. P. fol. alternatim pinnatis: foliolis laciniatis, calycibus lanatis.

ſamia. 6. P. fol. ouatis ſubtus tomentoſis, inuolucris ſubulatis ſtrictis tripartitis.

Herba venti. 7. P. inuolucris ſetaceis hiſpidis, foliis ouato-oblongis ſcabris, caule herbaceo.

tuberoſa. 8. P. inuolucris hiſpidis ſubulatis, foliis cordatis ſcabris, caule herbaceo.

zeylanica. 9. P. fol. lanceolatis ſubſerratis, capitulis terminalibus, calycibus octodentatis. Clinopodium hyſſopi latioribus foliis maderaſpat. *Pluk. phyt. t. 164. f. 2.* aut *t. 163. f. 6.* aut *t. 80. f. 7?* Herba admirationis. *Rumph. amb. 6. p. 39. t. 16. f. 1.* *β.* Leonurus indicus. *Sp. plant. 817.* ⊙ *Caulis ſtatura Phlomidis Leonuri, bipedalis, erectus, herbaceus, tetragonus, obtuſus. Folia lanceolata, ſubtomentoſa, lineata, petiolata, remote ſubſerrata, internodiis longiora. Verticilli ſubterminales involucro ſubulato. Calyx oblique deorſum truncatus, obſolete 7-dentatus: dente ſuperiore longiora. Corolla alba: Lab. ſup. hirſuto, breuiſſimo, fornicato, clauſo, integro; Lab. inferiore magno, patente, 2-fido: lac. intermedia ampla, ſubplicata; media vix triloba. Antherae nigrae, compreſſae,*

preſſae, truncatae. Stigma alterum ſeſſile ſupra ſtylum pone apicem; alterum inferius, ſubulatum, acutum.

indica. 10. P. inuolucris linearibus, calycibus vnilabiatis obliquis, fol. ouatis piloſis. *Nimis affinis Phl. zeylanicae.*

nepetifolia. 11. P. fol. cordatis acutis ſerratis ſubtomentoſis, calyc. ſex- ſ. octodentatis: dente ſupremo infimoque maiori, caule herbaceo. *Suppl. p. 274.* Phlomis nepetifolia. *Syſt. ed. 13. p. 451. Caulis ſimplex, erectus, quadrangulus, obtuſus. Folia cordata, obtuſiuſcule profundeque ſerrata, ſubtomentoſa, viridia. Petioli longitudine foliorum. Verticilli aliquot verſus apices globoſi, multiflori. Calyx ſubpiloſus, cylindricus limbo ſpinoſo, acutiſſimo: dente ſuperiore duplo maiore; praeterea dentes 4-6 parui. Corolla villoſa, facie et colore Phl. Leonuri, ſed triplo minor: Lab. ſuper. teretiuſculo, longo, emarginato; Lab. infer. breui, 3-fido, laeui. Inuolucrum ſubulatum, reflexum. Stamina per paria cohaerentia. Stigmata 2, filiformia, ſuperiore dimidio breuiore.*

Leonurus. 12. P. fol. lanceolatis ſerratis, calycibus decagonis decemdentatis muticis, caul. fruticoſo. *Mant. 412.* Sideritis africana, flore aureo oblongo *Barth. act. 2. p. 57. fig. Planta ſpectatiſſima, dum floret. Corolla fulua, holoſericea: Labio ſuperiore longo, tomentoſo, ciliato, integerrimo; Lab. inferiore breui, nudo, membranaceo: lac. lateralibus reflexis, aridis; intermedia trifida: media emarginata. Filamenta niuea. Antherae bilobae, flavae, baſi tantum adſperſae farina globulari.*

Leonotis. 13. P. fol. ouatis obtuſis ſubtomentoſis crenatis, calyc. ſeptemdentatis ariſtatis, caule fruticoſo. *Mant. 83. Affinis P. Leonuro.*

724. MOLVCCELLA. *Cal.* campanulatus, ampliatus, corolla latior, ſpinoſus.

laeuis. 1. M. calycibus campanulatis ſubquinquedentatis: denticulis aequalibus. *Calyx corolla longior.*

ſpinoſa. 2. M. calycibus ringentibus octodentatis. *Corolla calyce longior.*

fruteſcens. 3. M. calycibus infundibuliformibus quinquefidis, coroll. calyce longioribus. Moluccella perſica. *Burm.*

Burm. ind. 128. t. 38. f. 2. ex ſicco. Corolla calyce duplo longior, e Perſia demum Italica facta. Specimen perſicum Foliis magis pubeſcentibus, ſerraturis acutioribus, Calycis laciniis obouatis, membranaceis, acutioribus, ſubtridentatis, Cl. Burmannus miſit.

725. CLINOPODIVM. *Inuolucrum* multiſetum, verticillo ſubiectum.

vulgare. 1. C. capitulis ſubrotundis hiſpidis, bracteis ſetaceis.

incanum. 2. C. fol. ſubtus tomentoſis, verticillis explanatis, bracteis lanceolatis.

rugoſum. 3. C. fol. rugoſis, capitulis axillaribus pedunculatis explanatis radiatis. *Pluk. phyt. t. 222. f. 7.* (*Ex obſeruatione cel. Swartzii Synonym. Pluknetii diuerſam indicat ſpeciem, nempe* Clinopodium capitatum *Sw. Prodr. p. 88, cuius capitula radio carent; vid. Eius Obſ. bot. p. 226.*)

726. ORIGANVM. *Strobilus* tetragonus, ſpicatus, calyces colligens.

aegyptiacum. 1. O. foliis carnoſis tomentoſis, ſpicis nudis.

Dictamnus. 2. O. fol. inferioribus tomentoſis, ſpicis nutantibus.

ſipyleum. 3. O. fol. omnibus glabris, ſpicis nutantibus.

creticum. 4. O. ſpicis aggregatis longis priſmaticis rectis, bracteis membranaceis calyce duplo longioribus.

ſmyrnaeum. 5. O. fol. ouatis acutis ſerratis, ſpicis congeſtis vmbellatim faſtigiatis.

heracleoticum. 6. O. ſpicis longis pedunculatis aggregatis, bracteis longitudine calycum.

vulgare. 7. O. ſpicis ſubrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ouatis. — *Fl. dan. t. 638.* M. (*Var. ſtaminibus coroll. longioribus, aut breuioribus; etiam flor. albis.*)

Onites. 8. O. ſpicis oblongis aggregatis hirſutis, fol. cordatis tomentoſis.

ſyriacum. 9. O. ſpicis oblongis ternatis pedunculatis villoſis, fol. ouatis villoſis.

Maru. 10. O. ſpicis hirſutis, fol. ouatis tomentoſis ſeſſilibus.

Maiorana. 11. O. fol. ouatis obtuſis, ſpicis ſubrotundis compactis pubeſcentibus. (*Plenk Pl. med. t. 494.*)

727. THYMVS. *Calycis* bilabiati faux villis clauſa.

Serpyllum. 1. T. floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtuſis baſi ciliatis. Serpyllum anguſtifolium

folium glabrum. *Bauh. pin.* 220. *Calycis dentes ciliati.* (*Praeter notas varietates etiam dantur tales, vbi ſtam. corolla longiora:* Thymus Serpillum exſerens *Ehrh. arb. dec.* 15. *et ſtam. cor. breuiora:* Th. Serpillum includens *Ehrh. l. c.* 16. *inueniuntur.*)

vulgaris. 2. T. erectus, fol. reuolutis ouatis, flor. verticillato-ſpicatis. γ. Thymus ſupinus candicans odoratus. *Tournef. inſt.* 196. δ. Thymus capitulis minoribus, maſſilienſis. *Tournef. inſt.* 196.

Zygis. 3. T. flor. verticillato-ſpicatis, caule ſuffruticoſo erecto, fol. linearibus baſi ciliatis. *Mant.* 413.

Acinos. 4. T. flor. verticillatis, pedunculis vnifloris, caulibus erectis ſubramoſis, fol. acutis ſerratis.

alpinus. 5. T. verticillis ſexfloris, fol. obtuſiuſculis concavis ſubſerratis. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 1. *t.* 97. M.

Piperella. 6. T. pedunc. multifloris lateralibus, fol. ouatis obtuſis glabris neruoſis integerrimis. Marum hiſpanicum nigrum. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 166. *t.* 117. *Barr. rar.* 354. *t.* 694. *Habitat in Hiſpania. Similis Meliſſae Nepetae, ſed gabra, Foliis minutis. Dav. Royen.*

cephalotus. 7. T. capitulis imbricatis magnis, bracteis ouatis fol. lanceolatis.

villoſus. 8. T. capitulis imbricatis magnis, bracteis dentatis, fol. ſetaceis piloſis.

Maſtichina. 9. T. flor. verticillatis, calyc. lanuginoſis dentibus ſetaceis villoſis. *Mant.* 413. (*Flor. parui.*)

Tragoriganum. 10. T. flor. verticillatis, caul. fruticoſo erecto, fol. hiſpidis acuminatis. *Mant.* 84.

virginicus. 11. T. capitulis terminalibus, caule erecto, fol. lanceolatis. Satureia virginiana. *Sp. plant.* 793.

728. MELISSA. *Calyx* aridus, ſupra planiuſculus: lab. ſuperiore ſubfaſtigiato. *Corollae* lab. ſuper. ſubfornicatum, 2-fidum; lab. inf. lobo medio cordato.

officinalis. 1. M. racemis axillaribus verticillatis: pedicellis ſimplicibus.

grandiflora. 2. M. pedunc. axillaribus dichotomis longitudine florum.

Calamintha. 3. M. pedunc. axillaribus dichotomis longitudine foliorum. *Caulis erectus.*

Nepeta. 4. M. pedunc. axillaribus dichotomis folio longioribus, caule adſcendente hirſuto. *Caules duriuſculi, vti tota planta hirſuti. Folia ſubcordata, ſupra glabra. Bracteae ſubulatae. Corolla ſubcaerulea, palato albo caeruleoque marginato.* (*Curt. Fl. lond. ic.*)

cretica. 5. M. racemis terminalibus, pedunculis ſolitariis breuiſſimis. *Similis M. Nepetae. Caulis palmaris, humilis, rectus, atropurpuraſcens. Folia ouata, parce obtuſeque ſerrata. Verticilli plurimi, e Pedunculis vnifloris, aphyllis, inſtar racemi ramos terminantes: Bracteis lanceolatis. Calyces fuſci. Corollae albo-purpuraſcentes.*

fruticoſa. 6. M. ramis attenuatis virgatis, fol. ſubtus tomentoſis, caule fruticoſo. Calamintha montana incana minor. *Moriſ. hiſt. 3. p. 413. n. 6.*

729. DRACOCEPHALVM. *Corollae* faux inflata: lab. ſup. concauum.

virginianum. 1. D. flor. ſpicatis, fol. lanceolatis ſerratis. Dracocephalum. *Riv. mon.*

canarienſe. 2. D. flor. ſpicatis, fol. compoſitis. *Moriſon deſcripſit 1690.*

pinnatum. 3. D. flor. ſpicatis, fol. cordatis pinnato-ſinuatis. *Gmel. ſib. 3. p. 234. t. 52.*

peregrinum. 4. D. flor. ſubſpicatis, fol. caulinis ouato-oblongis inciſis, bracteis lineari-lanceolatis denticulato-ſpinoſis. *Gmel. ſib. 3. p. 237.*

auſtriacum. 5. D. flor. ſpicatis, fol. bracteisque linearibus partitis ſpinoſis. (*Cfr. L. Trattennick in Bot. Annal. St. 4. p. 171.*)

Ruyſchiana. 6. D. flor. ſpicatis, fol. bracteisque lanceolatis indiuiſis muticis. *Fl. dan. t. 121.*

ſibiricum. 7. D. flor. ſubuerticillatis, pedunc. bifidis ſecundis, fol. cordato-oblongis acuminatis nudis. Dracocephalum verticillis pedunculo communi eleuatis ſecundis. *Gmel. ſib. 3. p. 234. t. 51.*

Moldauica. 8. D. flor. verticillatis, bracteis lanceolatis: ſerraturis capillaceis.

caneſcens. 9. D. flor. verticillatis, bracteis oblongis: ſerraturis ſpinoſis, fol. ſubtomentoſis, (ſubtus punctatis. *Retz obſ. 5. p. 5.*)

peltatum. 10. D. flor. verticillatis, bracteis orbiculatis ſerrato-ciliatis.

grandi-

grandiflorum. 11. D. fol. crenatis: radicalibus cordatis; caulinis orbiculatis ſeſſilibus, bracteis acuminato-dentatis. *Suppl. p. 274.* Dracocephalum grandiflorum. *Syſt. ed. 13. p. 454.* Dracocephalum altaienſe. *Syſt. ed. 13. p. 454. Laxmann in Act. Petrop. 1770. p. 556. t. 29. f. 3. Bracteae et Folia floralia ſubviolacea. Habitat in Sibiriae alpibus.*

nutans. 12. D. flor. verticillatis bracteis oblongis ouatis integerrimis, corollis maiuſculis nutantibus. *Gmel. ſibir. 3. p. 231. t. 49.*

thymiflorum. 13. D. flor. verticillatis, bracteis oblongis integerrimis corollis vix calyce maioribus. *Gmel. ſibir. 3. p. 233. t. 50.*

730. HORMINVM. *Calyx* campanulatus: laciniis 4 ſubaequalibus; ſuprema maiore emarginata. *Corollae* lab. ſuperius concauum.

pyrenaicum. 1. H. foliis ouatis obtuſis, caule nudo. *Hall. act. helv. 6. p. 101. Bracteae ouatae acuminatae integerrimae.* Meliſſa pyrenaica. *Scop. ann. 2. p. 55. — Iacq. hort. v. 2. t. 183.* M. *Calyx 10-ſtriatus: ſtriis alternis craſſioribus: Lab. ſuperiore 3-dentato; Lab. inferiore bifido: ſegmentis cruciformiter incumbentibus. Corolla grandis, rubro caerulea: Lab. ſuperiore bifido; Lab. inferiore trifido: ſegmentis ſubrotundis.*

731. MELITTIS. *Calyx* tubo corollae amplior. *Corollae* lab. ſup. planum; lab. inf. crenatum. *Antherae* cruciatae.

Melliſſophyllum. 1. MELITTIS. *Iacq. auſt. t. 26. — Mill. illuſtr. ic.* M. Melliſſophyllum. *Riv. mon. Calyx campanulatus, erectus, corolla latior, trifidus: lacinia ſuprema ſaepe vtrinque dente paruo notata. Corolla alba; tubo duplo longiore calyce; Limbo quadripartito, patente, ex Labio ſuperiore ſubrotundo, recto, integro; Labio inferiore 3-fido: lac. intermedia maiore, plana, integra, purpurea. Antherae flauae, corolla breuiores.*

732. OCYMVM. *Calyx* lab. ſuperiore orbiculato; inferiore quadrifido. *Corollae* reſupinatae alterum lab. 4-fidum; alterum indiuiſum. *Filamenta* exteriora baſi proceſſum emittentia.

thyrſiflorum. 1. O. floribus paniculato-faſciculatis, caule ramoſiſſimo. *Mant. 84. — Murr. in comm. gott. 1777. p. 47. t. 5. Iacq. hort. v. 3. t. 72.* M.

monachorum. 2. O. ſtaminibus edentulis: alternis baſi barbatis. *Mant. 85.*

gratiſſimum. 3. O. caule ſuffruticoſo, fol. lanceolato-ouatis, racemis teretibus. *Mant. 414. Excluſo Rumphii ſynonymo. Caulis baſi perennans, ſtrictus. Folia coſta ſupra tomentoſo-caneſcente. Spicae ante antheſin tetragonae, bracteis ſubulato-prominentibus. Bracteae cordatae, acutae. Flores parui. Corollae albae antheris luteis.*

album. 4. O. fol. ouatis obtuſis: verticillis racemorum approximatis: nubilibus tetragonis, corollis crenatis. *Mant. 85.*

verticillatum. 5. O. fol. ouatis obtuſis, racemo elongato nudo, flor. verticillato-quaternis pedunculatis. *Suppl. p. 276.*

Baſilicum. 6. O. fol. ouatis glabris, calycibus ciliatis. (*Plenk Pl. med. t. 491.*)

minimum. 7. O. fol. ouatis integerrimis.

punctatum. 8. O. fol. ouatis rugoſis, caule tereti, flor. ſpicatis *Suppl. p. 275.* *)

capitellatum. 9. O. fol. ouatis, flor. aggregatis, petiolis lateralibus. *Suppl. p. 276.*

ſanctum. 10. O. fol. oblongiuſculis, obtuſis ſerratis vndulatis, caule hirto, bracteis cordatis. *Mant. 85. Caulis atro-purpureus.*

americanum. 11. O. fol. ſublanceolatis acuminatis ſubſerratis, racemis teretibus, caule ſubherbaceo. — *Iacq. hort. v. 3. t. 86.* M.

tenuiflorum. 12. O. fol. ouato oblongis ſerratis. bracteis cordatis reflexis concauis, ſpicis filiformibus.

polyſtachion. 13. O. corollis quadrifidis, racemis aphyllis apice nutantibus. *Mant. 567. Murr. in comm. gott. 1772. p. 71. t. 3.*

menthoides. 14. O. fol. lineari-lanceolatis ſerratis.

ſcutella-

---

*) PLECTRANTHVS. Cal. *lacinia ſumma maiore.* Cor. *reſupinata, ringens.* Nectar. *calcaratum ſupinum.* L'HERIT.
P. punctatus, *nectario gibboſo, flor. ſpicatis, caule herbaceo hirto.* L'HERIT. Stirp. nov. p. 87. t. 42. *P.* fruticoſus *eiusd. flor. racemoſis et caule fruticoſo praecipue differt.*)

ſcutellarioides. 15. O. coroll. falcatis, pedicellis ramoſis. *Mant. 84.*
proſtratum. 16. O. caulibus proſtratis, fol. ellipticis lineatis. *Mant. 566.*
acutum. 17. O. racemis filiformibus, fol. ouatis acuminatis ſerratis, bracteis hirtis. *Thunb. iap. p. 248.* M.
criſpum. 18. O. racemis terminalibus, fol. ouatis ſerratis criſpis, calycibus hiſpidis. *Thunb. l. c.* M.
rugoſum. 19. O. racemis terminalibus, fol. ouatis acutis ſerratis ſubtus rugoſis. *Thunb. iap. p. 249.* M.
inflexum. 20. O. panicula terminali racemoſa, caule ramisque flexuoſis. *Thunb. l. c.* M.
virgatum. 21. O. racemis verticillatis virgatis, fol. oblongis ſerratis. *Thunb. iap. p. 250.* M.

733. TRICHOSTEMA. *Corollae* labium ſuperius falcatum. *Stamina* longiſſima.

dichotoma. 1. T. ſtaminibus longiſſimis exſertis.
brachiata. 2. T. ſtamin. breuibus incluſis.

734. SCVTELLARIA. *Calyx* ore integro: poſt floreſcentiam clauſo, operculato.

orientalis. 1. S. foliis inciſis ſubtus tomentoſis, ſpicis rotundato-tetragonis. *Corollae purpureae labio albo.*
albida. 2. S. fol. ſubcordatis ſerratis rugoſis opacis, ſpicis ſecundis, bracteis ouatis. *Mant. 248.* Scutellaria Teucrii facie: flore albo. *Bauh. hiſt. 3. p. 291.* Caſſida flore ex albo palleſcente. *Col. ecphr. 1. p. 196. var. Nimis affinis S. orientali. Corollae albae maiores.*
alpina. 3. S. fol. cordatis inciſo-ſerratis crenatis, ſpic. imbricatis rotundato-tetragonis. *Similes S. lupulinae. Flores violacei.*
lupulina. 4. S. fol. cordatis inciſo-ſerratis acutis glabris, ſpic. imbricatis rotundato-tetragonis. *Flores albido-flaueſcentes.*
lateriflora. 5. S. flor. laeuibus carina ſcabris, racemis lateralibus folioſis.
galericulata. 6. S. fol. cordato-lanceolatis crenatis, flor. axillaribus. *Fl. dan. t. 637.* M.
haſtifolia. 7. S. fol. integerrimis: inferioribus haſtatis; ſuperioribus ſagittatis.
minor. 8. S. fol. cordato-ouatis ſubintegerrimis, flor. axillaribus. (*Curt. Fl. lond. ic.*)

integrifolia. 9. S. fol. ſeſſilibus ouatis: inferioribus obſolete ſerratis; ſuperioribus integerrimis.

hauanenſis. 10. S. fol. cordato-ouatis crenatis, flor. ſolitariis axillaribus, coroll. labio vtroque trifido. — *Iacq. obſ. 2. t. 30.* — *Amer. pict. p. 85. t. 165.* M. *Planta procumbens, herbacea, tenella. Pedunculi axillares, vniflori. Corollae galea trifida.*

hyſſopifolia. 11. S. fol. lanceolatis. *Mant. 414.*

peregrina. 12. S. fol. ſubcordatis ſerratis, ſpic. elongatis ſecundis. *Varietas floribus albis craſſior gaudet foliis ſubpiloſis.*

indica. 13. S. fol. ſubouatis crenatis petiolatis, racemis nudiuſculis.

altiſſima. 14. S. fol. cordato-oblongis acuminatis ſerratis: ſpicis ſubnudis.

cretica. 15. S. villoſa, fol. cordatis obtuſis obtuſeque ſerratis, ſpic. imbricatis: bracteis ſetaceis.

735. PRVNELLA. *Filamenta* bifurca; altero apice antherifera. *Stigma* bifidum.

vulgaris. 1. P. foliis omnibus ouato-oblongis ſerratis petiolatis, (cor. tubo calyci ſubaequali, piſtillo incluſo.)

grandiflora. α. P. caerulea, magno flore. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 377.* M. (P. *grandiflora*, caul. adſcendente ſubnudo. cor. tubo calyce duplo longiore, piſtillo exſerto.)

laciniata. 2. P. fol. ouato-oblongis petiolatis: ſupremis quatuor lanceolatis dentatis. *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 378.* M.

hyſſopifolia. 3. P. fol. lanceolatis integerrimis ſeſſilibus, caule erecto. *Differt a P. vulgari: Caule erecto, nec adſcendente; Foliis lanceolatis ſeſſilibus integerrimis ſcabris, nec ouatis petiolatis ſerratis laeuibus; Corollis quadruplo maioribus labii ſuperioris carina piloſa.*

736. CLEONIA. *Filamenta* bifurca; apice altero antherifera. *Stigma* quadrifidum.

luſitanica. 1. CLEONIA. *Mant. 414.* Prunella luſitanica, capite reticulato, folio Pedicularis Tournefortii. *Moriſ. hiſt. 3. p. 363.*

737. PRASIVM. *Baccae* 4, monoſpermae.

maius. 1. P. foliis ouato-oblongis ſerratis.

minus. 2. P. fol. ouatis crena vtrinque duplici. *An varietas praecedentis?*

738. PHRYMA. *Semen* vnicum.

Leptoſtachya. 1. P. foliis ouatis ſerratis petiolatis, calyce monophyllo quinquefido. *Suppl. p. 277.* Phryma Leptoſtachya. *Syſt. ed. 13. p. 458.*

dehiſcens. 2. P. calycibus tandem longitudinaliter dehiſcentibus. *Suppl. p. 277.*

ANGIOSPERMIA.

1408. CASTILLEIA. *Cal.* 1-phyllus, tubuloſus, longitudinaliter hians. *Cor.* ringens: Labium inferius *Glandulis* 2. tubuloſis. *Capſ.* 2-locularis, diſſepimento oppoſito. *Suppl. p. 47.*

fiſſifolia. 1. C. foliis linearibus integris apice trifidis, floribus racemoſis interſperſis bracteis trifidis. *Suppl. p. 293.* (*Fol. apice pinnato-inciſis. Smith. Ic. t. 40.*)

integrifolia. 2. C. fol. lineari-ſubulatis integerrimis, bracteisque indiuiſis. *Suppl. p. 293.* (*Smith Pl. ic. t. 39.*)

739. BARTSIA. *Cal.* 2-lobus, emarginatus, coloratus. *Corolla* minus ipſo calyce colorata: labio ſuperiore longiore. *Capſula* 2-locularis.

coccinea. 1. B. foliis alternis linearibus vtrinque bidentatis. *Calyces margine coccinei bracteis trifidis. Capſula elaſtica. Fructificatio nondum rite examinata.*

pallida. 2. B. fol. alternis lanceolatis integerrimis: floralibus ouatis dentatis.

viſcoſa. 3. B. fol. ſuperioribus alternis ſerratis, flor. diſtantibus lateralibus. *Ger. prov. 283.*

alpina. 4. B. fol. oppoſitis cordatis obtuſe ſerratis. *Fl. dan. t. 43.* (Cal. *4-fidus.* Cor. *lab. ſuper. emarginato, infer. 3-lobo.* Anth. *piloſiſſ. Oeſterr. Fl. 2. p. 65.*)

Gymnandra. 5. B. diandra, fol. radicalibus binis petiolatis, caule ſubdiphyllo vniſpicato: ſpica lineari obtuſa, verticillis bracteatis coarctatis. *Suppl. p. 278.* Gymnandra borealis. *Pall. it. v. 3. p. 710. t. A. f. 1.*

740. RHINANTHVS. *Cal.* 4-fidus, ventricoſus. *Capſula* 2-locularis, obtuſa, compreſſa.

orientalis. 1. R. corollis labio ſuperiore ſubulato incuruo.

Elephas. 2. R. corollis labio ſuperiore ſubulato recto.

Criſta galli. 3. R. corollis labio ſuperiore compreſſo breuiore. (*Ehrhartus 2 ex hac confecit ſpecies, nec immerito* 1) R. *maior Fl. lond.* caule maculato, piſtillo exſerto colorato, *Rh. Alectorolophus auctorum modo huius varietas videtur:* cal. villoſis. *Bull. herb. t.* 125. 2) R. *minor,* cal. glabris, piſtillo incluſo.)

Trixago. 4. R. calycibus hirſuto-tomentoſis, foliis oppoſitis obtuſe ſerratis, caule ſimpliciſſimo.

capenſis. 5. R. calycibus tomentoſis, bracteis ouatis, fol. lanceolatis dentatis. Buchnera africana, foliis dentatis oppoſitis, calycibus ſubtomentoſis fructu longioribus. *Sp. plant.* 879. *Planta facie Trixaginis, exſiccatione tota nigra euadens. Folia lanceolata vtrinque dentibus 4. ſ. 3. Spica oblonga. Bracteis tomentoſis, ouatis, parum acuminatis. Calyces tomentoſi, quadrifidi, obtuſi, vti Criſtae galli.*

indica. 6. R. fol. ſublanceolatis piloſis integerrimis. *Burm. ind.* 131. *t.* 39. *f.* 1. β. Veronicae affinis indica tenuifolia, floribus e calycibus barbatis vmbellatis. *Pluk. alm.* 384. *t.* 113. *f.* 2. *Ex Burm.*

virginica. 7. R. corollis fauce patentibus, fol. ſinuato-dentatis. *Antherae hirtae.*

741. EVPHRASIA. *Cal.* 4-fidus, cylindricus. *Capſ.* 2-locularis, ouato-oblonga. *Antherae* inferiores altero lobo baſi ſpinoſae.

latifolia. 1. E. foliis dentato-palmatis, floribus ſubcapitatis. *Bracteae palmatae, ſubhirſutae.*

officinalis. 2. E. fol. ouatis lineatis argute dentatis. (*Fl. dan. t.* 1037. β. *ſylueſtris,* caule elongato ramoſo, fol. ouatis ſerratis nitidis.)

tricuſpidata. 3. E. fol. linearibus tridentatis. *Folia linearia dente vtrinque vnico. Corolla ſimilis E. officinali.*

Odontites. 4. E. fol. linearibus: omnibus ſerratis. — *Fl. dan. t.* 655. M.

lutea. 5. E. fol. linearibus ſerratis: ſuperioribus integerrimis. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 398. M.

linifolia. 6. E. fol. linearibus: omnibus integerrimis, calyc. glabris. *Ger. prov.* 283. *Excluſa β varietate.*

viſcoſa. 7. E. fol. linearibus, calyc. glutinoſo-hiſpidis. *Mant.* 86.

742. MELAMPYRVM. *Cal.* 4-fidus. *Corollae* lab. ſup. compreſſum, margine replicato. *Capſ.* 2-locularis, obliqua, hinc dehiſcens. *Semina* 2, gibba.

criſtatum. 1. M. ſpicis quadrangularibus, bracteis cordatis compactis denticulatis imbricatis. (*Fl. dan. t. 1103.*)

aruenſe. 2. M. ſpicis conicis laxis: bracteis dentato-ſetaceis coloratis. (*Fl. dan. t. 911.*)

nemoroſum. 3. M. floribus ſecundis lateralibus: bracteis dentatis: ſummis coloratis ſterilibus, calyc. lanatis. *Fl. dan. t. 305.*

pratenſe. 4. M. flor. ſecundis lateralibus, fol. coniugationibus remotis, coroll. clauſis. (*Sow. engl. bot. t. 113. Caul. ramoſiſſ. Cor. flaueſc. tubo albido. Vix vnquam in pratis, ſed vt plurimum in ſyluis creſcit, hinc cum ſequente, cuius modo varietas?, vtplurimum commutatur.*)

ſyluaticum. 5. M. flor. ſecundis lateralibus, fol. coniugationibus remotis, coroll. hiantibus. *Fl. dan. t. 145.* (*Solummodo ſyluas alpinas incolit, eiusque Flor. multo minores et magis hiant totique flaui.*)

743. LATHRAEA. *Cal.* 4-fidus. *Glandula* depreſſa, ad baſin futurae germinis. *Capſula* 1-locularis.

Clandeſtina. 1. L. caule ramoſo ſubterreſtri, floribus erectis ſolitariis.

Phelypaea. 2. L. corollis campanulato-patentibus.

Anblatum. 3. L. corollarum labiis indiuiſis. *Fl. dan. t. 136.*

Squamaria. 4. L. caule ſimpliciſſimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido. (*Sow. engl. bot. t. 50.*)

744. SCHWALBEA. *Cal.* 4-fidus: lobo ſuperiore minimo; infimo maximo emarginato.

americana. 1. SCHWALBEA. *Mant. 414. Fructificatio rite examinanda.*

745. TOZZIA. *Calyx* 5-dentatus. *Capſula* vnilocularis, globoſa, monoſperma.

alpina. 1. TOZZIA. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 165.* M. *Flores lutei.*

746. PEDICVLARIS. *Calyx* 5-fidus. *Capſula* 2-locularis, mucronata, obliqua. *Semina* tunicata. (?)

paluſtris. 1. P. caule ramoſo, calycibus criſtatis calloſo-punctatis, corollis labio obliquis. *Fl. dan. t. 225. Corollae purpureae.*

ſylua-

ſyluatica. 2. P. caule ramoſo, calycibus oblongis angulatis laeuibus, corollis labio cordato. *Corollae purpureae.* (*Inter minores pertinet et ceſpitoſa creſcit, ſed non ramoſa. Cal. latere interiore villoſus, eiusque laciniae 2-3-fidae: ſumma minima.*)

roſtrata. 3. P. caule declinato ſubramoſo, corollis galea roſtrato-acuminatis, calycibus criſtatis ſubhirſutis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t.* 205. M. Pedicularis caulibus reflexis, ſpica laxa purpurea. *Segu. ver. 3. p. 125. Caulis ſimplex ſ. rarius ramoſus, ſaepe procumbens, Calyx hirſutus. Corolla roſtrata.*

Sceptrum Carolinum. 4. P. caule ſimplici, floribus terno-verticillatis, corollis clauſis, calycibus criſtatis, capſulis regularibus. *Fl. dan. t. 26. Caulis tripedalis ſpecioſiſſimus. Corollae clauſae luteae ore ſanguineo.*

verticillata. 5. P. caule ſimplici, foliis quaternis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 206.* M. *Corollae obtuſae purpureae.*

reſupinata. 6. P. caule ſimplici, fol. lanceolatis ſerratis crenulatis, flor. reſupinatis. *Corollae purpureae.*

recutita. 7. P. caule ſimplici, fol. pinnatifidis ſerratis, ſpica folioſa, cal. coloratis, coroll. obtuſis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 258.* M. *Caulis ſimplex. Folia pinnatifida, ſerrata. Spica ſubfolioſa. Calyces colorati. Corolla purpurea: galea obtuſa, nec roſtrata.*

triſtis. 8. P. caule ſimplici, corollarum galeis margine villoſis. *Corollae flauae.*

flammea. 9. P. caule ſimplici, foliis pinnatis retro-imbricatis. *Corollae atropurpureae preſertim apice.*

hirſuta. 10. P. caule ſimplici, fol. dentato-pinnatis linearibus, calycibus hirſutis. Pedicularis pinnis foliorum acute pinnatis, floribus obtuſis purpureis ſpicatis. *Corollae incarnatae.* (*Fl. dan. 1104.*)

roſea. 11. P. caule ſimplici, fol. pinnatis: pinnis oblongis pinnatifidis, calycibus hirſutis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 57. Icon. rar. t. 40. qui ſynonymon Allionii praecedens huc refert.* M.

incarnata. 12. P. caul. ſimplici, fol. pinnatis ſerratis, calycibus rotundatis glabris, corollis galea vncinata acuta. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 140.* M. *Corollae incarnatae.*

lapponica. 13. P. caule ſimplici, fol. pinnatifidis ſerratis, calycibus bifidis obtuſis. *Fl. dan. t. 2. Corollae flauae.*

comoſa. 14. P. caule ſimplici, ſpica folioſa, corollis galea acuta emarginata, calycibus quinquedentatis. Pedicularis

dicularis foliis bis pinnatis, calyce non criſtatis, floribus ochroleucis in ſpicam nudam congeſtis. *Allion. pedem. 50. t. 12. f. 1. non vero tab. 11. f. 2. Corollae luteae.* (Radix *tuberoſa.* Fol. *radicalia 3-6: caul. vtplurimum 6. Stephan de Pediculari comoſa. Lipſ. 1791. cum ic. Secundum quemnam auctorem Synonymum Allionii huc non pertinet.*)

folioſa. 15. P. caule ſimplici, ſpica folioſa, corollis galea obtuſiſſima inregra, calyc. quinquedentatis. *Mant.* 80. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 139.* M. *Caulis ſaepe pedalis. Corollae purpureae ſecundum Syſt. ed. 13. p. 462. Iacquinio obſeruante ochroleucae, cui et Mantiſſa l. c. reſpondet.* M.

canadenſis. 16. P. caule ſimplici, ſpica ſubfolioſa, corollis galea ſetaceo-bidentata, calyc. deorſum truncatis. *Mant. 86.*

tuberoſa. 17. P. caule ſimplici, calycibus criſtatis, corollis galea roſtrato-adunca. Pedicularis alpina lutea. C. B. *Segu. ver. 3. p. 126. Folia Millefolii. Lanugo ad folia et calyces. Corollae luteae.*

747. GERARDIA. *Cal.* 5-fidus. *Corolla* 2-labiata: lab. inf. 3-partito: lobis emarginatis: medio 2-partito. *Capſ.* 2-locularis, dehiſcens.

tuberoſa. 1. G. foliis ſubouatis tomentoſis repandis longitudine caulis. *Fructificatio erit examinanda.*

iaponica. 2. G. fol. ouatis inciſo-pinnatifidis petiolatis, caule ſimplici. *Thunb. iap. p. 251.* M.

delphinifolia. 3. G. fol. linearibus pinnatifidis, caule ſubramoſo.

ſcabra. 4. G. hiſpida ſcabra, fol. oblongis pinnatifidis. *Suppl. p. 279.*

purpurea. 5. G. fol. linearibus. *Conf. Pluk. phyt. 12. f. 2.*

tubuloſa. 6. G. laeuis, fol. linearibus integris acutis, tubo calyce longiore. *Suppl. p. 279.*

flaua. 7. G. fol. lanceolatis pinnato-dentatis, caule ſimpliciſſimo.

pedicularia. 8. G. fol. oblongis duplicato-ſerratis, caule paniculato, calycibus crenatis. *Affinis Pedicular. triſti.*

glutinoſa. 9. G. fol. ouatis ſerratis, bracteis linearibus hiſpidis.

nigrina. 10. G. ſcabra, fol. lanceolatis inferne ſerratis, caule tetragono. *Suppl. p. 278.* Nigrina viſcoſa. *Syſt. ed.*

ed. 13. p. 167. (Melaſma ſcabrum. *Berg. cap. 162. t. 3. f. 4. Gaertn. de fr. I. p. 260.*)

748. CHELONE. *Cal.* 5-partitus. (*Cor.* ringens.) *Rudimentum* filamenti quinti inter ſuprema ſtamina. *Capſula* 2-locularis.

glabra. 1. C. foliis petiolatis lanceolatis ſerratis: ſummis oppoſitis. (*Schkuhr Handb. II. p. 189. t. 182. Flor. albi.*)

obliqua. 2. C. fol. petiolatis lanceolatis ſerratis oppoſitis. *Mill. dict.* † Chelone glabra *β. Sp. plant. 419. Millerus diſtinguit hanc a praecedenti: Radice minus repente, Foliis latioribus, profundius ſerratis: Floribus purpureis.*

hirſuta. 3. C. caule foliisque hirſutis. *An mera varietas ſequentis?*

Pentſtemon. 4. C. fol. amplexicaulibus, panicula dichotoma. *Mant. 415.* Cynorinchium nov-anglicanum digitali accedens herba quadricapſularis, floribus albis rictum caninum referentibus. *Pluk. Mant. 62.* Digitalis perfoliata glabra, flore violaceo minore. *Moriſ. hiſt. 2. p. 479. ſ. 5. t. 8. f. 6. β.* Dracocephalus hirſutus, Lyſimachiae foliis latioribus hirſutis. *Moriſ. hiſt. 3. p. 407. ſ. 11. t. 21. f. 3. Caulis teres, pubeſcens. Corolla violacea, rictu clauſo.* ♃. (Penſtemon pubeſcens *Ait. Kew. II. p. 360. Ob Cor. 2-labiatam, et filam. 5tum barbatum.*)

ruelloides. 5. O. fol. radicalibus petiolatis ouatis ſerratis, caulinis oppoſitis amplexicaulibus, pedunculis elongatis, calycibus ciliatis. *Suppl. p. 279.*

749. GESNERIA. *Cal.* 5-fidus, germini inſidens. *Corolla* incurua recuruaque. *Capſula* infera, 2-locularis.

humilis. 1. G. foliis lanceolatis ſerratis ſeſſilibus, pedunculis ramoſis multifloris.

acaulis. 2. G. fol. lanceolato-ouatis ſerratis ſubpetiolatis terminali-confertis, pedunculis trifloris folio brevioribus. (*Caul. initio breuiſſimus, adultior elongatus et ſaepe pedalis fit. Swartz obſ. p. 228.*)

tomentoſa. 3. G. fol. ouato-lanceolatis crenatis hirſutis, pedunculis lateralibus longiſſimis corymbiferis. *Iacq. amer. 179. — Ed. 2. pict. p. 89. t. 261. f. 47.* Gesneria

neria erecta, fol. lanceolatis rugoſis hirſutis, pedunculis longiſſimis ramoſis, ex alis ſuperioribus. *Brown. iam. p. 261.*

750. ANTIRRHINVM. *Cal.* 5-phyllus. *Corollae* baſis deorſum prominens, nectarifera. *Capſula* 2-locularis, (apice in lacinulas reflexas dehiſcens. *Gaertn.*)

* *Foliis angulatis.*

Cymbalaria. 1. A. foliis cordatis quinquelobis alternis, caulibus procumbentibus. *Semina rugoſa, vt nuclei iuglandis.* (*Bull. herb. t. 305.*)

piloſum. 2. A. fol. reniformibus piloſiſſimis alternis, caulibus procumbentibus. *Mant. 249.* † *Iacq. obſ. 2. p. 29. t. 48.* Linaria Hederae folio villoſo ſ. Cymbalaria alpina. *Tournef. inſt. 169.*

Elatine. 3. A. fol. haſtatis alternis, caulibus procumbentibus. *Fl. dan. t. 426.* (*Cor. lab. ſuperius atropurpureum, infer. luteum.*)

ſpurium. 4. A. fol. ouatis alternis, caulibus procumbentibus. (*Fl. dan. t. 913. Flor. incurui ex flauo aurantii.*)

cirrhoſum. 5. A. fol. haſtatis alternis, caul. patulis, petiolis paſſim cirrheſcentibus. *Mant. 249. Iacq. hort. t. 82.* Linaria *Till. piſ. t. 32. f. 2. Simile A. aegyptiaco. Corollae caeruleſcentes palato albido punctis purpureis.*

aegyptiaca. 6. A. fol. haſtatis alternis, caule erecto ramoſiſſimo, pedunc. rigeſcentibus. *Simillimum A. Elatines. Caules erecti, virgati, vix pubeſcentes. Folia cordata, angulis inferiorum duobus vtrinque, ſuperiorum dente vnico. Corollae ſimiles Elatines, luteae, ſed absque nigra macula, at palato purpuraſcente punctato: Labium ſuperius emarginatum pallidum. Calcar caeruleſcens, recuruum, longitudine floris. Pedunculi reiectis floribus rigent tamquam ſpinae.*

** *Foliis oppoſitis.*

triphyllum. 7. A. fol. ternis ouatis. Linaria ſicula latifolia triphylla. *Bocc. ſic. 44. t. 22.* (*Fol. carnoſa.*)

triornithophorum. 8. A. fol. quaternis lanceolatis, caule erecto ramoſo, flor. pedunculatis.

purpureum. 9. A. fol. quaternis linearibus, caule erecto ſpicato. *Mant. 416.* Linearia flore purpureo minore. *Riv. mon. 82.*

verſico-

verſicolor. 10. A. fol. lineari-lanceolatis, inferioribus ternis, caule erecto ſpicato. *Iacq. in Litt. Miſc. vol. 2. p. 336. Icon. rar. t. 31. Conuenit eius deſcriptio cum iſta Antirrhini linarioidis. Spec. pl. p. 853. quod in poſterioribus editionibus Syſt. veget. fruſtra quaeritur.* M.

repens. 11. A. fol. linearibus confertis: inferne quaternis, cal. capſulam aequantibus. (*Radix repens. Flor. dilute violacei.*)

monſpeſſulanum. 12. A. fol. linearibus confertis, caule nitido paniculato, pedunc. ſpicatis nitidis. *Affine maxime A. repenti.* (*Fol. ſucculenta. Aiton.*)

ſparteum. 13. A. fol. ſubulatis canaliculatis carnoſis: inferioribus ternis, caule paniculato corollisque glaberrimis. (*Cauan. Pl. hiſp. p. 19. t. 33.*)

bipunctatum. 14. A. fol. linearibus glabris: inferioribus quaternis, caule erecto paniculato, flor. ſpicato-capitatis. (*Cauan. l. c. p. 20. t. 33. f. 1. Qui corollam ſemper albam, nec flauam vidit.*)

triſte. 15. A. fol. linearibus ſparſis: inferioribus oppoſitis, nectariis ſubulatis, flor. ſubſeſſilibus. Linaria hiſpanica procumbens. *Mart. dec. 35. f. 2. Caules radicales plures, glabri, ſaepius decumbentes. Folia linearia, ſubcarnoſa, conuexa, rore glauca. Capitulum ante antheſin ſimile A. aruenſi, calyce et bracteis ſolis pubeſcentibus. Corolla colore Loti iacobaei, calcare ſtriato, ſaepe variat colore cinereo ſ. luteo, ſ. purpureo. Capſula craniolaris.* (*Curt. bot. mag. t. 74.*)

ſupinum. 16. A. fol. ſubquaternis linearibus, caule diffuſo, flor. racemoſis, calcari recto. *Simile praecedenti, ſed caulis non glaber.*

aruenſe. 17. A. fol. ſublinearibus: inferioribus quaternis, calycibus piloſo-viſcidis, flor. ſpicatis, caule erecto. (*Caul. ſubſimplex. Fol. longiuſcula attenuata.*)

peliſſerianum. 18. A. fol. caulinis linearibus alternis: radicalibus lanceolatis ternis, flor. corymboſis. *Mant. 416.*

ſaxatile. 19. A. fol. lanceolato-linearibus ſparſis villoſis: inferioribus quaternis, caule decumbente, floribus ſpicatis. *Mant. 416.* Linaria maritima minima viſcoſa, foliis hirſutis, floribus luteis. *Moriſ. hiſt. 2. p. 499.*

viſcoſum. 20. A. fol. radicalibus quaternis lanceolatis, caulinis linearibus alternis, calycibus villoſis cauli approximatis.

multicaule. 21. A. fol. quinis linearibus carnoſis, flor. capitatis.

glaucum. 22. A. fol. quaternis ſubulatis carnoſis, caulibus erectis, flor. ſpicatis. (*Cauan. l. c. t. 35. f. 2.*)

alpinum. 23. A. fol. quaternis lineari-lanceolatis glaucis, caule diffuſo, flor. ramoſis calcari recto. *Iacq Fl. auſtr. v. 1. t. 58.* M. *Flores caerulei palato luteo.*

bicorne. 24. A. fol. oppoſitis ouato-oblongis ſerratis, caule erecto, flor. racemoſis, capſulis bicornibus.

villoſum. 25. A. fol. omnibus oppoſitis ouatis villoſis, caulibus ſimplicibus, flor. oppoſitis lateralibus.

origanifolium. 26. A. fol. plerisque oppoſitis oblongis, flor. alternis.

pinnatum. 27. A. fol. oppoſitis pinnatifidis, caule erecto, flor. racemoſis. *Suppl. p. 280.*

*** *Foliis alternis.*

minus. 28. A. fol. plerisque alternis lanceolatis obtuſis, caule ramoſiſſimo diffuſo. *Fl. dan. t. 502.* (Fol. *ſubcarnoſa, infer. oppoſita.* Cal. *bilabiatus: foliola ſup. 3 approximata parallela; infer. breuiora reflexa.*)

dalmaticum. 29. A. fol. alternis cordatis amplexicaulibus.

hirtum. 30. A. fol. lanceolatis hirtis alternis, flor. ſpicatis, foliolo calycino ſupremo maximo. — *Iacq. Miſc. v. 2. p. 334. Icon. rar.* M.

geniſtifolium. 31. A. fol. lanceolatis acuminatis, panicula virgata flexuoſa. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 244.* M. (*Fol. craſſiuſcula ſubouata. Cor. flaua: faux piloſa.*)

iunceum. 32. A. foliis linearibus alternis, caule paniculato virgato, floribus racemoſis.

Linaria. 33. A. fol. lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, ſpicis terminalibus ſeſſilibus, flor. imbricatis. *)

linifo-

*) PELORIA. *Amoen. acad. 1. p. 55. t. 3.* LINARIAE *proles hybrida, eiusdemque qualitatis et conſtans, radicibus infinite ſeſe multiplicans, charactere fructificationis diuerſiſſima corolla regulari, quinquecorniculata, pentandra, vt genus proprium abſolute conſtitueret et diſtinctiſſimum, niſi fructus ſemper abortiret.* †) *Naturae prodigium. — Ita quidam b. a Linne,*

†) *Semina etiam fertilia profert, ex quibus vero, terrae mandatis, Antirrinum Linaria forma vulgari gaudens prouenit;* cfr. HOFFMANN *in bot Annal. St. 13. p. 90.* Dracocephalum auſtriacum L. *in Peloriam degeneratum etiam obſeruauit cl.* TRATTINNICK; vid. F. W. SCHMIDT *Samml. phyſikaliſch-oecon. Auſſ. I. p. 214. t. 2. f. c-g.*)

linifolium. 34. A. fol. lanceolatis alternis trineruiis, flor. racemoſis: pedunc. diſtantibus bractea breuioribus.

chalepenſe. 35. A. fol. lineari-lanceolatis alternis, flor. racemoſis, calycibus corolla longioribus, caule erecto. Linaria flore albo. *Riv. mon. 80. f. 2.* (*Cor. alba: lab. ſuper. 2-fidum erectum. Cornu longiſſimum incuruum.*)

reflexum. 36. A. fol. ouatis alternis glabris. pedunculis axillaribus: fructiferis elongatis recuruatis, caule procumbente. Antirrhinum procumbens ramoſum, fol. alternis ouatis acuminatis integerrimis, flor. cordatis axillaribus. *Allion. corſ. 205. f. 1.*

pedunculatum. 37. A. fol. alternis linearibus remotis, flor. paniculatis: pedunc. folio longioribus ſtrictis.

lagopodioides. 38. A. fol. ſparſis mollibus apice recuruis, ſpicis ouatis villoſis. *Suppl. p. 279.*

**** *Foliis nullis.*

aphyllum. 39. A. ſcapo aphyllo capillari. *Suppl. p. 280.*

***** *Corollis hiantibus aut ecaudatis.*

maius. 40. A. corollis ecaudatis, flor. ſpicatis, calycibus rotundatis. (*Sowerby engl. bot. t. 129.*)

Orontium. 41. A. coroll. ecaudatis, flor. ſubſpicatis, calycibus corolla longioribus. (*Fl. dan. t. 941.*)

papilionaceum. 42. A. coroll. ecaudatis, flor. axillaribus, calyc. papilionaceis, fol. carnoſis. *Mant. 86.*

Aſarina. 43. A. coroll. ecaudatis, fol. oppoſitis cordatis crenatis, caulibus procumbentibus. (Aſarina ſ. Hederula ſaxatilis *Lobel ic. 601. Cor. lab. infer. canaliculatum.*)

molle. 44. A. coroll. ecaudatis, fol. oppoſitis ouatis tomentoſis, caulibus procumbentibus.

vnilabiatum. 45. A. coroll. ecaudatis, callis duobus, fol. alternis pinnatis, caule paniculato. *Suppl. p. 279.*

****** *Corollis hiantibus.*

bellidifolium. 46. A. fol. radicalibus lingulatis dentatis lineatis; caulinis partitis integerrimis. *Mant. 417. Flores ſpicati, minuti, caeruleſcentes, calcarati, fauce non clauſa.*

canadenſe.

---

ne, Eques. Ego autem Peloriam pro peculiari degeneratione monſtroſa floris habeo, in quam inclinare hoc genus prae aliis, neſcio qua de cauſa, ſimilis a forma deflexio, in aliis ſpeciebus e. gr. A. ſpurio, Elatine, *Cymbalaria* (*maius, triphyllum*) *obſeruata, teſtatur.* Conf. *Merk in Gött. gel. Anz. 1774. n. 121.* M.

canadenſe. 47. A. fol. linearibus alternis, corollis hiantibus: labio inferiore explanato.

751. CYMBARIA. *Calyx* decemdentatus. *Capſula* cordata, bilocularis. (*Recept.* reniformia. *Gaertn.*)

daurica. 1. CYMBARIA. *Mant. 417. Planta incana, proxima Antirrhinis.* (*Amman ruthen. p. 35. t. 1. f. 2.*)

1407. THVNBERGIA. *Cal.* duplex: *exterior* diphyllus; *interior* multipartitus. *Capſ.* globoſa, roſtrata, bilocularis. *Suppl. p.* 46. *Thunb. Diſſ. nov. gen. pl. p.* 22.

capenſis. 1. THVNBERGIA. *Suppl. p. 292. — Act. lund. T. I. p. 163. c. tab.* M.

752. CRANIOLARIA. *Cal.* duplex floris: perianthio 4-phyllo; ſpatha 1-phylla. *Cor.* tubus longiſſimus. *Capſula* Martyniae. *)

fruticoſa. 1. C. foliis lanceolatis dentatis.

annua. 2. C. fol. cordatis angulatis, calyce exteriore diphyllo. *Iacq. hiſt. 173. t. 110. — Amer. pict. p. 86. t. 166.* M. *Similis Martyniae annuae, ſed tubo corollae longiſſimo. Mant. 417.*

753. MARTYNIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* ringens. *Capſ.* lignoſa, corticata, roſtro hamato, trilocularis. biualuis.

perennis. 1. M. caule ſimplici: foliis ſerratis. *Fructus, ni fallor, inferus.* (Gloxinia maculata *L'Herit. Stirp. nov. p. 149.* Cal. *ſuperus, 5-phyllus.* Cor. *campanulata: limbo obliquo.* Capſ. *infera ſubbilocularis.*)

annua. 2. M. caule ramoſo, fol. integerrimis angulatis. *Fabr. helm. 240.* Martynia caule ramoſo, fol. cordato

*) *Totum hocce genus expunxit et ſequenti inſeruit cel.* GLOXIN obſ. bot. p. 1-15. *de illuſtrandis* Martyniae *ſpeciebus bene meritus, characteri generico addens:* Quinti ſtaminis rudimentum. *Etiam duas ſub nomine* Martynia annua *commixtas ſpecies ita determinat:*

1. *M* diandra, *ramis dichotomis, fol. cordato-orbiculatis dentatis, flor. diandris.* p. 14. t. 1. M. annua *Sp. pl. ed. I. Syſt. nat. ed. X. Ehret pl. rar. t. f. 5. Stam. 2 tantum fertilia. G.*

2. *M.* proboſcidea, *ramis ſparſis, fol. cordato-ouatis integerrimis, capſ. roſtro longiſſimo.* M. annua *Syſt. veget. Mill. Plants t. 286. Schmidel Anal. pl. t. 12 et 13.*)

cordato ouatis piloſis. *Mill. ic. t. 286.* Martynia caule petiolisque fiſtuloſis. floribus bibracteatis. *Gouan. hort. 303. Stigma tactu clauditur. Turra. Capſulae roſtrum vncinatum longiſſimum.*

longiflora. 3. M. caule ſimplici, fol. orbiculatis repandis. *Habitat ad Cap. b. ſpei* ⊙. *Caulis erectus, ſcabriuſculus, bipedalis. Folia oppoſita, petiolata, trineruia. Flores axillares, ſolitarii, breuiter pedunculati. Stipularum loco, ad baſin pedunculi. Glandula ſ. cupula excipiens globum, quaſi ſtylo breui et ſtigmate donatum. Perianthium minimum, 5-dentatum. Corollae tubus praelongus, medio contractior, baſi dorſali gibbus. Germen ſuperum. Stylus longitudine tubi. Stigmata linearia, 2, reuoluta. Pericarpium vix roſtratum, baſi vtrinque denticulo craſſo. Semina parua. Dav. Royen.* (Martynia capenſis *Glox. l. c. p. 13. Craniolariae L. ſpecies enim quoque longiflorae ſunt.*)

754. TORENIA. *Cal.* 2-labiatus: ſuperiore tricuſpide. *Filamenta* inferiora ramulo ſterili. *Capſula* 2-locularis.

aſiatica. 1. TORENIA.

755. BESLERIA. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* ſubgloboſa, polyſperma.

melittifolia. 1. B. pedunculis ramoſis, foliis ouatis.

lutea. 2. B. pedunculis ſimplicibus confertis, fol. lanceolatis. *Iacq. amer. 187. — Ed. 2. pict. p. 92.* M. (*Gaertn. de fr. I. p. 241. t. 52. Qui huic generi* Baccam *ſuperam 2-locularem*, Diſſepimentum *in medio diuiſum, et* Sem. *parietalia adtribuit.*)

criſtata. 3. B. pedunculis ſimplicibus ſolitariis, calyc. ſerrato criſtatis. — *Iacq. amer. pict. p. 93 t. 180.* M. *Caulis radicando ſcandens. Calyx coccineus. Corolla flaveſcens.* (*An* Columneae *ſpecies? cfr. Swartz obſ. p. 232.*)

biualuis. 4. B. calycibus biualuibus laceris. *Suppl. p. 280.*

756. SCROPHVLARIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* ſubgloboſa, reſupinata. *Capſula* 2-locularis.

marilandica. 1. S. foliis cordatis ſerratis acutis baſi rotundatis, caule obtuſangulo.

nodoſa. 2. S. fol. cordatis trineruatis, caule obtuſangulo. (*Fol. ouatis petiolatis, caule nudo.*)

aquatica.

aquatica. 3. S. fol. cordatis obtuſis petiolatis decurrentibus, caule membranis angulato, racemis terminalibus. *Fl. dan. t.* 507. (*Fol. huic fere ſeſſilia et vti in priore magis ouata, acuminata.*)

auriculata. 4. S. fol. cordatis ſubtus tomentoſis baſi appendiculatis, racemis terminalibus. *Statura S. nodoſae. Caulis tetragonus, minime piloſus, brachiatus. Folia cordata, duplicato-ſerrata, obtuſa vbique, opaca, nuda, ad baſin foliolis 2, ouatis acceſſoriis, fere ternata; in minoribus ramis folia ſimplicia. Corollae purpureae triſtiores: labio reuoluto liuido-vireſcente. Excluſis Barrel. et Tournef. ſynonymis.*

Scorodonia. 5. S. fol. cordatis duplicato-ſerratis, racemo compoſito foliis interſtincto. *Mant.* 418. *Similis S. nodoſae. Caulis valde piloſus. Folia obtuſe ſerrata. Racemus foliis interſtinctus, quod non in prioribus.* (— paniculis terminalibus trichotomis foliis interſtinctis. *Ait. Kew.* 2. *p.* 341.)

altaica. 6. S. fol. cordatis ouatis duplicate dentato-ſerratis, dentibus baſin reſpicientibus, racemo compoſito aphyllo. *Murr. in comm. gott.* 1781. *p.* 35. *t.* 2. M.

betonicifolia. 7. S. fol. cordatis oblongis dentatis: dentibus integerrimis: baſeos profundioribus. *Mant.* 87.

meridionalis. 8. S. fol. oblongo-ouatis ſerratis glabris, pedunculis vnifloris. *Suppl. p.* 280.

orientalis. 9. S. fol. lanceolatis ſerratis petiolatis: caulinis ternis, ramis oppoſitis. *Folia caulina variant terna aut quaterna.* (*Schkuhr Handb.* 2. *p.* 196. *t.* 173. *Fol. verticillata inciſo-ſerrata. Flor. parui.*)

fruteſcens. 10. S. fol. ſubcarnoſis ſeſſilibus laeuibus apice recurvis. *Mant.* 418. Scrophularia peregrina fruteſcens, foliis teucrii craſſiuſculis. *Herm. lugdb.* 545. *t.* 547.

vernalis. 11. S. fol. cordatis: caulinis ternis, pedunculis axillaribus ſolitariis bifidis. *Fl. dan. t.* 411. *Corollae ouatae, flauae.* (fol. cordatis rugoſis pubeſcentibus: caulinis ſubalternis, pedunc. axillaribus dichotomis.)

trifoliata. 12. S. fol. glabris: inferioribus ternato-pinnatis obtuſis: ſuperioribus ſimplicibus, pedunculis ſubtrifloris axillaribus.

ſambucifolia. 13. S. fol. interrupte pinnatis cordatis inaequalibus, racemo terminali: pedunc. axillaribus geminis dichotomis.

canina. 14. S. fol. pinnatifidis, racemo terminali nudo: pedunc. biſidis. (*Calycis foliolis albido-marginatis.*)

lucida. 15. S. fol. inferioribus bipinnatis ſubcarnoſis glaberrimis, racemis bipartitis. *Caulis teres rectus viridis. Folia ſimilia S. caninae, ſed ſubcarnoſa. Racemus rigidus, erectus. Corollae pallidae labio ſuperiore rubro.*

coccinea. 16. S. fol. quaternis ouatis, flor. verticillatis ſpicatis.

peregrina. 17. S. fol. cordatis lineatis lucidis, pedunc. axillaribus bifloris, caule ſexangulari. *Mant. 418. Caulis atropurpureus. Corolla purpurea.* ⊙.

757. CELSIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata. *Filamenta* barbata. *Capſ.* 2-locularis.

orientalis. 1. C. fol. bipinnatis. (*Fol. infima ſubintegra.*)

Arcturus. 2. C. fol. radicalibus lyrato-pinnatis, pedunculis flore longioribus. *In C. cretica flores ſeſſiles ſunt.* Verbaſcum Arcturus. *Sp. plant. 254. Mant. 339.* — *Iacq. hort. v. 2. t. 117.* M. *In mea folia oppoſita, Auctorum foliis vero alternis. Stamina tantum 4.* (*Saepe adhuc quintum ſterile adeſt Schkuhr Handb. 2. p. 199.*)

cretica. 3. C. fol. radicalibus lyratis, caulinis ſubcordatis amplexicaulibus, floribus ſubſeſſilibus. *Suppl. p. 281.* Celſia *cretica*, foliis inferioribus lyratis; ſuperioribus ouatis amplexicaulibus. *Syſt. ed. 13. p. 470.* Battaria perennis cretica incana, foliis binis coniugatis. *Moriſ. hiſt. 2. p. 488. Folia pinnato-lyrata alterna: ſuperiora ſimplicia cordato-amplexicaulia. Calyces ſerrati. Filamenta 4: duobus ſuperioribus piloſis; inferioribus laeuibus antherisque maioribus. Corollae flauae fundo ſuperiore maculis 2, ferrugineis.*

1405. HEMIMERIS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata: *Lacinia* vna maior, obcordata. *Foſſula laciniarum* nectarifera. *Suppl. p. 45.*

ſabuloſa. 1. H. diandra, foliis oppoſitis pinnatifidis, caule proſtrato. *Suppl. p. 280.*

montana. 2. H. diandra, fol. oppoſitis ouatis ſerratis, caule erecto. *Suppl. p. 280.*

diffuſa. 3. H. didynama, fol. alternis oppoſitisque pinnatifidis, caule patulo. *Suppl. p. 280.*

758. DIGITALIS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, 5-fida, ventricoſa. *Capſ.* ouata, 2-locularis.

purpurea. 1. D. calycinis foliolis ouatis acutis, corollis obtuſis: labio ſuperiore integro. *Fl. dan. t. 74. Corollae venter intus adſperſus maculis ocellaribus. Folia rugoſa.*

minor. 2. D. coroll. obtuſis: labio ſuperiore ſubbilobo, fol. laeuibus. *Mant. 567.*

Thapſi. 3. D. fol. decurrentibus. *Similis D. purpureae.*

lutea. 4. D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis: labio ſuperiore bifido. — *Iacq. hort. v. 2. t. 105.* M.

ambigua. 5. D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis galea emarginata, fol. ſubtus pubeſcentibus. *Suppl. p. 282.* Digitalis *ambigua*, corollarum labio emarginato, fol. ſubtus pubeſcentibus. *Murr. fl. Gott. 62.* Digitalis ochroleuca. *Iacq. auſtr. v. 1. p. 36. t. 57.* Digitaliis foliis calycinis lanceolatis, galea inciſa, faucibus maculatis. *Hall. hiſt. n. 331.* Digitalis lutea maior. *Bauh. pin. 224. Differt a lutea corollis multo maioribus; vix ſpecie diuerſa, ſed omnes diſtinguere malunt ob magnitudinem imprimis florum.*

ferruginea. 6. D. calycinis foliolis ouatis obtuſis patentibus, coroll. labio inferiore barbato. *Caulis ſtrictus, laeuis, ſexpedalis. Folia ſeſſilia, lanceolata, laevia, lineata, integerrima. Racemus e ſingulis alis ſupremis, erectus. Bracteae lineari-lanceolatae, reflexae. Pedicelli breuiſſimi, ſolitarii. Calycis folia ſuperiora 3 approximata. Corolla ventricoſa inferne gibba, calyce paulo longior, pubeſcens, intus luteſcens: laciniis 2 ſuperioribus obſoletis; lateralibus acutis; infima longiore, barbata. Stamina flexuoſa, absque rudimento quinti. Stylus longitudine floris.*

obſcura. 7. D. fol. lineari-lanceolatis integerrimis baſi adnatis. *Mant. 418. Iacq. hort. t. 91.*

canarienſis. 8. D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis bilabiatis acutis, caule fruticoſo.

Sceptrum. 9. D. fol. oblongis ſpathulatis ſerratis, ſpicis terminalibus ouatis pedunculatis coma bractearum terminatis, calycinis foliolis ſubulatis, corollis quadrifidis, caule fruticoſo. *Suppl. p. 282.*

759. BIGNONIA. *Cal.* 5-fidus, cyathiformis. *Cor.* fauce campanulata, 5-fida, ſubtus ventricoſa. *Siliqua* (*Capſ.* ſiliquoſa) 2-locularis. *Sem.* membranaceo-alata.

Catalpa. 1. B. foliis ſimplicibus ternis cordatis, caule erecto, floribus diandris. (*Schmidt Baumz. I. p. 42. t. 41. Cal. bifidus. Alii cum Linnaeo tantum 2 ſtamina fertilia huic ſpeciei adtribuunt; cel. Cyrillus vero flores ſtam. 4 perfectis cum rudimento filam. quinti inſtructos ſemper obſeruauit; vid. Eius Comment. de charact. eſſent. pl. p. 43.*)

tomentoſa. 2. B. fol. ſimplicibus cordatis ſubtus tomentoſis, flor. axillaribus paniculatis. *Thunb. iap. p. 252.* M.

ſemperuirens. 3. B. fol. ſimplicibus lanceolatis, caule volubili. (*Caul. fruticoſus, ſcand. Fol. oppoſ. Fl. axillar. ſubpeduncul. Iacq. Coll. III. p. 258.*)

Vnguis. 4. B. fol. coniugatis: cirrho breuiſſimo arcuato tripartito. (Bignonia Vnguis cati *Sp. pl. p. 869. Pluk. alm. t. 163. f. 2.*)

aequinoctialis. 5. B. fol. coniugatis cirrhoſis: foliolis ouato-lanceolatis, pedunc. bifloris, ſiliquis linearibus.

paniculata. 6. B. fol. coniugatis cirrhoſis: foliolis cordato-ouatis, flor. racemoſis, pedunc. trifloris. — *Iacq. amer. pict. p. 91. t. 175.* M. *Calyx duplici limbo: Exteriore plano, amplo, albo, ſubquinquefido; Interiore erecto, anguſto. Corolla purpurea.*

crucigera. 7. B. fol. coniugatis cirrhoſis: foliolis cordatis, caule muricato.

capreolata. 8. B. fol. coniugatis cirrhoſis: foliolis cordato-lanceolatis; fol. imis ſimplicibus. *Pedunculi vniflori, congeſti. Calyces campanulati, integri.*

pubeſcens. 9. B. fol. coniugatis cirrhoſis: foliolis cordato-ouatis ſubtus pubeſcentibus.

triphylla. 10. B. fol. ternatis: foliolis ouatis acuminatis, caule fruticoſo erecto.

pentaphylla. 11. B. fol. digitatis: foliolis integerrimis obouatis.

Leucoxylon. 12. B. fol. digitatis: foliolis integerrimis ouatis acuminatis. (*Cal. 2-labiatus: lab. infer. 2-fidum. Sw.*)

radiata. 13. B. fol. digitatis: foliolis pinnatifidis.

radicans. 14. B. fol. pinnatis: foliolis inciſis, caule geniculis radicatis. (*Quoad folia variat. Schm. l. c. p. 44. t. 42, 43 et 44.*)

ſtans.

ſtans. 15. B. fol. pinnatis: foliolis ſerratis, caule erecto firmo, flor. racemoſis. — *Iacq. amer. pict. p. 91. t. 176.* M.

grandiflora. 16. B. fol. pinnatis: foliolis ouatis acuminatis ſerratis, caule volubili, calyce ſemiquinquefido. *Thunb. iap. p. 253.* M.

chelonoides. 17. B. fol. impari-pinnatis: foliolis ouatis integerrimis acuminatis pubeſcentibus, corollis barbatis ſemipentandris. *Suppl. p. 282.*

ſpathacea. 18. B. fol. impari-pinnatis: foliolis ouatis hirtis, calyce monophyllo ſpathaceo, corolla hypocrateriformi. *Suppl. p. 283.*

peruuiana. 19. B. fol. decompoſitis: foliolis inciſis, caule geniculis cirrhoſis.

indica. 20. B. fol. bipinnatis: foliol. integerrimis ouatis acuminatis.

caerulea. 21. B. foliis bipinnatis: foliol. lanceolatis integris.

760. CITHAREXYLVM. *Cal.* 5-dentatus, campanulatus. *Cor.* infundibuliformi-rotata: laciniis ſupra villoſis, aequalibus. *Bacca* 2-ſperma. ***Sem.*** (*Oſſicula G.*) 2-locularia.

cinereum. 1. C. ramis teretibus, calycibus dentatis. *Iacq. amer. 185. t. 118. — Ed. 2. pict. p. 92. t. 178.* M.

caudatum. 2. C. ramis teretibus, calycibus truncatis.

quadrangulare. 3. C. ramis tetragonis. *Iacq. hort. t. 22. — Eiusd. amer. pict. p. 92.* M.

761. HALLERIA. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 4-fida. *Filamenta* corolla longiora. *Bacca* infera 2-locularis.

lucida. 1. HALLERIA. (*Burm. Pl. afric. p. 244. t. 89. f. 2.*)

762. CRESCENTIA. *Cal.* 2-partitus, aequalis. *Cor.* gibba. *Bacca* pedicellata, 1-locularis, polyſperma. *Semina* 2-locularia.

Cujete. 1. C. foliis cuneato-lanceolatis. — *Iacq. amer. pict. p. 86. t. 167.* M. *Arbor ramis ſimplicibus, longiſſimis, horizontalibus. Fructus figura variat in diſtinctis indiuiduis et magnitudine a pollicari ad pedalem.*

cucurbitina. 2. C. fol. lanceolato-ouatis. *Mant. 250.* Creſcentia foliis oblongo-ouatis, fructu rotundo cortice fragili. *Mill. dict. 2.* Cuiete latifolia, fructu putamine fragili. *Plum. Gen. 23. ic. 109.* Cucurbiti-

fera arbor, ſubrotundis foliis confertis, fructu ouali. *Pluk. alm. 124. t. 171. f. 2.* Arbor cucurbitifera americana, folio ſubrotundo. *Sloan. iam. 206. hiſt. 2. p. 172. Rai. hiſt. 1667.* (*Quoad penultimum ſynonymum et deſcriptionem cfr. Swartz Obſ. p. 234.*)

763. GMELINA. *Calyx* ſub 4-dentatus. *Cor.* 4-fida, campanulata. *Antherae* 2 bipartitae; 2 ſimplices. *Drupa* nucleo 2-loculari. (*Drupa* baccata: putamine 3-loculari, loculo infer. ſterili. *Gaertn.*)

aſiatica. 1. GMELINA. Iambuſa ſylueſtris paruifolia. *Rumph. amb. 1. p. 129. t. 40. Arbor ramis teretibus, ſtrictis. Folia oppoſita, petiolata, ouata, ſubtus tomentoſa, ſaepe vtrinque lobo laterali acutiore breui. Spinae axillares, oppoſitae, horizontales, apice pubeſcentes, longitudine petiolorum. Flores ex apice ramulorum tenellorum, pedunculati.*

764. PETREA. *Cal.* 5-partitus, maximus, coloratus. *Cor.* rotata. *Capſ.* 2-locularis, in fundo calycis. *Sem.* ſolitaria.

volubilis. 1. PETREA. — *Iacq. amer. pict. p. 89. t. 173.* M. *Scandit arbores. Calyces violacei. Corollae caeruleae.*

1316. PREMNA. *Cal.* bilobus. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-locularis. *Sem.* ſolitaria.

integrifolia. 1. P. foliis integerrimis. *Mant.* 252. Cornutia corymboſa. *Burm. ind. 133. t. 41. f. 1.* Folium hirci. *Rumph. amb. 3. p. 28. t. 134.*

ſerratifolia. 2. P. fol. ſerratis. *Mant.* 253. Cornutioides. *Fl. Zeyl. 416.*

765. LANTANA. *Cal.* 4-dentatus obſolete. *Stigma* vncinato-refractum. *Drupa* nucleo 2-loculari. (*Nux* 3-locularis: loculo infimo ſterili. *Schreb.*)

miſta. 1. L. foliis oppoſitis acuminatis, floribus capitatis: inuolucris longitudine florum. Camara lamii albi folio, flore miſto. *Dill. elth. 64. t. 56. f. 64.* Viburnum americanum vrticae foliis. *Comm. hort. 1. p. 151. t. 78.*

trifolia. 2. L. fol. ternis (quaternisue,) ſpicis oblongis imbricatis. (*Swartz obſ. p. 236.*)

annua.

annua. 3. L. fol. oppoſitis, caule inermi herbaceo, ſpicis oblongis. *Mant. 419. Defloratum capitulum elongatur in ſpicam oblongam, Baccis purpuraſcentibus, paleis lineari-lanceolatis interſtinctis.*

Camara. 4. L. fol. oppoſitis, caule inermi ramoſo, flor. capitato-vmbellatis aphyllis. Camara Meliſſae folio, flore variabili. *Dill. elth. 64. t. 56. f. 65. Flores flaui, ſenſim fului euadunt; excluſo ſynonymo Commelini.*

inuolucrata. 5. L. fol. oppoſitis terniſque cuneato-obouatis obtuſis lineatis tomentoſis, capitulis ſquarroſis. *Bracteae inter floſculos ouatae. Folia rugoſiſſima, tomentoſa.* (*Fol. rhombeo-ouata Ait. Kew. 2. p. 351.*)

odorata. 6. L. fol. oppoſitis terniſque lanceolato-ellipticis, caule inermi. Lantana aromatica, fol. ternis oppoſitiſque ſubſeſſilibus, capitulis conicis in vmbellam coactis. *Roy. mſſ.* Viburnum Saluiae folio, floribus albis. *Herm. prod. 384. Bracteae lanceolatae. Folia rugoſiſſima, ſubtomentoſa.* (*Bract. lanceol., pedunc. folio breuioribus Aiton.*)

aculeata. 7. L. fol. oppoſitis, caule aculeato ramoſo, ſpicis hemiſphaericis. *Mant. 419.* (*Bract. lineari-cuneiformes Aiton.*)

ſaluifolia. 8. L. fol. oppoſitis ſeſſilibus, floribus racemoſis. *Mant. 419. Stipulae 2, ſubouatae. Folia lanceolata, rugoſa, venoſa, tomentoſa. Thyrſus terminalis. Corollae etiam tomentoſae. Fructus ignotus. Genus dubium, ob ſtipulas, quae non in reliquis etc.*

africana. 9. L. fol. alternis ſeſſilibus, flor. ſolitariis. *Fructum perfecit Lipſiae in Horto Ludwigiano, cui Calyx 5-partitus, ſubulatis laciniis, perſiſtens. Drupa inſipida, globoſa, ſubacuminata, ſulco bipartita. Nucleus globoſus, bilocularis, obſeruante D. Schreber.* (Spielmannia Iasminum *Medicus in Act. palat. III. phyſ. p. 196. t. 15. Ob* Stam. 4, *aequalia*, Cor. *fauc. villis clauſam*, Nucem *2-locular. diſſepimento in duo hemiſphaeria ſeparatam.* M.)

766. CORNVTIA. *Cal.* 5-dentatus. *Stamina* corolla longiora. *Stylus* longiſſimus. *Bacca* monoſperma.

pyramidata. 1. CORNVTIA. *Rami 4 quetri. Folia elliptico-ouata, integerrima.*

767. LOESELIA. *Cal* 4-fidus. *Cor.* laciniis omnibus ſecundis. *Stam.* petalo aduerſa. *Capſula* 3-locularis.

ciliata. 1. LOESELIA.

768. CAPRARIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, 5-fida, acuta. *Capſ.* 2-valuis, 2-locularis, polyſperma.

biflora. 1. C. foliis alternis, floribus geminis. — *Iacq. amer. pict. p. 90. t. 174.* M.

durantifolia. 2. C. fol. ternis dentatis, pedunculis ſolitariis, ramis alternis. (Stemodia *durantifolia*, fol. ternatis, connatisque, floribus ſubternis ſubſeſſilibus. *Swartz obſ. p. 240. Cor. 2-labiata. Capſ. 4-valuis. S.*)

cruſtacea. 3. C. repens, fol. oppoſitis ouatis ſubpetiolatis crenatis. *Mant. 87. Burm. ind. 133. An Linderniae ſpecies?*

lanceolata. 4. C. fol. oppoſitis lanceolatis, corymbo terminali compoſito. *Suppl. p. 284.*

vndulata. 5. C. fol. alternis ouatis vndulatis, racemis ſecundis. *Suppl. p. 284.* (*L'Herit. Sert. angl. t. 25.*)

1315. LINDERNIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ringens labio ſuperiore breuiſſimo. *Stam.* 2 inferiora dente terminali antheraque ſublaterali. *Capſ.* 1-locularis.

pyxidaria. 1. L. foliis oualibus (M.) integerrimis ſeſſilibus, pedunculis ſolitariis. Lindernia. *Allion. aliqu. 178. t. 5.* Pyxidaria repens annua, floſculis monopetalis vnilabiatis. *Lindern. alſat. 1. p. 152. t. 1. et 2. p. 267.* Capraria gratioloides. *Sp. plant. 876. E Virginia migrauit in Europam. Flores dilute purpurei.* (*Schkuhr bot. Hanb. 2. p. 202. t. 175, qui, ſe nullos dentes in ſtaminibus infer. vidiſſe, affirmat.*)

iaponica. 2. L. fol. obouatis dentatis, infimis petiolatis. *Thunb. iap. p. 253.* M.

769. SELAGO. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* tubus capillaris; limbus ſubaequalis. *Sem.* 1. ſ. 2.

corymboſa. 1. S. corymbo multiplici, floribus disiunctis, foliis filiformibus faſciculatis. *Fructus diſpermus dicitur.*

polyſtachia. 2. S. corymbo ſpicis faſciculatis, fol. filiformibus aggregatis. *Mant. 250.* Valeriana africana fruticans,

cans. Ericae folio. *Comm. hort. 2. t. 221. t. 111?* *Fructus bipartibilis.*

rapunculoides. 3. S. ſpicis corymboſis, foliis dentatis. *Corollae limbus 4-partitus: laciniis 2 exterioribus maioribus.*

ſpuria. 4. S. ſpicis corymboſis, fol. linearibus denticulatis. *Folia Hebenſtreitiae dentatae.*

faſciculata. 5. S. corymbo multiplici, fol. obouatis glabris ſerratis. *Mant. 250.* (*Caul. adſcendentes, fruticoſi. Rami foliis ad lentem laeuiſſime ciliatis vndique obtecti: Iacq. Coll. III. p. 246.*)

coccinea. 6. S. ſpicis corymboſis, fol. inferioribus linearibus integerrimis, ſuperioribus lanceolato-ſubulatis ſubdentatis. (*Fol.* inferiora *ſemiteretia videſcentia*, media *magis complanata longiora purpuraſcentia*, ſuperiora *concaua cauli adpreſſa coccinea Roth. bot. Abhandl. p. 57.*)

capitata. 7. S. capitulo terminali, fol. faſciculatis linearibus carnoſis glabris. *Mant. 568.*

fruticoſa. 8. S. capitulis ſubrotundis terminalibus, fol. ſparſis linearibus obtuſis integerrimis, caule fruticoſo. *Mant. 87.*

diuaricata. 9. S. capitulis terminalibus, fol. filiformi-linearibus faſciculatis glabris. *Suppl. p. 284.*

caneſcens. 10. S. ſpicis terminalibus, fol. filiformibus faſciculatis glabris. *Suppl. p. 284.*

geniculata. 11. S. ſpicis terminalibus, fol. linearibus faſciculatis glabris margine reflexo. *Suppl. p. 284.*

triquetra. 12. S. ſpicis terminalibus, fol. triquetris imbricatis recuruato reflexis glabris. *Suppl. p. 284.*

hiſpida. 13. S. ſpicis terminalibus, fol. linearibus ſparſis reflexis hiſpidis. *Suppl. p. 284.*

poligaloides. 14. S. ſpicis terminalibus, bracteis calycibusque carinatis, laminibus ſcabris. *Quid hoc?* M., fol. linearibus glabris margine reflexo. *Suppl. p. 284.*

cinerea. 15. S. corymbo compoſito, fol. linearibus faſciculatis glabris margine reflexo. *Suppl. p. 285.*

rotundifolia. 16. S. corymbo compoſito, fol. ouatis glabris obtuſis. *Suppl. p. 285.*

ciliata. 17. S. flor. ſpicatis, foliis ouatis ciliatis acutis. *Suppl. p. 285.*

verbenacea. 18. S. ſpicis faſciculatis, fol. oblongis glabris, caule tetragono rectangulo. *Suppl. p. 285.*

hirta. 19. S. hirta, ſpicis longiſſimis, fol. obouatis. *Suppl. p. 285.* (*Cfr. Gaertn. de fr. I. p. 258.*)

1264.

1264. MANVLEA. *Cal.* 5-partitus. *Coroll.* limbo 5-partito, ſubulato: laciniis ſuperioribus — magis connexis. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.

Cheiranthus. 1. M. foliis nudis, caulibus ſubaphyllis, pedicellis alternis vnifloris. Manulea fol. nudiuſculis, racemo longo ſimplici. *Mant. 88.* Lobelia Cheiranthus. *Sp pl. 1319.*

tomentoſa. 2. M. fol. tomentoſis, caul. folioſis, pedunc. multifloris. *Mant. 420.* Selago tomentoſa. *Sp. pl. 877. Flores huius minus irregulares, triſtes.* Selago lychnidea *huic videtur affinis; an congener? (Fol. oppoſita obouata. Cal. pilis craſſis muricatus. Iacq. Coll. IV. p. 115. Icon pl. rar.)*

microphylla. 3. M. fol. ouatis faſciculatis glabris integris. *Suppl. p. 285.*

integrifolia. 4. M. fol. ouatis ſparſis glabris integris. *Suppl. p. 285.*

heterophylla. 5. M. fol. linearibus ſparſis villoſis integris dentatisue. *Suppl. p. 285.*

caerulea. 6. M. fol. linearibus oppoſitis tomentoſis dentatis, floribus racemoſis. *Suppl. p. 285.*

cuneifolia. 7. M. fol. elliptice ouatis glabris dentatis, ſpicis oblongis. *Suppl. p. 285.*

capillaris. 8. M. fol. caulinis obouatis glabris dentatis, ramis linearibus, ſpicis ouatis. *Suppl. p. 285.*

Plantaginis. 9. M. fol. ouatis ſubdentatis integriſque glabris, capitulis ouatis, ramis diffuſis. *Suppl. p. 285.*

capitata. 10. M. fol. ouatis ſerratis villoſis, capitatis globoſis, ramis diffuſis. *Suppl. p. 286.*

antirrhinoides. 11. M. fol. ouatis dentatis glabris, floribus alternis. *Suppl. p. 286.*

thyrſiflora. 12. M. fol. obouatis tomentoſis dentatis, corymbo terminali elongato compoſito. *Suppl. p. 285.*

corymboſa. 13. M. fol. oblongis dentatis glabris, corymbo faſtigiato. *Suppl. p. 286.*

altiſſima. 14. M. fol. lanceolatis ſubdentatis villoſis, ſpica ouata. *Suppl. p. 286.*

rubra. 15. M. fol. lanceolatis villoſis ſerratis, flor. racemoſis remotis. *Suppl. p. 286.*

argentea. 16. M. fol. obouatis cuneiformibus ſerratis argenteo-punctatis, flor. axillaribus. *Suppl. p. 286.*

pinnatifida. 17. M. fol. ouatis inciſo-pinnatifidis: pinnis dentatis. *Suppl. p. 286.*

770.

770. HEBENSTREITIA. *Cal.* 2-emarginatus, ſubtus fiſſus. *Cor.* 1-labiata: lab. adſcendente, 4 fido. *Stamina* margini limbi corollae inſerta. *Capſ.* 2-ſperma.

dentata. 1. H. foliis linearibus dentatis, ſpicis laeuibus. *Burm. afric. 109. t. 41. f. 1. Berg. cap. 153. Caulis erectus, pedalis, ad radicem et ſub ſpica Ramis ſimplicibus, adſcendentibus. Folia alternato-ſparſa, linearia, ſubhiſpida, ſubdentata, erecta, ex ſingulis alis copioſis foliolis ſubrameſcentibus. Spica terminalis, ſeſſilis, oblonga, inferne ſterilis; bracteis laeuibus, ſubulatis in ordines 10 longitudinales imbricatis, vnifloris; Spica enim conſtructa eſt ex verticillis 5-floris, ſed alternis. Corolla alba, fauce dorſali rubra, ſingularis ſtaminibus ipſo margine fiſſurae impoſitis; inferioribus recuruatis. Flores mane inodori, meridie foetidi, nauſeoſi, veſperi ambroſiaci, vti flores triſtes dicti ſ. Hyacinthi orientalis. H. U.*

integrifolia. 2. H. fol. linearibus integerrimis. *Nimis praecedenti affinis.*

cordata. 3. H. fol. ſubcarnoſis cordatis ſeſſilibus. *Mant. 420.*

erinoides. 4. H. fol. oblongis ſerratis piloſis, bracteis integris hiſpidis. *Suppl. p. 286.*

fruticoſa. 5. H. fol. lanceolatis dentatis glabris, bracteis integris, caule fruticoſo. *Suppl. p. 287.*

771. ERINVS. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* limbus 5-fidus, aequalis: lobis emarginatis; Lab. ſup. breuiſſimo reflexo. *Capſ.* 2-locularis.

alpinus. 1. E. floribus racemoſis, fol. ſpathulatis. *Folia radicalia in caeſpitem congeſta, omnia linearia ſpathulata, pubeſcentia apice vtrinque ſerraturis aliquot. Caules plures, ſimpliciſſimi, palmares, teretes, pubeſcentes, erecti, foliis alternis remotis; laterales caules ſteriles, decumbentes. Racemus terminalis, ſimplex, erectus, longitudine caulis. Flores alterni, diſtincti foliis ſimilibus minoribus. Calyx campanulatus, 5-partitus, perſiſtens laciniis oblongis, erectis. Corolla infundib. Tubus reflexus. Limbus aequalis aeſtiuatione irregularis laciniis obcordatis, oblongis, aequalibus. Stamina 4 intra tubum. Germen ſubrotundum. Stylus*

lus breuiſſimus. Stigma capitatum auriculis 2 ſubrotundis oppoſitis.

africanus. 2. E. flor. lateralibus ſeſſilibus, fol. lanceolatis ſubdentatis.

peruuianus. 3. E. fol. lanceolato-ouatis ſerratis.

maritimus. 4. E. fol. lanceolatis integerrimis glabris, limbi laciniis ſemibifidis. *Suppl. p. 287.*

Lychnidea. 5. E. fol lanceolatis ſerratis, limbi laciniis ſemibifidis. *Suppl. p. 287.* Selago Lychnidea. *Syſt. ed. 13. p. 476.* (Erinus *fragrans*, fol. lanceolato-oblongis dentatis, limbi laciniis integris *Ait. Kew. 2. p. 357. b. Auctor huc allegauit* Selago Lychnidea *Sp. pl. p. 877, dicit enim* Erinus Lychnidea *Suppl. eſt* Erinus capenſis *Lin., patr., Mant. 252.*)

triſtis. 6. E. fol. oblongis inciſis dentatis, limbi laciniis emarginatis. *Suppl. p. 287.*

laciniatus. 7. E. fol. laciniatis.

772. BüCHNERA. *Cal.* 5-dentatus obſolete. *Corollae* limbus 5-fidus, aequalis: lobis cordatis. *Capſ.* 2-locularis.

americana. 1. B. foliis dentatis lanceolatis trineruiis. *Spica floribus remotis. Caulis vix ramoſus. Stamina 2 in fauce; 2 in medio tubi. Herba exſiccatione atra euadit.*

cernua. 2. B. fol. cuneatis quinquedentatis glabris, flor. ſpicatis, caule fruticoſo. *Mant. 251.*

cuneifolia. 3. B. fol. cuneiformibus glabris apice ſeptemdentatis. *Suppl. p. 288.*

cordifolia. 4. B. caule tetragono, fol. oppoſitis cordatis trineruiis ſerratis, racemis terminalibus, ſubſpicatis. *Suppl. p. 287.*

grandiflora. 5. B. ſcabra, fol. oppoſitis ſeſſilibus oblongis integris, pedunculis axillaribus vnifloris diphyllis, calyce infundibuliformi. *Suppl. p. 287.*

aethiopica. 6. B. fol. tridentatis, flor. pedunculatis, caule fruticoſo. *Mant. 251.*

capenſis. 7. B. fol. dentatis linearibus, calyc. pubeſcentibus. *Mant. 88. Affinis Rhinantho africano.*

aſiatica. 8. B. fol. integerrimis linearibus, calycibus ſcabris. *Corolla limbo bifido: lacinia altera erectiuſcula trifida; altera patente late cordata.* (*Folia ſquamoſa Vahl Symb. III. p. 81.*)

pinnatifida. 9. B. fol. pinnatifidis glabris. *Suppl. p. 288.*

773.

773. BROWALLIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* limbus 5-fidus, aequalis, patens: vmbilico clauſo Antheris 2, maioribus. *Capſ.* 1-(2-) locularis.

demiſſa. 1. B. pedunculis vnifloris. (*Meerburg Pl. rar. t. 15.*)
elata. 2. B. pedunc. vnifloris multiflorisque. (*Curt. bot. Mag. t. 34. Antecedente duplo maior rigida. Rami infer. longitudine ipſius caulis Meerb. l. c. t. 14.*)
alienata? 3. B. foliis ſuperioribus oppoſitis, ſtaminibus duobus longitudine corollae. † *Mill. ic. 68. Hanc non vidi, tantum ex figura Milleri aſſumſi, ideoque in Speciebus omiſi, et Millerus ipſe in Dictionario vltimo.*

774. LINNAEA. *Cal.* duplex: fructus 2-phyllus; floris 5-partitus, ſuperus. *Corolla* campanulata. *Bacca* ſicca, trilocularis.

borealis. 1. LINNAEA. *Fl. dan. t. 3. Act. nidroſ. 4. t. 4. f. 6.* (*Cal. fructus 4 phyllus: foliol. 2 minoribus. magis acutis, rubellis. Schkuhr in bot. Annal. St. 12. p. 12. t. 1.*)

775. SIBTHORPIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-partita, aequalis. *Stam.* paribus remotis. *Capſ.* compreſſa, orbicularis, 2-locularis: diſſepimento transuerſo.

europaea. 1. S. foliis reniformi-ſubpeltatis crenatis. *Mant. 421.*
euoluulacea. 2. S. fol. vniformibus integerrimis. *Suppl. p. 288.* (*Eſt* Dichondra repens *Forſt. gen. p. 20; etiam ad* Pentandriam Digyniam *pertinet. Characterem generis eſſentialem cel. Smith ita ſiſtit:* Cal. 5-*phyllus.* Cor. *rotata infera.* Capſ. *dicocca. Sm. Pl. icon. ineditae. 1. t. 8.*)

776. LIMOSELLA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida, aequalis. *Stam.* per paria approximata. *Capſula* 1-locularis, 2-valuis, polyſperma.

aquatica. 1. L. foliis lanceolatis. *Fl. dan. t. 69.* (*Filam. longitudine potius aequalia, anth. ſubrotundae nigrae. villo cum ſtigmate globoſo coniunctae, dein per paria ſe remouent.*)
diandra. 2. L. fol. ſublinearibus. *Mant. 252.*

1265. VANDELLIA. *Cal.* ſub 4-fidus. *Cor.* ringens. *Filamenta* 2 exteriora e diſco labii corollae. *Anth.* connexae. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

diffuſa. 1. VANDELLIA. *Mant. 89.*

777. STEMODIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata. *Stam.* 4: filamentis ſingulis bifidis diantheris. *Capſ.* bilocularis.

maritima. 1. STEMODIA. — *Iacq. amer. pict. p. 90. t. 261. f. 48.* M. (St. *maritima*, fol. oppoſitis ſemiamplexicaulib., flor. ſeſſilibus ſolitariis. *Swartz obſ. p. 242. Capſ. 2-valuis.*)

778. OBOLARIA. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 4 fida, campanulata. *Capſ.* 1-locularis, 2-valuis, polyſperma. *Stamina* ex diuiſuris corollae.

virginica. 1. OBOLARIA. *Folia ſuprema extus purpurea. Flores pallide rubentes. Orobanchis affinis.*

779. OROBANCHE. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* ringens. *Capſula* 1-locularis, 2-valuis, polyſperma. *Glandula* ſub baſi germinis.

laeuis. 1. O. caule ſimpliciſſimo laeui, ſtaminibus exſertis. Orobanche caule ſimplici, ſtipulis ternatis, calyce 5-fido. *Hall. hiſt. n. 294. An ab hac* Orobanche purpurea. *Iacq. Fl. auſtr. t. 276.* caule ſimpliciſſimo pubeſcente, ſtaminibus incluſis *in Litt. definita, tam differt, vt diuerſa ſpecies cenſeretur?* M.

maior. 2. O. caule ſimpliciſſimo pubeſcente, ſtaminibus ſubexſertis. Orobanche caule ſimplici. ſtipula vnica, calyce 4-fido. *Hall. hiſt. n. 295. (Bractea vnica cal. maior, et in* O. laeui *bract. ad quemuis flor. 3. Roth. germ. 2. p. 78.*)

americana. 3. O. caule ſimpliciſſimo foliis imbricato, corollis recuruatis, ſtaminibus exſertis. *Mant. 88*

cernua. 4. O. caule ſimpliciſſimo, corollis recuruatis, bracteis ouatis corolla breuioribus, caule nudiuſculo.

purpurea. 5. O. caule ſimplici ramoſoque, corollis quadrifidis, ſtaminibus calcaratis. *Suppl. p. 288.*

ramoſa. 6. O. caule ramoſo, corollis quinquefidis. (*Cal. 4-dentatus: dentibus 2 ſuperiorib. diſtantibus. Sow. engl. bot. t. 184.*)

virgi-

virginiana. 7. O. caule ramoſo, corollis quadridentatis.
vniflora. 8. O. caule vnifloro, calyce nudo. *Vagina ſpathacea. Flos pallide caeruleus, cernuus.*
Aeginetia. 9. O. caule vnifloro, flore ſubſpathaceo.

1317. HYOBANCHE. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* ringens labio inferiore nullo. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.
ſanguinea. 1. HYOBANCHE. *Mant.* 253. Orobanche mauritanica, flore purpureo. *Pet. gaz. t.* 37. *f.* 4. Orobanches ſpecies aethiopica. *Pluk. mant.* 142.

780. DODARTIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* labium inf. duplo longius. *Capſ.* 2-locularis, globoſa.
orientalis. 1. D. foliis linearibus integerrimis glabris. *Radix repens. Flores alterni, racemoſi, ſubſeſſiles, atro-purpurei.*
indica. 2. D. fol. ouatis ſerratis villoſis.

781. LIPPIA. *Cal.* 4-dentatus, ſubrotundus, erectus, compreſſo-membranaceus. *Capſ.* 1-locularis, 2-valuis, 2-ſperma, recta. *Sem.* 1, biloculare. *)
americana. 1. L. capitulis pyramidatis.
hemiſphaerica. 2. L. capitulis hemiſphaericis. *Iacq. amer.* 176. *t.* 179. *f.* 100. *Mant.* 89.
ouata. 3. L. capitulis ouatis, fol. linearibus integerrimis. *Mant.* 89. *Burm. prodr.* 17. *Genus vlterius inquirendum in hac ſpecie.* (Selago *ouata*, ſpicis ſtrobilinis ouatis terminalibus, fol. ſparſis linearibus, caule fruticoſo *L'Her. Stirp. nov.* 2. *t.* 133. *Cfr. quoque Curt. bot. Mag. p.* 186.)
hirſuta. 4. L. hirſuta, fol. oblongis ſatis rugoſis ſerratis ſubtus tomentoſis, paniculis axillaribus: capitulis ouatis. *Suppl. p.* 288.

782. SESAMVM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, 5-fida: lobo infimo maiore. *Rudimentum* Filamenti 5-ti. *Stigma* lanceolatum. *Capſ.* 4-locularis.
orientale. 1. S. foliis ouato-oblongis integris.
indicum. 2. S. fol. inferioribus trifidis.

*) Cal. *4-dentatus per maturitatem 2-valuis.* Cor. *infundibuliformis 4-fida.* Sem. 2 *oſſea, calyce corticata.* GAERTN. de fr. I. p. 266. t. 56. *An cum hocce genere ſaltem ob fructus coniungendae:* Verbena mexicana et nodiflora *L.? Cfr. Gaertn. l. c. p.* 265 *et* 267.)

783. MIMVLVS. *Cal.* 4-dentatus, priſmaticus. *Cor.* ringens: labio ſuperiore lateralibus replicato. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.

ringens. 1. M. erectus, foliis oblongis linearibus ſeſſilibus.
luteus. 2. M. repens, fol. ouatis.

784. RVELLIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ſubcampanulata. *Stamina* per paria approximata. *Capſ.* dentibus elaſticis diſſiliens. (*Sem.* 3-4. G.)

Blechum. 1. R. foliis ouatis integerrimis, ſpicis ouatis: bracteis interioribus geminis, floribus binis ſeſſilibus. (*Cfr. Swartz Obſ. bot. p.* 243 *et* 244.)
ſtrepens. 2. R. fol. petiolatis, pedunculis trifloris breuibus. *Mant.* 422. (*Cfr. Gaertn. de fr. I. p.* 254.)
patula. 3. R. fruticoſa villoſa viſcoſa, fol. ouatis integerrimis, flor. axillaribus aggregatis. *Iacq. in Litt. Miſc. vol.* 2. *p.* 358. *Icon. rar. t.* 41. M.
clandeſtina. 4. R. fol. petiolatis, pedunc. longis ſubdiuiſis nudis.
paniculata. 5. R. fol. integerrimis, pedunc. dichotomis lateralibus, calyc. ſeſſilibus: lacinia ſuprema maiore. (*Tota planta ſubuiſcoſa et odore fere Camphorae. Swartz.*)
tuberoſa. 6. R. fol. ouatis crenatis, pedunculis vnifloris. (*Caul. ſimplex, pedunc. 3-partiti, rarius ſimplices. Sw.*)
tentaculata. 7. R. fol. obouatis, verticillis obuallatis ſpinis inermibus bifurcatis. Euphraſia acinos. *Pluk. phyt.* 279. *f.* 7.
ciliaris. 8. R. fol. dentatis ciliatis, flor. oppoſitis. *Mant.* 89. Ruellia perſica. *Burm. ind.* 135. *t.* 42. *f.* 1. (Acanthus *edulis*, fol. quaternis lineari-lanceolatis dentato-ſpinuloſis, caule fruticuloſo. *Vahl. Symb. I. p.* 48.)
biflora. 9. R. flor. geminis ſubſeſſilibus.
criſpa. 10. R. fol. ſubcrenatis lanceolato-ouatis, capitulis ouatis folioſis hiſpidis, caule repente. *Caules repentes.*
repanda. 11. R. fol. lanceolatis obtuſe dentatis petiolatis, caule repente. *Burm. ind. t.* 40. *f.* 2.
ringens. 12. R. fol. oblongis integerrimis. flor. ſolitariis ſeſſilibus, caule procumbente. *Folia lanceolata obtuſiuſcula. Bracteae 2, ſeſſiles, calyce breuiores.* Ruellia Vpudali *Vogel Suppl. pl. ſel. p.* 62. *t.* 110.

Cor.

Cor. *ſubaequalis, vix ringens.* Stigm. *2-fidum.* Caul. *4-gonus.* Fol. *ouata, tomentoſa.* V.)

antipoda. 13. R. fol. mucronato-ſerratis, caule repente, flor. ſubſpicatis terminalibus quinis ternisue. *Mant.* 422.

repens. 14. R. fol. lanceolatis acuminatis integerrimis, flor. ſeſſilibus, bracteis petiolatis calyce longioribus, caule repente. *Mant.* 89. *Burm. ind.* 135. *t.* 41. *f.* 1.

littoralis. 15. R. fruticoſa, cana, fol. cuneiformibus ſerratis retuſis glabris, flor. axillaribus ſolitariis ſubſeſſilibus. *Suppl. p.* 289.

difformis. 16. R. diffuſa hirſuta, fol. linearibus dentato-ſinuatis integris, flor. verticillatis axillaribus. *Suppl. p.* 289.

balſamica. 17. R. erecta glabra, fol. petiolatis lanceolatis ſerratis, verticillis ſeſſilibus. *Suppl. p.* 289.

uliginoſa. 18. R. diffuſa hirſuta, fol. ſeſſilibus oblongis integris, ſpicis terminalibus tetragonis. *Suppl p.* 290.

piloſa. 19. R. fol. oppoſitis ouatis integris ciliatis, flor. terminalibus ſolitariis. *Suppl. p.* 290.

depreſſa. 20. R. fol. oppoſitis petiolatis obouatis integris, caule arcte depreſſo. *Suppl. p.* 290.

iaponica. 21. R. fol. ellipticis, flor. ſpicatis, bracteis oblongis obtuſis. *Thunb. iap. p.* 255. M.

785. BARLERIA. *Cal.* 4-partitus. *Stamina* 2, longe minora. *Capſ.* 4-angularis, 2-valuis, elaſtica absque vnguibus. *Sem.* 2.

longifolia. 1. B. ſpinis verticillorum ſenis, foliis enſiformibus longiſſimis ſcabris. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 11. *t.* 27. *f.* 5. *Spinae caulis vtrinque 3, longitudine verticillorum.*

ſolanifolia. 2. B. ſpinis axillaribus, fol. lanceolatis denticulatis †. Barleria ſpinis axillaribus, fol. lanceolatis integerrimis, flor. verticillatis ſeſſilibus. *Mill. dict.* 3. *Folia integerrima. Mill.*

Hyſtrix. 3. B. ſpinis axillaribus geminis ſimplicibus, fol. integerrimis lanceolato-ouatis. *Royen. Mant.* 89.

Prionitis. 4. B. ſpinis axillaribus pedatis quaternis, fol. integerrimis lanceolato-ouatis. *Spinae pedatae, quaternae. Caulis teres. Folia ſubtus pubeſcentia. Excluſis ſynonymis Seb. Pluk. Rumph. quae praecedentis.*

buxifolia. 5. B. ſpinis axillaribus oppoſitis ſolitariis, fol. ſubrotundis integerrimis.

noctiflora. 6. B. ſpinis axillaribus ramoſis, fol. lanceolatis integerrimis cuſpidatis, bracteis ouatis ſcarioſis, tubo elongato. *Suppl. p. 290.* (*Spinae intrafoliaceae. Bract. margine ciliato-ſpinuloſae Vahl. Symb. I. p. 47.*)

criſtata. 7. B. fol. oblongis integerrimis, calycis foliolis duobus latioribus ciliatis, duobusque linearibus acutis.

coccinea. 8. B. inermis, fol. ouatis denticulatis petiolatis.

pungens. 9. B. inermis, fol. ouatis acutis pungentibus, bracteis ciliatis. *Suppl. p. 290.*

longiflora. 10. B. inermis, fol. ouatis ſericeis, bracteis cordatis ſcarioſis, corollis longiſſimis. *Suppl. p. 290.* (*Bract. reticulatae, erectae. Cal. 5-partitus. Vahl. l. c. t. 16.*)

786. DVRANTA. *Calyx* 5-fidus, ſuperus. *Bacca* 4-ſperma. *Sem.* 2-locularia.

Plumieri. 1. D. calycibus fructeſcentibus contortis. — *Iacq. amer. pict. p. 92. t. 261. f. 53. quoad fructum.* M.

Elliſia. 2. D. calyc. fructeſcentibus erectis. — *Iacq. hort. v. 3. t. 99. — amer. pict. p. 92. t. 179.* M. (D. Plumieri *et* Elliſia *ambas ob characteres haud conſtantes coniunctas vult Swartzius obſ. p. 247.*)

Mutiſii. 3. D. foliis ellipticis integerrimis. *Suppl. p. 291.*

787. OVIEDA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* tubus ſubcylindricus, ſuperus, longiſſimus: *Limbo* 3-lobo M. *Bacca* globoſa, 2-ſperma.

ſpinoſa. 1. O. foliis oualibus dentatis.

mitis. 2. O. fol. lanceolatis ſubrepandis. *Burm. ind. t. 40. f. 1. Folia longiſſima. Corollae tubus longiſſimus.*

1406. MILLINGTONIA. *Calycis margo* 5-dentatus, reflexus. *Cor.* longiſſima: *Limbo* 4-fido. *Antherae* bipartitae, vaginantes. *Fructus* — — Siliqua? *Suppl. p. 45.*

hortenſis. 1. MILLINGTONIA. *Suppl. p. 291.*

788. VOLKAMERIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* laciniis ſecundis. *Bacca* 2-ſperma. *Semina* (*Oſſicula G.*) 2-locularia.

aculeata. 1. V. ſpinis petiolorum rudimentis. — *Iacq. amer. pict. p. 91. t. 177.* M.

inermis.

inermis. 2. V. ramis inermibus. Iasmini flore, frutex philippenſis, foliis floribusque fere ternis. *Pet. Gaz. t. 42. f. 7.* Nir-notſüt. *Rheed. mal. 5. p. 97. t. 49. E. Burm.* (*Tota glabra. Fol. ouata in acumen obtuſum producta. Iacq. Coll. V. t. 4. f. 1.*)

ſerrata. 3. V. fol. lato-lanceolatis ſerratis ſeſſilibus. *Mant. 90.*

ſcandens. 4. V. fol. petiolatis cordatis ouatis integerrimis, panicula corymboſa terminali: ramulis dichotomis. *Suppl. p. 292.*

iaponica. 5. V. inermis, fol. cordatis ouatis acutis dentatis, racemis ſecundis. *Thunb. iap. p. 255.* M.

789. CLERODENDRVM. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Cor.* tubo filiformi; limbo 5-partito, aequali. *Stamina* longiſſima, intra lacinias maxime hiantes. *Bacca* 1-ſperma. (*Bacca*, 1-locularis, 4-pyrena. *Oſſicula* 1-locularia. *Gaertn.*)

infortunatum. 1. C. foliis cordatis tomentoſis. Petaſites agreſtis. *Rumph. amb. 4. p. 108. t. 49.*

fortunatum. 2. C. fol. lanceolatis integerrimis.

Phlomidis. 3. C. fol. ouatis ſerratis canis. *Suppl. p. 292.* (pedunc. axillaribus ſubtrifloris. *Vahl. Symb. 2. p. 74.*)

calamitoſum. 4. C. fol. oualibus ſubdentatis nudis. *Mant. 90.* Volkameria alternifolia. *Burm. ind. 137. t. 44.*

paniculatum. 5. C. fol. lobatis ſerratis, panicula ampliſſima. *Mant. 90.* Volkameria multiflora. *Burm. ind. 137. t. 45. f. 1.* (*Paniculae axillae lanatae. Vahl l. c. Secundum quem etiam Synon. Burm. ad nr. 3. pertinet.*)

trichotomum. 6. C. fol. lobatis indiuiſisque lato-ouatis integris, panicula trichotoma. *Thunb. iap. p. 256.* M.

790. VITEX. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* limbus 6-fidus. *Bacca* 4-ſperma.

ouata. 1. V. foliis ſimplicibus ouatis. *Thunb. iap. p. 257.* Vitex *rotundifolia*, foliis ſimplicibus obouatis integerrimis, pedunculis axillaribus ſolitariis vnifloris breuiſſimis. *Suppl. p. 294.* M.

altiſſima. 2. V. fol. ternatis integerrimis, (panicula verticillata M.) ſpicis verticillatis, bacca triſperma. *Suppl. p. 294.*

Agnus caſtus. 3. V. foliis digitatis ſerratis, ſpicis verticillatis, (flor. ſubbilabiato-quinquefidis, reſupinatis *v. Wulf. in Iacq. Coll. III. p. 65.* Drupa *baccata: putamine 4-loculari. Gaertn. de fr. I. p. 270.*)

Leucoxylon. 4. V. fol. digitatis quinatis: foliolis petiolatis oblongis integerrimis, paniculis dichotomis, bacca monoſperma. *Suppl. p. 293.*

trifolia. 5. V. ſol. ternatis quinatisque: foliolis ouatis acutis integerrimis ſubtus caneſcentibus, panicula rachi recta: pedicellis dichotomis. *Suppl. p. 293.* Vitex *trifolia*, foliis ternatis quinatisque integerrimis, paniculis dichotomis. *Syſt. ed. 13. p. 483.*

Negundo. 6. V. fol. quinatis ternatisque ſerratis, flor. racemoſo-paniculatis. *Mill. ic. 275. f. 1. 2.*

pinnata. 7. V. fol. pinnatis integerrimis, paniculis trichotomis. *Burm. ind. 138. t. 43. f. 2.*

791. BONTIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata: labio inferiore 3-partito, reuoluto. *Drupa* ouata, monoſperma, apice obliquo. *Semen* vnicum.

daphnoides. 1. B. foliis alternis, pedunculis vnifloris. — *Iacq. amer. pict. p. 88. t. 161. f. 57. quoad florem et fructum.* M.

1237. AVICENNIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* bilabiata: lab. ſuperiore quadrato. *Capſ.* coriacea, rhomboidea, 1-ſperma.

tomentoſa. 1. A. foliis cordato-ouatis ſubtus tomentoſis. *Gen. plant. p. 579. Loefl. 193. Iacq. hiſt. 178. t. 112. f. 2. — Amer. pict. 88. t. 161. f. 46. quoad folium.* M. Bontia germinans. *Sp. pl. 891.*

nitida. 2. A. fol. lanceolatis vtrinque nitidis. *Gen. plant. 579. Iacq. hiſt. 178. t. 112. f. 1. — Amer. pict. p. 88. t. 169.* M.

792. COLVMNEA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* lab. ſup. fornicatum, integrum; ſupra baſin gibba. *Antherae* connexae. *Capſ.* 2-locularis.

ſcandens. 1. C. corollis hirſutiſſimis. — *Iacq. hort. v. 3. t. 48. Amer. pict. p. 88. t. 170.* M. (Cor. *ringens: lab. ſup. 3-partito; lacinia intermedia magna integra ſupra baſin gibba.* Capſ. *1-locularis.* Sem. *nidulantia Swartz obſ. p. 248-250.*)

longifolia. 2. C. foliis lanceolatis longiſſimis ſubſerratis glabris. *Mant. 90. Generis certe Achimenes Brownii, an Columneae?* (Achimenes ſeſamoides. — Capſ. *2-locular.* Cor. *ſubregularis limbo plano 4-fido.* Anth. *connexae Vahl. Symb. bot. II. p. 71.*)

793.

793. ACANTHVS. *Cal.* bifol. 2-fidus. *Cor.* 1-labiata, deflexa, 3-fida. *Capſula* 2-locularis.

mollis. 1. A. foliis ſinuatis inermibus. (*Capſ. diſſepimentum in hoc genere vti in* Iuſticia, Ruellia, Barleria *vncis eſt inſtructum, quo ſemina retineantur.* Cfr. *Gaertn. de fr. t. 54. Haecce ſpecies nonnunquam ſterilis remanet, ſuperſluis foliis vero priuata certe florebit.*)

carduifolius. 2. A. fol. ſerrato-dentatis ſpinoſis, ſpica florum radicali. *Suppl. p. 294.*

ſpinoſus. 3. A. fol. pinnatis ſpinoſis.

Dioſcoridis. 4. A. fol. lanceolatis integerrimis margine ſpinoſis. †

ilicifolius. 5. A. fol. repandis dentato-ſpinoſis, caule fruticoſo aculeato.

integrifolius. 6. A. fol. oblongis integris, caule herbaceo procumbente. *Suppl. p. 294.*

procumbens. 7. A. fol. oblongis ſerrato-ciliatis, caule procumbente fruticoſo. *Suppl. p. 294.*

furcatus. 8. A. fol. oblongis dentato-ſpinoſis, caule fruticoſo, bracteis ſpina trifurcata terminatis. *Suppl. p. 295.*

capenſis. 9. A. fol. oblongis dentatis ſpinoſis, caule fruticoſo erecto, bracteis ſpina ſimplici terminatis. *Suppl. p. 295.*

maderaſpatenſis. 10. A. fol. quaternis, flor. axillaribus, calycibus ciliatis. Acanthus ciliaris. *Burm. ind. 139. t. 42. f. 2.* Melampyro affinis tetraphylla gangetica, floribus inter folia ſparſis. *Pluk. phyt. t. 99. f. 3. Caulis herbaceus, dichotomus. Folia quaterna, elliptica, mutica. Calyx exterior imbricatus: foliolis obouato-cuneatis, ciliatis, 4 parium. Interior 4-phyllus: foliolis 2 exterioribus lanceolatis, reliquis longioribus; interioribus 2 minoribus linearibus. Capſula rubra.*

794. PEDALIVM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ſubringens: limbo 5-fido. *Nux* ſuberoſa, tetragona, angulis ſpinoſa, 2-locularis. *Sem.* bina.

Murex. 1. PEDALIVM. *Burm. ind. 139. t. 45. f. 2.* Kakumullu. *Rheed. mal. ſecundum Burm.* (*Drupa etc. Semina arillata Gaertn. l. c. I. p. 276. t. 58.*)

1409. AMASONIA. *Cal.* campanulatus, ſemiquinquefidus. *Cor.* tubuloſa: *limbo* paruo, 5-fido. *Nux* ouata, 1-locularis. *Suppl. p.* 48.

erecta. 1. AMASONIA. *Suppl. p.* 294.

795. MELIANTHVS. *Cal.* 5-phyllus: fol. inferiore gibbo. *Petala* 4; nectario infra infima. *Capſ.* 4-locularis.

maior. 1. M. ſtipulis ſolitariis petiolo adnatis. *Mill. illuſtr. ic.* M. *Succuſſa ſtillat pluuiam nectariferam florens. Venit in Europam 1672. ad Thom. Bartholinum miſſa ab Hermanno.*

minor. 2. M. ſtipulis geminis diſtinctis. (*Cfr. Cyrill. Comm. p.* 44.)

CLAS-

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

SILICVLOSAE.

* *Silicula integra, nec apice emarginata.*

800. DRABA. *Silic.* valuulis planiuſculis. *Stylus* nullus.
809. LVNARIA. *Silic.* valuulis planis pedicellata. *Stylus* exſertus.
799. SVBVLARIA. *Silic.* valuulis ſemiouatis. *Stylus* breuior ſilicula.
796. MYAGRVM. *Silic.* valuulis concauis. *Stylus* perſiſtens.
797. VELLA. *Silic.* valuulis diſſepimento dimidio breuioribus.

** *Silicula emarginata apice.*

804. IBERIS. *Petala* duo exteriora maiora.
805. ALYSSVM. *Filamenta* quaedam latere interiore dente notata. *Silicula* bilocularis.
807. CLYPEOLA. *Silic.* orbiculata: valuulis planis, decidua.
806. PELTARIA. *Silic.* orbiculata, compreſſo-plana, non dehiſcens.
803. COCHLEARIA. *Silic.* cordata: valuulis obtuſis, gibbis.
801. LEPIDIVM. *Silic.* cordata: valuulis acute carinatis.
802. THLASPI. *Silic.* obcordata: valuulis marginato-carinatis.
808. BISCVTELLA. *Silic.* biloba ſupra infraque, margine carinato.
798. ANASTATICA. *Silic.* retuſa: valuulis diſſepimento mucronato longioribus.

SILIQVOSAE.

* *Calyx clauſus foliolis longitudinaliter conniuentibus.*

822. RAPHANVS. *Siliqu.* articulata.
814. ERYSIMVM. *Siliqu.* tetragona.
. . CHAMIRA. *Cal.* baſi cornutus! *Gland.* extra ſtamina breuiora.

815.

815. CHEIRANTHVS. *Siliqu.* germine vtrinque glandula notato.
817. HESPERIS. *Glandulae* intra ſtamina breuiora. *Petala* obliqua.
818. ARABIS. *Glandulae* 4 intra foliola calycina. *Stigma* ſimplex.
820. BRASSICA. *Glandulae* 2 intra ſtamina breuiora; 2 extra ſtamina longiora.
819. TVRRITIS. *Petala* erecta.
811. DENTARIA. *Siliqu.* valuis reuoluto-dehiſcentibus.
810. RICOTIA. *Siliqu.* vnilocularis. (2-locular., 2-valuis. G.)

** *Calyx hians foliolis ſuperne diſtantibus.*

825. CRAMBE. *Siliqu.* decidua, globoſa, ſicco-baccata. *Filamenta* 4, apice bifurca.
824. ISATIS. *Siliqu.* decidua, lanceolata, monoſperma.
823. BVNIAS. *Siliqu.* decidua, ſubrotunda, muricata.
826. CLEOME. *Siliqu.* dehiſcens, vnilocularis.
812. CARDAMINE. *Siliqu.* dehiſcens: valuulis reuolutis.
821. SINAPIS. *Siliqu.* dehiſcens. *Cal.* horizontaliter patens.
813. SISYMBRIVM. *Siliqu.* dehiſcens: valuis rectiuſculis. *Cal.* patulus.
816. HELIOPHILA. *Siliqu.* dehiſcens. *Nectaria* 2, recuruata.

SILICVLOSA.*)

796. MYAGRVM. *Silicula* ſtylo conico terminata: loculo ſubmonoſpermo.

perenne. 1. M. ſiliculis biarticulatis monoſpermis, foliis extrorſum ſinuatis denticulatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 414.* M. Myagrum ſiliculis articulatis binatis monoſpermis, foliis ſinuatis ſubdentatis. *Ger. prov. 342. Siliculae articulus inferior ſtrictus abortit; ſuperior globoſus, ſtriatus, monoſpermus.* *orientale.*

*) *Si huius praecipue ordinis plantarum fructus conſideremus, tunc omnino quoad eorum formam externam, inprimis vero interiorem ſtructuram nonnulli characteres generici emendandi, aut nonnullae ſpecies ad diuerſa referendae eſſent genera. Huius rei varii Auctores periculum fecerunt; inprimis obſeruata ſua ſuper hocce ſcopo peculiari in opello:* Pflanzen-Gattungen. H. I. Mannh. 92. *pro more ſuo expoſuit* F. MEDICVS. *Etiam huic ordini genera* Crambe, Iſatis et Bunias *potius inſerenda eſſe, alii iam admonuerunt.*)

orientale. 2. M. ſiliculis ſulcatis laeuibus, fol. oblongis dentato-ſinuatis. *Siliculae articulis 2, ſulcis , eleuatis; ſtylo longitudine ſiliculae.*

rugoſum. 3. M. ſiliculis ſulcatis piloſis rugoſis, fol. oblongis obtuſis dentatis.

hiſpanicum. 4. M. ſiliculis laeuibus ſubtoroſis, foliis lyratis.

auſtriacum. 5. M. ſiliculis ſubrotundis glabris, fol. oblongis amplexicaulibus, radice repente. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 111. M. (*Silic. globoſae paruae glabrae ſtylo obtuſo craſſo terminatae. Iacq.*)

perfoliatum. 6. M. ſiliculis obcordatis ſubſeſſilibus, foliis amplexicaulibus. *Siliculae loculamenta lateralia ſunt inania.* (*Accuratam fructus anatomen, nec non deſcriptionem vid. apud Schkuhr in bot. Annal. St. 4. p. 54. et bot. Handb. 2. p. 210. t. 178.*)

ſatiuum. 7. M. ſiliculis obouatis pedunculatis polyſpermis. (*Fl. dan. 1038. Cum hoc non amplius confundendum* Myagrum pinnatifidum *Ehrh. Herb. dec. 16.* fol. ſinuato-pinnatifidis.)

paniculatum. 8. M. ſiliculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugoſis. *Fl. dan. t. 204.* (*Silic. nucamentaceae.* G.)

ſaxatile. 9. M. ſiliculis lentiformibus obouatis glabris: foliis petiolatis oblongis ſerratis ſcabris, caule paniculato. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 128.* M. *Filamenta longiora ſunt approximata, ad latus alterum alterius poſita, apice bifurco, cuius ramus interior truncatus, exterior extrorſum arcuatus. Iacq. vnde affinitas Alyſſi.*

aegyptium. 10. M. ſiliculis angulatis, foliis tripartitis. *Stylus breuiſſimus. Facies Buniadis Kakiles.*

797. VELLA. *Silicula* diſſepimento valuulis duplo maiore, extus ouato.

annua. 1. V. foliis pinnatifidis, ſiliculis pendulis. *Trew. ic. 10. t. 8.* (*Gaertn. de fr. 2. p. 286. t. 191.*)

Pſeudo-Cytiſus. 2. V. fol. integris obouatis ciliatis, ſiliculis erectis. (*Cauan. hiſp. nr. 46. t. 42. Qui contra Linnaeum antheras omnes fertiles obſeruauit.*)

798. ANASTATICA. *Silicula* retuſa, margine coronata valuulis diſſepimento duplo longioribus. *Stylo* intermedio mucronato, obliquo: loculis 1-ſpermis.

hierochuntica. 1. A. foliis obtuſis, ſpicis axillaribus breuiſſimis, ſiliculis vngulatis ſpinoſis. *Iacq. hort. t. 58.* Roſa hierochuntica. *Beſt. eyſt. aut. 4. t. 1. f. 2. 3.*

ſyriaca.

ſyriaca. 2. A. fol. acutis, ſpicis folio longioribus, ſiliculis ouatis roſtratis. *Mant. 424. Iacq. auſtr. t. 4.* Myagrum e Sumatra et Syria, ſemine ſpinoſo ſimili capiti auiculae. *Zan. hiſt. 142.* Thlaſpi Hiericho ſylueſtri affine. *Bocc. muſ. 135. t. 98. Folia lanceolata, ſerrata, petiolata, ſubſcabra. Spicae axillares, breuiſſimae, terminatae mucrone. Petala diſtantia, linearia, emarginata, calycis longitudine. Siliculae ſeſſiles, ſubouatae, ſcabriuſculae, mucrone inarticulato. (A nonnullis ad genus* Bunias, *ab aliis ad* Myagrum *refertur.)*

799. SVBVLARIA. *Silicula* integra, ouata: valuis ouatis, concauis, diſſepimento contrariis. *Stylus* ſilicula breuior.

aquatica. 1. SVBVLARIA. *Fl. dan. t. 53.*

800. DRABA. *Silicula* integra, ouali-oblonga: valuis planiuſculis, diſſepimento parallelis. *Stylus* nullus.

aizoides. 1. D. ſcapo nudo ſimplici, foliis enſiformibus carinatis ciliatis. *Mant. 91. — Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 192.* M. (*Fol. ceſpitoſa. Flor. flaui.*)

ciliaris. 2. D. caule ſubnudo, fol. linearibus margine carinaque ciliatis, petalis integris. *Mant. 91.*

alpina. 3. D. ſcapo nudo ſimplici, fol. lanceolatis integerrimis. *Fl. dan. t. 56. Synonyma, exceptis noſtris propriis et Oederi, ad praecedentem amandanda. Folia radicalia omnia, patentia, lanceolata, ſupra pilis adſperſa, more Androſaces diſpoſita; minime imbricata ſ. linearia ſ. ciliata, aut ſupra laeuia. Caulis aphyllus, adſperſus raris pilis; nec monophyllus ſ. laeuis. Petala leuiter emarginata; nec integra.*

verna. 4. D. ſcapis nudis, foliis ſubſerratis, (petalis bifidis. *Fl. dan. t. 983.*)

pyrenaica. 5. D. ſcapo nudo, fol. cuneiformibus palmatis trilobis. *Ger. prov. 344. Folia inferiora 5-fida, ſuperiora 3-fida. Flores purpurei.*

muralis. 6. D. caule ramoſo, fol. ouatis ſeſſilibus dentatis. *Pedunculi fructiferi horizontales ſiliculis longiores. Flores lutei aut albi.* (*Cfr. Ehrh. Beytr. 7. p. 153 et 154.*)

hirta. 7. D. ſcapo vnifolio, fol. ſubhirſutis, ſiliculis obliquis pedicellatis. *Fl. dan. t. 142.*

fladni-

fladnizenſis. 8. D. ſcapo bifolio, fol. glabris ciliatis, ſiliculis rectis pedicellatis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 1. p. 147. t. 17. f. 1.* M.

incana. 9. D. fol. caulinis numeroſis incanis, ſiliculis oblongis, obliquis ſubſeſſilibus. *Fl. dan. t. 130.* (*Cfr. Ehrh. l. c. qui adhuc ſuam* D. contortam *ob ſiliculas contortas glabras ab hac diſtinguit.*)

801. LEPIDIVM. *Silicula* emarginata, cordata, polyſperma: valuulis carinatis, contrariis.

perfoliatum. 1. L. foliis caulinis pinnato-multifidis, ramiferis cordatis amplexicaulibus integris. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 346.* M. (*Trew. Pl. rar. t. 13.*)

veſicarium. 2. L. caulium geniculis inflatis.

nudicaule. 3. L. ſcapo nudo ſimpliciſſimo, flor. tetrandris, fol. pinnatifidis. *Diſtinctum ab Iberide nudicauli.*

procumbens. 4. L. fol. ſinuato-pinnatifidis extremo maiore, ſcapo nudo, caul. proſtratis racemiferis. *Mant. 424.*

alpinum. 5. L. fol. pinnatis integerrimis, ſcapo ſubradicato, ſiliculis lanceolatis mucronatis. *Fl. dan. t. 569?* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 137.* M. *Petala calyce maiora. Stamina 6. Iacq.*

petraeum. 6. L. fol. pinnatis integerrimis, petalis emarginatis calyce minoribus. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 131.* M. (*Foliola elliptica, integerrima, craſſiuſcula. Iacq.*)

cardamines. 7. L. fol. radicalibus pinnatis, caulinis lyratis. Lepidium fol. inferioribus alterno-pinnatis carnoſis glaucis, ſuperioribus ſeſſilibus dentatis apice ouatis. *Ard. ſpec. 1. p. 19. t. 8.*

ſpinoſum. 8. L. pinnatis: foliolis lunatis: exterioribus elongatis, ramis mucronatis. *Mant. 253.* Lepidium ſpinoſum foliis pinnatifidis ſurſum criſtatis, ſpicis ſubulatis. *Ard. ſpecim. 2. p. 34. t. 16.*

ſatiuum. 9. L. flor. tetradynamis, fol. oblongis multifidis.

lyratum. 10. L. fol. lyratis criſpis.

latifolium. 11. L. fol. ouato-lanceolatis integris (medio) ſerratis. *Fl. dan. t. 557.* (*Flor. racemoſi minuti. Silic. ellipticae.*)

ſubulatum. 12. L. fol. ſubulatis indiuiſis ſparſis, caule ſuffruticoſo.

graminifolium. 13. L. fol. linearibus: ſuperioribus integerrimis, caule paniculato virgato, floribus hexandris. *Similis, diuerſa tamen, ab Iberide linifolia. Adulta deiicit folia.*

ſuffruti-

ſuffruticoſum. 14. L. fol. lanceolato-linearibus tenuibus integerrimis. caul. ſuffruticoſis. *Mant.* 91.

didymum. 15. L. fol. pinnatifidis, caul. erecto, fructibus didymis. *Mant.* 92. (Caul. *decumbens piloſus.* Stam. 2-4. Fruct. *ſubrugoſi Sow. engl. bot. t.* 248.)

ruderale. 16. L. flor. diandris apetalis, fol. radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis. *Fl. dan. t.* 184. (*Flor. paſſim et 4-andri.*)

virginicum. 17. L. flor. ſubtriandris tetrapetalis, fol. linearibus pinnatis: (inferioribus oblongis pinnatifidis *Sw. obſ. p.* 251.)

Iberis. 18. L. flor. diandris tetrapetalis, fol. inferioribus lanceolatis ſerratis; ſuperioribus linearibus integerrimis. *Mant.* 425.

bonarienſe. 19. L. flor. diandris tetrapetalis, fol. omnibus pinnato-multifidis.

chalepenſe. 20. L. fol. ſagittatis ſeſſilibus dentatis. *Cent.* 169.

802. THLASPI. *Silicula* emarginata, obcordata, polyſperma: valuulis nauicularibus, marginato-carinatis.

peregrinum. 1. T. ſiliculis ſuborbiculatis, foliis lanceolatis integerrimis.

aruenſe. 2. T. ſiliculis orbiculatis, fol. oblongis dentatis glabris. — *Fl. dan. t.* 793. M.

alliaceum. 3. T. ſiliculis ſubouatis ventricoſis, fol. oblongis obtuſis dentatis glabris.

ſaxatile. 4. T. ſiliculis ſubrotundis, fol. lanceolato-linearibus obtuſis carnoſis. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 236. M. Thlaſpi ſiliculis ſubrotundis, fol. integris glabris lanceolato-linearibus, radicalibus ouatis. *Ger. prov.* 348. Thlaſpi montanum, pingui folio, carneo flore, plana et cordata ſiliqua. *Barr. ic.* 845. Thlaſpi ſiliquis ellipticis, foliis lanceolato-linearibus integerrimis. *Act. petrop.* 5. *p.* 330. *fig. Similis Iberidi ſaxatili.*

hirtum. 5. T. ſiliculis ſubrotundis piloſis, fol. caulinis ſagittatis villoſis.

campeſtre. 6. T. ſiliculis ſubrotundis, fol. ſagittatis dentatis incanis.

montanum. 7. T. ſiliculis obcordatis, fol. glabris: radicalibus ſubcarnoſis obouatis integerrimis, caulinis amplexicaulibus, corollis calyce (duplo) maioribus. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 237. M. *Corollae ſub-*

aequales

aequales. Fructus Faciesque Thlaſpeos ab Iberide hanc diſtinguunt. (Rad. perennans dein multiceps. Fol. caul. erecta oblongo-lanceolata amplexicaulia. Iacq.)

alpinum. 8. T. ſiliculis obcordatis, fol. glabris: radicalibus ſubcarnoſis obouatis integerrimis, caulinis ſeſſilibus, corollis calyce maioribus. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 3. t. 238.* M.

perfoliatum. 9. T. ſiliculis obcordatis, fol. caulinis cordatis glabris ſubdentatis, petalis longitudine calycis, caule ramoſo. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 337.* M. (Caul. ramoſo, fol. radical. petiolatis: caulinis amplexicaulibus dentatis, petal. cal. ſubmaioribus.)

alpeſtre. 10. T. ſiliculis obcordatis, fol. ſubdentatis: caulinis amplexicaulibus, petalis longitudine calycis, caule ſimplici. *Cum T. perfoliato iungitur a Gerardo, at ſeparatur ab Hallero. Corolla perexigua alba.*

Burſa paſtoris. 11. T. ſiliculis obcordatis, fol. radicalibus pinnatifidis. — *Fl. dan. t. 729.* M. γ. Burſa paſtoris maior, folio non ſinuato. *Bauh. pin. 108.* (*Varietates duae notae, foliis diuerſae, non conſtantes, multo minus vt ſpecies diſtinguendae, ſolummodo plantae aetate differunt.*)

ceratocarpon. 12. T. glaberrimum, caule ſulcato, fol. ſagittatis lanceolatis ſubſerratis, ſiliculis bilobatis. *Suppl. p. 295.* Thlaſpi *ceratocarpon*, ſiliculis oblongis ſurſum vtrinque membranaceo-cornutis: foliis ſuperioribus oblongis ſagittatis amplexicaulibus, inferioribus oualibus petiolatis. *Murr. in Comm. gott. 1774. p. 26. t. 1.* Lepidium ceratocarpon. *Pall. it. vol. 2. p. 740. t. V.* M.

803. COCHLEARIA. *Silicula* emarginata, turgida, ſcabra: valuulis gibbis, obtuſis.

officinalis. 1. C. foliis radicalibus cordato-ſubrotundis, caulinis oblongis ſubſinuatis. *Fl. dan. t. 135. Caulis ramoſus.*

danica. 2. C. fol. haſtato-angulatis: omnibus deltoidibus. *Mant. 425. Fl. dan. t. 100. Caulis non ramoſus. Stolones procumbentes.* (*Caul. diffuſis procumbentibus, ſiliculis ouatis ſubtriſpermis. Roth in bot. Annal. St. 4. p. 40.*)

anglica. 3. C. fol. omnibus ouato-lanceolatis. *Fl. dan. t. 329,* (*Caul. erectis approximatis, ſiliculis ſubrotundis 4-ſpermis Roth l. c.*)

groenlandica. 4. C. fol. reniformibus integris, carnoſis.

Coronopus. 5. C. fol. pinnatifidis, caule depreſſo. *Fl. dan. t. 202.* (Coronopus vulgaris *nonnullorum, ob Capſ. 2-locularem eualuem, criſtato-muricatam.*)

Armoracia. 6. C. fol. radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis inciſis. (*Plenk Pl. med. t. 513.*)

glaſtifolia. 7. C. fol. caulinis cordato-ſagittatis amplexicaulibus. *Statura Turritidis.* (*Aeſtate humida inprimis altitudinem inſignem acquirit.*)

Draba. 8. C. fol. lanceolatis amplexicaulibus dentatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 315.* M. *Caules proſtrati, parum ramoſi. Folia haſtata, lato-lanceolata, incana.*

804. IBERIS. *Cor.* irregularis: petalis 2 exterioribus maioribus. *Silicula* polyſperma, emarginata.

ſemperflorens. 1. I. fruteſcens, foliis cuneiformibus integerrimis obtuſis. Thlaſpi perſicum. *Riv. tetr. 224. f. 2.*

ſemperuirens. 2. I. fruteſcens, fol. linearibus acutis integerrimis. *Riv. tetrap. 224. f. 1.* (*Fol. margine albido-ſcarioſa.*)

gibraltarica. 3. I. fruteſcens, fol. apice dentatis. (*Curt. Mag. t. 124.*)

ſaxatilis. 4. I. ſuffruteſcens, fol. lanceolato-linearibus carnoſis acutis integerrimis ciliatis. *Ger. prov. 354. Gouan. hort.*

rotundifolia. 5. I. herbacea, fol. ouatis: caulinis amplexicaulibus laeuibus ſuccoſis. Thlaſpi minimum, ſiliculis obcordatis, foliis inferioribus ouatis petiolatis, ſuperioribus lanceolatis amplexicaulibus. *Ard. ſpec. 2. p. 33. t. 15. f. 1. Caulis repens. Flores fere regulares. Silicula ſubquadrangularis. Similis Thlapſi ſaxatili.*

cepeaefolia. 6. I. herbacea, fol. ouatis: caulinis ſeſſilibus laevibus ſuccoſis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 28. t. 1.* M.

vmbellata. 7. I. herbacea, fol. lanceolatis acuminatis: inferioribus ſerratis; ſuperioribus integerrimis. Iberis cretica. *Riv. tetr. 225.* (*Curt. Mag. t. 106.*)

amara. 8. I. herbacea, fol. lanceolatis acutis ſubdentatis, flor. racemoſis.

linifolia.

linifolia. 9. I. herbacea, fol. linearibus integerrimis, caulinis ſerratis, caule paniculato, corymbis hemiſphaericis. *Diuerſa a Lepidio graminifolio.*

odorata. 10. I. herbacea, fol. linearibus ſuperne dilatatis ſerratis.

arabica. 11. I. herbacea, fol. ouatis glabris aueniis integerrimis, ſiliculis baſi apiceque bilobis.

nudicaulis. 12. I. herbacea, fol. ſinuatis, caule nudo ſimplici. *Fl. dan. t. 323.* (*Var. caule folioſo: fol. 2-3 integris Hudſon.*)

pinnata. 13. I. herbacea, fol. pinnatifidis. *Corymbus non mutatur. Calyx rubicundus. Petala alba.*

805. ALYSSVM. *Filamenta* quaedam introrſum denticulo notata. *Silicula* emarginata.

* *Suffruticoſa.*

ſpinoſum. 1. A. racemis ſenilibus ſpiniformibus nudis. *Petala alba integra. Stamina edentula.*

halimifolium. 2. A. caulibus procumbentibus perennantibus, fol. lanceolato-linearibus acutis integerrimis. (*Curt. Mag. t. 101. Stam. ſimplicia. Silic. ſubrotundae integrae. Ait. Kew. 2. p. 381. Curt. Mag. t. 101.*)

ſaxatile. 3. A. caulibus fruteſcentibus paniculatis, fol. lanceolatis molliſſimis repandis. *Ard. ſpec. 1. p. 18. t. 7.* Thlaſpi luteum, Leucoji folio. *Bocc. muſ. 79. t. 93. Petala lutea, integra.* (*Curt. Mag. t. 159.*)

alpeſtre. 4. A. caulibus ſuffruticoſis diffuſis, fol. ſubrotundis incanis, calyc. coloratis. *Ger. prov. 352. t. 13. f. 2. Mant. 92.*

** *Herbacea.*

hyperboreum. 5. A. caul. herbaceis, fol. incanis dentatis. ſtamin. quatuor bifurcatis. (*Meerburg. Pl. rar. t. 46. Flor. violacei.*)

incanum. 6. A. caule erecto, fol. lanceolatis incanis integerrimis, flor. corymboſis, petalis bifidis. *Petala alba.*

minimum. 7. A. caulib. herbaceis diffuſis, fol. linearibus tomentoſis, ſiliculis compreſſis. *Petala lutea, ſubemarginata.* (*Fol. lanceolato-linearia et vt in 3 ſequentibus ſpeciebus ſetulis ſtellatis ſcabra Starke in Ehrh. Beytr. 6. p. 54.*)

calycinum. 8. A. caulib. herbaceis, ſtam. omnibus dentatis, calyc. perſiſtentibus. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 338.* M. Alyſſum ſtaminibus quatuor dentatis: duobus

duobus ſquamula longitudinali, calyc. perſiſtentibus. *Iacq. vind. 114.* (*Petala primo lutea, dein alba.*)

montanum. 9. A. caulibus herbaceis diffuſis, fol. ſublanceolatis punctato-echinatis. *Iacq. auſtr. t. 37.* Thlaſpi alpinum repens. *Bauh. pin. 107. Petala lutea. Stamina 4 apice bifida; 2 baſi denticulo.*

campeſtre. 10. A. caule herbaceo, ſtaminibus ſtipatis pari ſetarum, calycibus deciduis.

clypeatum. 11. A. caule erecto herbaceo, ſiliculis ſeſſibus oualibus compreſſo-planis, petalis acuminatis linearibus.

*** *Siliculis inflatis. ſ. calycibus oblongis clauſis.*

ſinuatum. 12. A. caule herbaceo, fol. lanceolato-deltoidibus, ſiliculis inflatis.

creticum. 13. A. caule fruticoſo, fol. lanceolatis ſubdentatis tomentoſis, ſiliculis inflatis globoſis. *Mant. 92.* (*Caul. tomentoſo-incanus, vix ſuffruticoſus. Stam. dentes nulli; breuiorib. baſi tuberculum tomentoſum Retz. obſ. bot. 6. p. 32.*)

gemonenſe. 14. A. caule herbaceo, ramis diuaricatis. fol. radicalibus obouatis ſubtomentoſis, ſiliculis inflatis. *Mant. 92. Ard. ſpec. 2. p. t. 10. Differt. ab A. cretico ramis diuaricatis, floribus minoribus, ſaturate luteis.*

vtriculatum. 15. A. caule herbaceo erecto, fol. laeuibus lanceolatis integerrimis, ſiliculis inflatis. *Mant. 92.* Thlaſpi fruticoſum: Leucoii folio viridi. *Tournef. inſt. 218. Flos Lunariae. Folia radicalia piloſa.* (*Trew. Pl. rar. t. 29.*)

Veſicaria. 16. A. fol. linearibus dentatis, ſiliculis inflatis angulatis acutis.

deltoideum. 17. A. caulibus ſuffruteſcentibus proſtratis, fol. lanceolato-deltoidibus, ſiliculis hirtis. *Flores Cheiranthi, violacei. Calyx oblongus, clauſus, baſi oppoſite gibboſus.* (*Curt. bot. mag. t. 126.*)

807. CLYPEOLA. *Silicula* emarginata, orbiculata, compreſſo-plana, decidua.

Ionthlaſpi. 1. C. ſiliculis orbiculatis vnilocularibus monoſpermis. *Mant. 426. Stamina Alyſſi.* (*Silic.* (Samara?) *1-locularis, 1-ſperma Gaertn. de fr. 2. p. 283. t. 141.*

t. 141. *Reliquas ſpecies ad Alyſſum translocandas monet l. c.)*

tomentoſa. 2. C. ſiliculis orbiculatis bilocularibus, fol. ſubtomentoſis. *Mant.* 92.

maritima. 3. C. perennis, ſiliculis bilocularibus ouatis diſpermis. *Mant.* 426. Thlaſpi montanum perenne flore albo. *Barr. ic.* 844. Alyſſon caulibus diffuſis, foliis linearibus. *Ger. prov.* 350.

806. PELTARIA. *Silicula* integra, ſuborbiculata, compreſſo-plana, non dehiſcens.

alliacea. 1. P. foliis amplexicaulibus oblongis indiuiſis. *Suppl. p.* 295. Peltaria alliacea. *Syſt. ed.* 13. *p.* 495. *Iacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 123. M.

capenſis. 2. P. fol. caulinis quinato-pinnatis linearibus ſubcarnoſis. *Suppl. p.* 296.

808. BISCVTELLA. *Silicula* compreſſo-plana, rotundata, ſupra infraque biloba. *Cal.* foliola baſi gibba.

auriculata. 1. B. calycibus nectario vtrinque gibbis, ſiliculis in ſtylum coëuntibus. *Haec ſola Siliculae lobis ſtylum coit. (Huius generis ſpecies, etiam quoad ſynonyma, vlteriori ſubiiciendae ſunt ſcrutinio, quo certioribus characteribus a ſe inuicem diſcriminentur.)*

apula. 2. B. ſilic. ſcabris, fol. lanceolatis ſeſſilibus ſerratis. *Mant.* 254. Biſcutella didyma. *Spec. plant.* 911. Thlaſpidium apulum ſpicatum. *Tournef. inſt.* 214. Iondraba alyſſoides apula ſpicata. *Col. ecphr.* 1. *p.* 283. *t.* 284. *f.* 1.

lyrata. 3. B. ſilic. ſcabris, fol. lyratis. *Mant.* 254. Thlaſpi biſcutatum Raphani ſ. Irionis folio. *Bocc. ſic.* 45. *t.* 23.

coronopifolia. 4. B. ſilic. glabris, fol. dentatis hirtis. *Mant.* 255.

laeuigata. 5. B. ſilic. glabris, fol. lanceolatis ſerratis. *Mant.* 255. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 339. M. Leucoium alyſſoides vmbellatum montanum. *Col. ecphr.* 1. *p.* 283. *t.* 284.

ſempervirens. 6. B. ſilic. ſcabriuſculis, fol. lanceolatis tomentoſis. *Mant.* 255. Thlaſpi biſcutellatum luteum, Anchuſae folio. *Barr. rar.* 39. *t.* 841. *Bocc. muſ.* 267. *t.* 122. *Haec a reliquis magis diſtincta caulibus ſuffruticoſis foliisque Cheiranthi incani.*

809. LVNARIA. *Silicula* integra, elliptica, compreſſo-plana, pedicellata: valuis diſſepimento aequalibus, parallelis, planis. *Cal.* foliolis ſaccatis.

rediuiua. 1. L. foliis alternis. *Beſl. eyſt. vern. 7. f. 2. Radix perennis. Flores odori.* (Siliculis lanceolatis, radice perenni *Retz obſ. I. p. 21.*)

annua. 2. L. fol. oppoſitis. *Beſl. eyſt. vern. 7. f. 1.* — *Mill. illuſtr. ic.* M. *Radix biennis. Flores inodori. Caulis hirſutus. Planta culta habuit folia oppoſita; an ſemper? praeſtantior nota inquirenda.* (Silic. ellipticis, radice bienni *Retz. l. c.*)

SILIQVOSA.

810. RICOTIA. *Siliqua* vnilocularis, oblonga, compreſſa; valuulis planis.

aegyptiaca. 1. RICOTIA. (*Fol. pinnata: pinnis integris trilobisque Mill. ic. t. 169. Calycis forma a* Lunaria, *cum qua a Gaertnero coniungitur, inprimis differt.*)

811. DENTARIA. *Siliqua* elaſtice diſſiliens valuulis revolutis. *Stigma* emarginatum. *Cal.* longitudinaliter conniuens.

enneaphylla. 1. D. foliis ternis ternatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 316.* M.

bulbifera. 2. D. fol. inferioribus pinnatis, ſummis ſimplicibus. *Fl. dan. t. 361.* (*Stam. breuiora glandulis inſerta ſ. iis annulatim cincta obſeruaui; an etiam in reliquis ſpeciebus hoc obtinet?*)

pentaphyllos. 3. D. fol. ſummis digitatis. Dentaria foliis pinnatis et digitatis. *Ger. prov. 356. β.* Dentaria foliis omnibus quinato-digitatis. *Ger. prov. 356.* Saxifraga montana, radice ſquamis denticulatis. *Geſn. faſc. 1. t. 1. f. 1. Plantam β pro diſtincta ſpecie tradit Gerard.* (*Ambae varietates nunc etiam ab ill. Lamark encycl. 2. p. 268 determinantur in* D. *pinnata*, fol. omnibus pinnatis, *et in* D. *digitata*, fol. digitatis, *ſ.* D. pentaphyllos *L. Ait. Kew. 2. p. 387.*)

812. CARDAMINE. *Siliqua* elaſtice diſſiliens valuulis reuolutis, *Stigma* integrum. *Cal.* ſubhians.

* *Foliis*

* *Foliis ſimplicibus.*

bellidifolia. 1. C. foliis ſimplicibus ouatis integerrimis: petiolis longis. *Excluſo ſynonymo Cluſii. Fl. dan. t. 20.*

aſarifolia. 2. C. fol. ſimplicibus ſubcordatis. *Excluſo Bauhini. Synonymo.*

nudicaulis. 3. C. fol. ſimplicibus lanceolatis ſinuato-dentatis, caulibus nudis.

petraea. 4. C. fol. ſimplicibus oblongis dentatis. *Fl. dan. t. 386. Siliquae valuulae a baſi dehiſcunt, non vero reuoluuntur. Mygind.*

** *Foliis ternatis.*

reſedifolia. 5. C. fol. inferioribus indiuiſis, ſuperioribus trilobis pinnatisque. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 21.* M.

trifolia. 6. C. fol. ternatis obtuſis, caule ſubnudo. *Iacq. auſtr. t. 27.* (*Fol. ſubtus purpuraſcentia.*)

africana. 7. C. fol. ternatis acuminatis, caule ramoſiſſimo.

*** *Foliis pinnatis.*

chelidonia. 8. C. fol. pinnatis: foliolis quinis incifis.

impatiens. 9. C. fol. pinnatis inciſis ſtipulatis, flor. apetalis. — *Fl. dan. t. 735.* M. *Florem vnicum cum Corolla petalis albis, maioribus quam in paruiflora, reperi 1764, diuerſa tamen a C. paruiflora.*

paruiflora. 10. C. fol. pinnatis exſtipulatis, foliis lanceolatis obtuſis, floribus corollatis.

graeca. 11. C. foliis pinnatis: foliolis palmatis aequalibus petiolatis. *Mant. 427.*

hirſuta. 12. C. fol. pinnatis (hirſutis), flor. tetrandris. (*Curt. Fl. lond. ic. Flor. etiam 5-6-andri ſunt.*)

pratenſis. 13. C. fol. pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis, caulinis lanceolatis.

amara. 14. C. fol. pinnatis, axillis ſtoloniferis. Naſturtium pyrenaicum aquaticum latifolium, purpuraſcente flore. *Herm. parad. 223. t. 203.* (Caule flexuoſo, fol. glabris pinnatis: pinnis conformibus. *Anth. purpuro-violaceae. Stolones in axillis in plant. defloratis tantum adeſſe, dicitur.*)

virginica. 15. C. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis baſi vnidentatis. *Pet. Gaz. t. 105. f. 18.*

813. SISYMBRIVM. *Siliqua* dehiſcens valuulis rectiuſculis. *Calyx* patens. *Corolla* patens.

* *Siliquis declinatis breuibus.*

Naſturtium. 1. S. ſiliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis ſubcordatis. — *Fl. dan. t. 690.* M.

ſylueſtre. 2. S. ſiliquis declinatis oblongo-ouatis, foliolis lanceolatis ſerratis. (*Curt. Fl. lond. ic.*)

islandicum. 3. S. ſiliquis breuibus declinatis, foliis lyrato-pinnatis, foliolis oualibus dentatis. *Oeder in Fl. dan. t. 409. Murr. comm. gott. 1772. p. 81.* M.

amphibium. 4. S. ſiliquis declinatis oblongo-ouatis, foliolis, pinnatifidis ſerratis. (*Quoad foliorum formam non ſolum in duas nunc diſtinguitur ſpecies, ſed etiam ob ſiliculas vna cum* S. Naſturtio *ad diuerſum genus ſub priore ordine melius amandari poteſt.*)

pyrenaicum. 5. S. ſiliquis ſubouatis, foliis inferioribus lyratis, ſuperioribus bipinnatifidis amplexicaulibus, ſtylis filiformibus. Siſymbrium foliis pinnatis: imorum pinnis oblongis, ſuperiorum linearibus integris, ſiliquis oualibus oligoſpermis. *Act. helv. 4. p. 288.*

tanacetifolium. 6. S. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis inciſo-ſerratis: extimis confluentibus.

tenuifolium. 7. S. fol. integerrimis: infimis tripinnatifidis; ſupremis integris. Eruca foliis ſinuato-dentatis caule nudiuſculo, radice perenni. *Ger. prov. 369.* Sinapis foliis laeuibus glaucis, pinnis linearibus rariter dentatis. *Hall. act. 6. p. 84. n. 17.* (*Fol. ſublinearia ſinuato-dentata. Cor. maiuſcula flaua. Bull. herb. t. 335?*)

** *Siliquis ſeſſilibus axillaribus.*

ſupinum. 8. S. ſiliquis axillaribus ſubſeſſilibus ſolitariis, fol. dentato-ſinuatis.

polyceratium. 9. S. ſiliquis axillaribus ſeſſilibus ſubulatis aggregatis, fol. repando-dentatis. *Iacq. hort. t. 79.*

burſifolium. 10. S. racemo flexuoſo, fol. lyratis, caule erecto folioſo. *Dill. elth. 179. t. 148. f. 177.* β. Heſperis fol. dentato-pinnatifidis, caule laeui. *Sp. pl. 928.*

*** *Caule nudo.*

murale. 11. S. ſubacaule, fol. lanceolatis ſinuato-ſerratis laeuiuſculis, ſcapis ſubſcabris adſcendentibus. *Pauciſſimis differt a S. monenſi. Folia obſolete ſ. obiter remotiſſimeque ſerrata.*

monenſe. 12. S. acaule, fol. pinnato-dentatis ſubpiloſis, ſcapis laeuibus. Siſymbrium foliis pinnato-ſinuatis, caulibus nudis ſimplicibus. *Ger. prov. 360. Folia fere pinnatifida, ſ. vltra medium indiuiſa.*

vimineum.

vimineum. 13. S. acaule, fol. lyratis laeuibus, ſcapis adſcendentibus, floribus minutis.

Barrelieri. 14. S. caule ſubnudo ramoſo, fol. radicalibus runcinatis dentatis hiſpidis. Eruca ſylueſtris minor, Burſae paſtoris folio. *Bauh. pin. 98. prodr. 39.*

arenoſum. 15. S. caule ſubfolioſo ramoſo, fol. lyratis rectangulo dentatis hiſpidis: pilis ramoſis. (*Pili in caul. ſimplices, in fol. ramoſi, vbi vero et ſimplices obſeruantur. Flor. albi. Ad* Arabis *a cl. Roth refertur.*)

valentinum. 16. S. caule ſimplici erecto ſuperne glabro, fol. lanceolatis hiſpidis antrorſum dentatis.

**** *Foliis pinnatis.*

Parra. 17. S. caulеſcens, fol. runcinatis muricatis. *Mant. 255. Flores vno alteroue die ante antheſin recurvati. Nectaria 2 longiora expellunt calycis folia.*

aſperum. 18. S. ſiliquis ſcabris, fol. pinnatifidis: pinnis lineari-lanceolatis ſubdentatis, corollis calyce longioribus. Siſymbrium foliis pinnatifidis: foliolis inaequaliter laciniatis, ſiliquis ſcabris. *Ger. prov. 360. Planta palmaris.*

Sophia. 19. S. petalis calyce minoribus, fol. decompoſito-pinnatis. *Fl. dan. t. 528.*

altiſſimum. 20. S. fol. runcinatis flaccidis: foliolis ſublinearibus integerrimis, pedunculis laxis. *Calyx patens Sinapios.*

Irio. 21. S. fol. runcinatis dentatis nudis, caule laeui, ſiliquis erectis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 322.* M. (*Tota glabra diffuſa, fol. ſinuato-pinnatifida.*)

Columnae. 22. S. fol. runcinatis dentatis et caule villoſis ſubincanis, ſiliquis erectis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 4. t. 323.* M. (*Fol. radic. pinnata, caulina haſtata, ſumma linearia. Iacq.*)

Loeſelii. 23. S. fol. runcinatis acutis hirtis, caule hiſpido. *Amoen. 4. p. 279. — Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 324.* M. (*Caul. folioſus, pilis albis reflexis hiſpidus. Iacq.*)

orientale. 24. S. fol. runcinatis tomentoſis, caule laeui. *Amoen. acad. 4. p. 322.*

barbareae. 25. S. fol. ſimplicibus ſpathulato-ouatis dentatis amplexicaulibus nudis. *Simillimum Eryſimo Barbareae. Planta inſipida. Caulis angulatus. Folia radicalia integerrima, cordato-ouata.*

catholicum. 26. S. ſiliquis filiformibus laeuibus, fol. pinnatis denticulatis caulinis. *Mant. 93.*

***** *Foliis lanceolatis integris.*

ſtrictiſſimum. 27. S. fol. lanceolatis dentato-ſerratis caulinis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 194.* M. (*Caul. 3-4-pedalis ramoſiſſimus folioſus: fol. ouato-lanceolatis inaequaliter ſerratis.*)

integrifolium. 28. S. fol. linearibus integerrimis, pedunculis glutinoſo-hiſpidis.

indicum. 29. S. fol. lanceolato-ouatis ſerratis petiolatis laevibus, ſiliquis ſubarcuatis. *Mant. 93.*

814. ERYSIMVM. *Siliqua* columnaris, exacte tetraëdra. *Cal* clauſus.

officinale. 1. E. ſiliquis ſpicae adpreſſis, foliis runcinatis. *Fl. dan. 560.*

Barbarea. 2. E. fol. lyratis: extimo ſubrotundo. (*Fl. dan. t. 985.*)

Alliaria. 3. E. fol. cordatis. (*Fl. dan. t. 935.*)

repandum. 4. E. fol. lanceolatis dentatis, racemis oppoſitifoliis, ſiliquis racemoſis ſubſeſſilibus, corollis minutis. *Iacq. auſtr. t. 22.* (*Racemi flexuoſi diuaricati. Siliq. longiſſ. diuergentes.*)

cheiranthoides. 5. E. fol. lanceolatis integerrimis, ſiliquis patulis. *Siliquae a ſcapo racemi diſtantes.* — *Iacq. Fl. auſtr. t. 23. Fl. dan. t. 923.*

hieracifolium. 6. E. fol. lanceolatis ſerratis. *Rupp. Hall. 77. nota a.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 73.* M. (*Fol. lanceolata denticulata patentia. Siliq. ſubadpreſſae Ehrh. Beytr. 7. p. 156.*)

. . CHAMIRA. *Cal.* baſi cornutus; *Glandula* extra ſtamina breuiora. *Thunb. diſſ. n. pl. gen. p. 48.* M.

cornuta. 1. CHAMIRA. *Thunb. l. c. p 49.* (*Secundum b. Dahlii obſ. bot. eadem eſt planta ac* Heliophila circaeoides.)

815. CHEIRANTHVS. *Germen* vtrinque denticulo glandulato. *Cal.* clauſus: foliolis duobus baſi gibbis. *Semina* plana, (ſaepius membranaceo-marginata *Gaertn.*)

eryſimoides. 1. C. foliis lanceolatis dentatis nudis, caule erecto ſimpliciſſimo, ſiliquis tetragonis. *Fl. dan. t. 229.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 74.* M. *Excluſo Allionio in Spec. pl.* (Eryſimum Cheiranthus *Roth. germ.*

germ. 2. p. 101. Caul. baſi purpuraſc., pilis parvis adpreſſis. Fol. ſparſa erecta. R.)

helueticus. 2. C. fol. lanceolatis dentatis nudis, caule erecto, ſiliqua tetragona, ſtylo acuminata. *Iacq. in Litt. hort. t. 9.* M.

alpinus. 3. C. fol. linearibus integris ſubtomentoſis, caule ramoſo. *Mant. 93.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 75.* M. *Fol. pilis adpreſſis Aiton.)*

ſtrictus. 4. C. fol. linearibus acutis glabris, caule fruticoſo erecto. *Suppl. p. 296.*

calloſus. 5. C. fol. lanceolatis integris calloſis, caule angulato fruticoſo. *Suppl. p. 296.*

Cheiri. 6. C. fol. lanceolatis acutis glabris, ramis angulatis, caule fruticoſo.

fruticuloſus. 7. C. fol. lanceolatis acutis glabris ſubſerratis, caule fruticoſo. *Mant. 94.*

chius. 8. C. fol. obouatis aueniis emarginatis, ſiliqnis apice ſubulatis.

maritimus. 9. C. fol. ellipticis obtuſis nudis ſcabriuſculis, caul. diffuſo ſcabro. *Mant. 568.* Leucoium minus, flore violaceo. *Barr. ic. 1127. (Flor. primo laete rubri, dein violacei euadunt Curt. bot. Mag. t. 166.)*

ſalinus. 10. C. fol. lanceolatis obtuſis integerrimis, caule erecto, antheris incluſis. *Mant. 93.*

incanus. 11. C. fol. lanceolatis integerrimis obtuſis incanis, ſiliquis apice truncatis compreſſis, caule ſuffruticoſo. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

feneſtralis. 12. C. fol. conferto-capitatis recuruatis vndatis, caule indiuiſo. — *Iacq. hort. v. 2. t. 179.* M. *Linn. iun. dec. 31. t. 16. Petala integra.*

annuus. 13. C. fol. lanceolatis ſubdentatis obtuſis incanis, ſiliquis cylindricis apice acutis, caule herbaceo. *Petala emarginata.*

littoreus. 14. C. fol. lanceolatis ſubdentatis ſubtomentoſis ſubcarnoſis, petalis emarginatis, ſiliquis tomentoſis.

triſtis. 15. C. fol. linearibus ſubſinuatis, flor. ſeſſilibus: petalis vndatis, caule fruticoſo.

trilobus. 16. C. fol. dentatis obtuſis, calycibus laeuibus, ſiliquis nodoſis mucronatis filiformibus laeuibus.

tricuſpidatus. 17. C. fol. lyratis, ſiliquis apice tridentatis.

ſinuatus. 18. C. fol. tomentoſis obtuſis ſubſinuatis: rameis integris, ſiliquis muricatis.

Farſetia.

Fárſetia. 19. C. ſiliquis oualibus compreſſis, fol. lineari-lanceolatis, caule fruticoſo erecto. *Mant.* 94. Lunaria fruticoſa perennis incana, Leucoii folio. *Tournef. itin.* 1. *p.* 92. *t.* 92? *Shaw.*

816. HELIOPHILA. *Nectaria* 2, recuruata verſus calycis baſin veſicularem.

integrifolia. 1. H. foliis lanceolatis indiuiſis. *Mant.* 428. *Seb. muſ.* 1. *t.* 17. *f.* 5. — *Schreb. in act. vpſ. n. vol.* 1. *p.* 94. *t.* 7. M. (*Cfr. Iacq. Col. III. p.* 219.)

coronopifolia. 2. H. fol. linearibus pinnatifidis.

amplexicaulis. 3. H. fol. amplexicaulibus integris glabris, ſiliquis moniliformibus. *Suppl. p.* 296.

filiformis. 4. H. fol. ſubulatis filiformibus glabris, ſiliquis pendulis, ramis diuaricatis. *Suppl. p.* 296.

puſilla. 5. H. fol. linearibus, ſiliquis moniliformibus erectis. *Suppl. p.* 297.

flaua. 6. H. fol. linearibus, caulibus fruticoſis iunceis. *Suppl. p.* 297.

circaeoides. 7. H. fol. cordatis. *Suppl. p.* 298.

digitata. 8. H. fol. palmato-pinnatifidis villoſis: pinnis linearibus. *Suppl. p.* 296.

pinnata. 9. H. fol. trifidis pinnatisque: foliolis linearibus, ſiliquis moniliformibus erectis. *Suppl. p.* 297.

817. HESPERIS *Petala* oblique flexa. *Glandula* intra ſtamina breuiora. *Siliqua* ſtricta: *Stigma* baſi bifurca apice conniuente. *Cal.* clauſus.

triſtis. 1. H. caule hiſpido ramoſo-patente. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 102. M.

matronalis. 2. H. caule ſimplici erecto, foliis ouato-lanceolatis denticulatis, petalis mucrone emarginatis. *β. Sibirica* 3. H. caule ſimplici, fol. lanceolatis dentato-ſerratis, petalis obtuſiſſimis integris.

inodora. 3. H. caule ſimplici erecto, fol. ſubhaſtatis dentatis, petalis obtuſis. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 1. *t.* 347. M.

africana. 4. H. caule ramoſiſſimo diffuſo, fol. lanceolatis petiolatis acute dentatis ſcabris, ſiliquis ſeſſilibus.

verna. 5. H. caule erecto ramoſo, fol. cordatis amplexicaulibus ſerratis villoſis.

lacera. 6. H. foliis runcinatis, ſiliquis tricuſpidatis. Cheiranthus lacerus. *Sp. plant.* 926. *Folia nuda, angusta. Calyces piloſi. Flores triſtes colore et odore. Siliquae nodoſae tricuſpidatae.*

818. ARABIS. *Glandulae* nectariferae 4, ſingulae intra calycis foliola, ſquamae inſtar reflexae.

alpina. 1. A. foliis amplexicaulibus dentatis. *Fl. dan. t. 62.*

lucida. 2. A. fol. amplexicaulibus lucidis. *Suppl. p. 298.*

grandiflora. 3. A. caule nudo. *Amoen. acad. p. 329. t. 4. f. 20.*

thaliana. 4. A. fol. petiolatis lanceolatis integerrimis. (*Fl. dan. t. 1195. Ab hac b. Ehrhart diſtinxit* Arabis *Crantzii* caul. adſcendente, fol. petiolatis dentatis.)

bellidifolia. 5. A. fol. ſubdentatis: radicalibus obouatis; caulinis lanceolatis. *Mant. 94. — Iacq. Fl. auſtr. t. 280. Ibidem* Arabis pumila *t. 281. depingitur, de qua vero Iacquin dubitat, an ſpecie ab A. bellidifolia differat.* M.

lyrata. 6. A. fol. glabris: radicalibus lyratis; caulinis linearibus.

hiſpida. 7. A. fol. hiſpidis: radicalibus runcinatis; caulinis lanceolatis. *Suppl. p. 298.* Arabis hiſpida. *Syſt. ed. 13. p. 501. Simillima A. thalianae ſ. lyratae, ſed Flores minores, Radixque perennis; Flores albi petalis erectis; Caulis palmaris. Habitat in Auſtria. D. Mygind.* (A. *hiſpida*, fol cuneiformibus ſublyratis hiſpidis: caulinis ſemiamplexicaulibus lanceolatis, ſiliquis ſtrictis ancipitibus. *Ait. Kew. 2. p. 400.*)

Halleri. 8. A. fol. caulinis ſublyratis; rameis lanceolatis inciſis. *Caulis erectus, anguſtus. Folia lyrata, glabra. Flores albi.*

canadenſis. 9. A. fol. caulinis lanceolatis dentatis glabris, flor. pendulis.

pendula. 10. A. fol. amplexicaulibus, ſiliquis ancipitibus linearibus, calycibus ſubpiloſis. *Flores albi. Diſtincta ab A. Turrita.* — Arabis pendula *Iacq. hort. vind. v. 3. t. 34.* Heſperis *pendula*, foliis radicalibus petiolatis cordatis, reliquis amplexicaulibus ouato-lanceolatis. *Murr. in comm. gott. 1775. p. 38. t. 6.* M.

Turrita. 11. A. fol. amplexicaulibus, ſiliquis decuruis planis linearibus, calycibus ſubrugoſis. *Iacq. auſtr. t. 11. Flores ochroleuci.* (*Secundum ill. Retzium obſ. 3. p. 36. ab antecedente differt: caul. tenuiter villoſo, nec piloſo-hiſpido, fol. tomentoſis dentatis nec ſerratis, ſiliq. curuatis quidem, ſed non pendulis.*)

819.

819. TVRRITIS. *Siliqua* longiſſima, angulata. *Cal.* conniuens, erectus. *Cor.* erecta.

glabra. 1. T. foliis radicalibus dentatis hiſpidis; caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. — *Fl. dan. t. 809.* M.

hirſuta. 2. T. fol. omnibus hiſpidis, caulinis amplexicaulibus. (*Fl. dan. 1040. Pili in fol. furcati, in caule ſimplices.*)

alpina. 3. T. fol. radicalibus dentatis hiſpidis, caulinis ſemi-amplexicaulibus. ♂. ♃. *Statura omnino T. hirſutae, ſed Caulis laeuis et Folia caulina omnino glabra, integerrima, ſeſſilia vel baſi parum cordata et obtuſa, vixque ſemiam plexicaulia. Flores maiores ſunt: Petala alba, obtuſiſſima, obovato-oblonga, calyce duplo longiora. Calyx compreſſiuſculus, erectus. Flores diuerſam a T. hirſuta dictitant. Habitat in Auſtria. Iacq., item in Gotlandia.*

820. BRASSICA. *Cal.* erectus, conniuens. *Sem.* globoſa. *Glandula* inter ſtamina breuiora et piſtillum, interque longiora et calycem.

* *Stylo obtuſiuſculo.*

orientalis. 1. B. foliis cordatis amplexicaulibus glabris: radicalibus ſcabris integerrimis, ſiliquis tetragonis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 282.* M. *Petala alba. Folia omnia glabra.* (*Creſcit in Iaponia vbique culta agris, dum floret flauiſſimis, Thunb. iap. p. 261.*)

auſtriaca. 2. B. fol. cordatis amplexicaulibus glabris, omnibus integerrimis, ſiliquis tetragonis ſtriatis erectis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 3. t. 283.* M. (*Cfr. Roth. germ. 2. p. 102.*)

campeſtris. 3. B. radice cauleque tenui, fol. caulinis vniformibus cordatis ſeſſilibus. *Fl. dan. t. 550. Radix annua; Corolla lutea; Folia Radicalia lyrata, ſubhiſpida, Caulina laeuia.* (*Cfr. Roth. Abhandl. p. 42.*)

aruenſis. 4. B. fol. amplexicaulibus ſpathulatis repandis; ſummis cordatis integerrimis. *Mant. 568. 95.* Braſſica campeſtris, purpureo flore. *Cluſ. hiſt. 2. p. 127. Caulis inferne perennans. Syſt. nat. 3. p. 231.*

alpina.

alpina. 5. B. fol. caulinis cordato-ſagittatis amplexicaulibus, radicalibus ouatis, petalis erectis. *Mant.* 95. *Figuram miſit D. Grimm.*

Napus. 6. B. radice caulefcente fuſiformi. (*Ob cal. patentem generi:* Sinapis *affinis.*)

Rapa. 7. B. radice caulefcente orbiculari depreſſa carnoſa.

oleracea. 8. B. radice caulefcente tereti carnoſa.

chinenſis. 9. B. fol. oualibus ſubintegerrimis: floralibus amplexicaulibus lanceolatis, calycibus vngue petalorum longioribus. *Act. petrop.* 1761. *p.* 331.

violacea. 10. B. fol. lanceolato-ouatis glabris indiuiſis dentatis.

polymorpha. 11. B. fol. inferioribus lineari-lanceolatis pinnatifido-dentatis, ſuperioribus ſubulatis integris. *Murr. in comm. gott.* 1776. *p.* 35. *t.* 6. M.

** Erucae, *ſiliquis ſtylo enſiformi.*

Erucaſtrum. 12. B. fol. runcinatis, caule hiſpido, ſiliquis laevibus. (Eryſimum Erucaſtrum *Roth. germ. I. p.* 283.)

Eruca. 13. B. fol. lyratis, caule hirſuto, ſiliquis glabris.

veſicaria. 14. B. fol. runcinatis, ſiliquis hiſpidis tectis calyce tumido.

821. SINAPIS. *Cal.* patens. *Cor.* vngues recti. *Glandula* inter ſtamina breuiora et piſtillum, interque longiora et calycem.

arvenſis. 1. S. ſiliquis multangulis toroſo-turgidis laeuibus roſtro ancipiti longioribus. — *Fl. dan. t.* 753. M. *Siliquae laeues.* (*Caul. ramoſiſſim. Fol. ouata ſinuata.*)

orientalis. 2. S. ſiliquis retrorſum hiſpidis apice ſubtetragonis compreſſis. *Similis praecedenti. Siliquae roſtrum tantum laeue.* (*Fol. lata pinnatifida.*)

braſſicata. 3. S. fol. obouatis denticulatis laeuibus. *Syſt. nat.* 3. *p.* 631.

alba. 4. S. ſiliquis hiſpidis: roſtro obliquo longiſſimo enſiformi. *Mant.* 429. (*Curt. Fl. lond. ic.*)

nigra. 5. S. ſiliquis glabris racemo adpreſſis (ſubtetragonis.)

pyrenaica. 6. S. ſiliquis ſtriatis ſcabris, fol. runcinatis laeuibus. — *Iacq. hort. v.* 3. *t.* 97. M.

pubeſcens. 7. S. ſiliquis pubeſcentibus erectis roſtro compreſſo, fol. lyratis villoſis. *Mant.* 95.

chinenſis. 8. S. ſiliquis laeuibus ſubarticulatis patulis, fol. lyrato-runcinatis ſubhirſutis. *Mant.* 95.

iuncea.

iuncea. 9. S. ramis faſciculatis, fol. ſummis lanceolatis integerrimis. *Iacq. hort. v. 2. t. 171.* M.

erucoides. 10. S. ſiliquis laeuibus aequalibus, fol. lyratis oblongis glabris, caule ſcabro. *Mant. 429. — Iacq. hort. v. 2. t. 170.* M. (*Siliq. patentes glabrae. Petala obcordata alba Iacq.*)

Allioni. 11. S. ſiliquis ouato-oblongis patulis, fol. pinnatifidis: laciniis inciſis. *Iacq. in Litt. Hort. v. 2. t. 168.* M. (*Siliq. ex ouato oblongae rugoſae I.*)

hiſpanica. 12. S. fol. duplicato-pinnatis: laciniis linearibus.

millefolia. 13. S. fol. bipinnatis pinnulis ouatis, ſerratis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 3. Icon. rar.* M. (Siſymbrium *millefolium*, fol. ſupradecompoſitis tomentoſis, petalis calyce maioribus *Ait. Kew. 2. p. 391.*)

incana. 14. S. ſiliquis racemo adpreſſis laeuibus, fol. inferioribus lyratis ſcabris: ſummis lanceolatis, caule ſcabro. *Iacq. hort. v. 2. t. 169.* M. (*Siliq. compreſſae, primo hirſutae, dein glabrae. Iacq.*)

laeuigata. 15. S. ſiliquis laeuibus patulis, fol. lyratis glabris: ſummis lanceolatis, caule laeui.

cernua. 16. S. ſiliquis laeuibus patulis, folio radicali lyrato: lobo terminali maximo ouato inciſo dentato. *Thunb. iap. p. 261.* M.

iaponica. 17. S. ſiliquis laeuibus erectis, fol. inciſo-pinnatifidis glabris. *Thunb. iap. p. 262.* M.

822. RAPHANVS. *Cal.* clauſus, (ſetoſus.) *Siliqua* toroſa, ſubarticulata, teres. *Glandulae* melliferae 2 inter ſtamina breuiora et peſtillum, totidem inter ſtamina longiora et calycem.

ſatiuus. 1. R. ſiliquis teretibus toroſis bilocularibus.

caudatus. 2. R. ſiliquis decumbentibus tota planta longioribus. *Mant. 95. Linn. dec. 3. t. 10. Siliquae ſerpentiformes, longitudine caulis.*

Raphaniſtrum. 3. R. ſiliquis teretibus articulatis laeuibus vnilocularibus. *Vide Diſſert. de Raphania. c. tab. — Fl. dan. t. 678. perperam Sinapis aruenſis inſcripta.* M. (*Caul. retrorſum hiſpidus, fol. infer. runcinata. De fruct. ſtructura cfr. Schkuhr Handb. 2. p. 281-82. t. 188.*)

ſibiricus. 4. R. ſiliquis teretibus toruloſis villoſis, fol. linearibus pinnatifidis. Raphanus ſibiricus. *Murr. in comm. gott. 1775. p. 48. t. 11.*

erucoi-

erucoides. 5. R. ſiliquis ouatis gibbis, roſtro longitudine ſiliquae. *Suppl. p. 299.*

823. BVNIAS. *Silicula* (drupacea) decidua, tetraëdra, angulis inaequalibus acuminatis muricata.

cornuta. 1. B. ſiliculis diuaricato-bicornibus baſi ſpinoſis. (Pugionium cornutum *Gaertn. l. c. 2. p. 290. t. 142.* Silicula *tranſuerſe oualis, vtrinque in proceſſum pugioniformem producta, 1-locular., eualuis, 1-ſperma.* Sem. *arillatum!* G.)

ſpinoſa. 2. B. racemis ſpineſcentibus. *Mant. 96.*

Erucago. 3. B. ſiliculis tetragonis; angulis bicriſtatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 340.* M. (*Cfr. Schkuhr l. c. p. 287.*)

orientalis. 4. B. ſiliculis ouatis gibbis verrucoſis.

cochlearioides. 5. B. ſiliculis cordato-ouatis laeuibus inflexis. *Murr. in comm. gott. 1777. p. 42. t. 3.* M.

Cakile. 6. B. ſiliculis ouatis laeuibus ancipitibus. *Mant. 430.* (Caul. *flexuoſus.* Fol. *ſucculenta.* Siliq. *ſub-4-angularis: interſtitiis ſolum coſtatis. Sow. engl. bot. t. 231.*)

myagroides. 7. B. ſiliculis biarticulatis ancipitibus ſuperne toruloſis, fol. pinnatis ſinubus reflexis. *Mant. 96.*

aegyptiaca. 8. B. ſiliculis tetragonis vndique verrucoſo-muricatis, fol. runcinatis. *Syſt. nat. 3. p. 231. Act. petrop. 12. p. 509. t. 11.* — *Iacq. hort. v. 2. t. 145.* M.

balearica. 9. B. ſiliculis hiſpidis, fol. pinnatis: foliolis ſubdentatis. *Mant. 429.* — *Iacq. hort. v. 2. t. 144.* M. *Habitat in Balearibus Dav. Royen.* ⊙ *Similis B. myagroidi, ſed Siliculae ſtatura B. Erucaginis, verum omnino, excepto roſtro, echinata, Racemi longi, Flores lutei.* (Succowia balearica *Med. l. c. p. 64. Ob Siliculam globoſam* veram.)

824. ISATIS. *Siliqua* lanceolata, vnilocularis, 1-ſperma, decidua, biualuis: valuulis nauicularibus.

tinctoria. 1. I. foliis radicalibus crenatis; caulinis ſagittatis, ſiliculis oblongis. (*Schk. Handb. II. p. 289. t. 188.*)

luſitanica. 2. I. fol. radicalibus crenatis; caulinis ſagittatis, pedunculis ſubtomentoſis.

armena. 3. I. fol. integerrimis cordatis poſtice obtuſis, ſiliculis cordatis.

aegyptia. 4. I. fol. omnibus dentatis.

825. CRAMBE. *Filamenta* 4 longiora apice bifurca: altero antherifero. *Bacca* ſicca, globoſa, decidua.

maritima. 1. C. foliis cauleque glabris. *Fl. dan. t. 316.*
orientalis. 2. C. fol. ſcabris, caule glabro. *Flores albi.*
hiſpanica. 3. C. fol. cauleque ſcabris. Myagrum ſphaerocarpum. *Iacq. obſ. 2. p. 20. t. 41.* (*Schkuhr l. c. p. 291.*
Tataria. 4. C. fol. decompoſito-multifidis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 274. t. 25.* Tataria vngarica. *Cluſ. hiſt. p. 181.* M.
fruticoſa. 5. C. fruticoſa, fol. ouatis pinnatifidis ſerratis canis: racemis in panicula effuſa dichotoma. *Suppl. p. 299.* Myagrum *arboreſcens*, ſiliculis ſubbiarticulatis, caule arboreſcente. *Iacq. in Litt. v. 3. Icon. rar. Ad characterem Myagri propius quam Crambis accedit; nempe filamenta bifurcata non ſunt, ſiliculae inſuper biarticulatae fere. Vtrumque genus aptiſſime iungeretur et vna ſiliculoſis accenſeretur.* M. (Myagrum arboreſcens *Iacq. diuerſa eſt ſpecies:* Crambe *ſtrigoſa*, fruteſcens, fol. baſi inaequalibus biauritis ſtrigoſis *L'Herit. Stirp. nov. p. 151. t. 72.*)

826. CLEOME. *Glandulae* nectariferae 3, ad ſingulum ſinum calycis ſingulae, excepto infimo. *Petala* omnia adſcendentia. *Siliqua* (*Capſ.* ſiliquoſa) vnilocularis, biualuis.

fruticoſa. 1. C. floribus gynandris tetrandris, foliis ſimplibus: caule fruticoſo. (*Hancce ſpeciem Vahlius nouo ab eo condito generi adſcripſit:* Strömia. Cal. *4-phyllus.* Nect. *ligulatum.* Bacca *corticoſa pedicellata.* Strömia *tetrandra*, fol. oblongis mucronatis nudis, flor. petaloideis tetrandris. *Vahl. Symb. I. p. 20.*)
heptaphylla. 2. C. flor. gynandris, fol. ſubſeptenatis, caule aculeato. *Bracteae lunares.*
pentaphylla. 3. C. flor. gynandris, fol. quinatis, caule inermi. *Iacq. hort. t. 24.*
triphylla. 4. C. flor. gynandris, fol. ternatis, caule inermi.
iuncea. 5. C. aphylla, flor. gynandris octandris, corymbis lateralibus genitalibus elongatis, ſiliqua lineari tomentoſa, caule fruticoſo. *Suppl. p. 300.* Cleome iuncea. *Sparrmam in act. Vpſ. nov. vol. 3. p. 192.*

polyga-

polygama. 6. G. flor. ſuperioribus tetrandris maſculis, fol. ternatis: foliolis ſeſſilibus margine ſubaculeatis.

Chelidonii. 7. C. flor. polyandris: foliolis quinis ſ. ſeptenis cuneiformibus ſcabris, racemis terminalibus, ſiliquis filiformibus. *Suppl. p. 300. Hirſuta.*

felina. 8. C. flor. polyandris, axillaribus ſolitariis pedunculatis, fol. ternatis cuneiformibus ſtrigoſis, ſiliquis linearibus compreſſis. *Suppl. p 300. Hiſpida.*

icoſandra. 9. C. flor. icoſitetrandris, fol. quinatis.

viſcoſa. 10. C. flor. dodecandris, fol. quinatis ternatisque. *Mant. 430.*

dodecandra. 11. C. flor. dodecandris, fol. ternatis. *Caulis viſcoſo pubeſcens, vti ſiliquae. Folia omnia ternata, elliptica, laeuia: intermedio maiore. Flores ſuperiores fere maſculi. Calyx purpuraſcens. Petala alba, emarginata. Stamina 10-14. Siliquae ſeſſiles, erectae, fuſiformes, ſubinflatae.*

gigantea. 12. C. flor. hexandris, fol. ſeptenatis, caule inermi. *Mant. 430. Syſt. nat. 3. p. 232. Iacq. obſ. 4. p. 1. t. 76. Planta ſpecioſa, teterrima.*

aculeata. 13. C. flor. hexandris, fol. ternatis integerrimis, ſtipulis ſpineſcentibus. *Syſt. nat. 3. p. 232.*

ſpinoſa. 14. flor. hexandris, fol. ſeptenatis quinatisque, caule ſpinoſo. — *Iacq. amer. pict. p. 93. (Stipulae 2; breuiſſ. ſpineſcentes, patenti-recuruae pungentes Iacq. Coll. 3. p. 216,)*

ſerrata. 15. C. flor. hexandris, fol. ternatis: foliolis lineari-lanceolatis ſerratis. — *Iacq. amer. pict. p. 93. t. 262. f. 73. quoad folia.* M.

ornithopodioides. 16. C. flor. hexandris, fol. ternatis: foliolis ouali-lanceolatis.

violacea. 17. C. flor. hexandris, fol. ternatis ſolitariisque: foliolis lanceolato-linearibus integerrimis. *Planta viſcoſo-pubeſcens. Foliola ſubaequalia: Floralia ſimplicia. Pedunculi lacues. Calyx luteus apicibus purpuraſcentibus. Petala 2 ſuperiora atropurpuraſcentia atomis flauis; Lateralia 2 cordata, vnguiculata, crenata, concoloria. Antherae purpuraſcentes. Receptaculum ſupra ſtamina glandulis 3-flauis, globoſis. Stamina declinata. Piſtillum declinatum.*

arabica. 18. C. flor. hexandris, fol. ternatis lanceolatis obtuſis, ſiliquis fuſiformibus viſcoſo-ſcabris. *Linn. dec. 3. t. 8.* Sinapiſtrum trifoliatum anguſtifolium,

ſiliqua latiore. *Shaw. afr. 558. f. 558. Planta viſcoſo-ſcabra, bipedalis, annua. Petioli longitudine foliorum. Foliola ſeſſilia, ſubtus ſcabra; Floralia ſimplicia. Petala lutea, apice purpurea. Siliquae nutantes, ſubdiaphanae. Semina hirſuta.*

monophylla. 19. C. flor. hexandris, fol. ſimplicibus ouato-lanceolatis petiolatis.

capenſis. 20. C. flor. hexandris, fol. ſimplicibus ſeſſilibus lineari-lanceolatis, caule angulato.

procumbens. 21. C. flor. hexandris, fol. ſimplicibus lanceolatis petiolatis, caul. procumbentibus. *Iacq. amer. 189. t. 120. — Ed. 2. pict. p. 93. t. 181.* M. *Habitat in Domingo in pratis.*

tenella. 22. C. (flor. hexandris,) fol. ternatis filiformibus linearibus. *Suppl. p. 300.* M. (Cfr. *Retz Obſ. bot. 4. p. 28.*)

CLAS-

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

TRIANDRIA.

1410. APHYTEIA. *Cal.* magnus, infundibuliformis, ſemitrifidus. *Petala* tria, fauci tubi calycis inſerta, illoque breuiora.

. . GALAXIA. *Cor.* 1-petala, 6-fida.

1318. LERCHEA. Monogyna. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma.

827. WALTHERIA. Monogyna. *Capſ.* 1-locularis, 1-ſperma.

1411. SYMPHONIA. Monogyna. *Cor.* globoſa. *Bacca* 5-locularis.

828. HERMANNIA. Pentagyna. *Capſ.* 5-locularis, 1-ſperma. *Petala* cucullata, obliqua.

829. MELOCHIA. Pentagyna. *Capſ.* 5-locularis, 1-ſperma.

HEPTANDRIA.

* *Gerania africana.*

OCTANDRIA.

1412. AITONIA. Monogyna. *Cor.* 4-petala. *Bacca* ſicca, 4-angularis, inflata.

ENNEANDRIA.

. . DRYANDRA. *Cal.* diphyllus. *Cor.* 5-petala. *An dioica?*

DECANDRIA.

830. CONNARVS. Monogyna. *Legum.* 1-loculare. *Stam.* alterna breuiſſima.

832. GERANIVM. Monogyna. *Capſ.* 5-cocca, roſtrata.

831. HVGONIA. Pentagyna. *Capſ.* 1-ſperma. *Stam.* in vrceolum.

ENDECANDRIA.

833. BROWNEA. Monogyna. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* exterior 5-fida: interior 5-petala.

DODECANDRIA.

834. PENTAPETES. Monogyna. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma. *Stam.* 5 elongata, colorata.

POLYANDRIA.

1414. GVSTAVIA. Monogyna. *Cal.* nullus. *Petala* plura. *Bacca* multilocularis. *Semina* appendiculata.

1344. GORDONIA. Monogyna. *Cal.* ſimplex, 5-phyllus. *Capſ.* 5-loculares. *Sem.* bina, alata.

642. MORISONIA. Monogyna. *Cal.* ſimplex, 2-fidus. *Bacca* capſularis, pedicellata. *Styl.* 1. *Petala* 4.

665. MESVA. Monogyna. *Cal.* ſimplex, 4-phyllus. *Nux* tetragona, 1-ſperma. *Piſt.* 1. *Petala* 4.

847. STEWARTIA. Pentagyna. *Cal.* ſimplex, patens. *Capſ.* locularis. *Sem.* ſolitaria.

837. SIDA. Submonogyna. *Cal.* ſimplex, angulatus. *Capſ.* locularis, 1-ſperma.

. . SOLANDRA. Monogyna. *Cal.* ſimplex. *Capſ.* toruloſa 5-locularis. *Sem.* multa duplici ordine.

835. BOMBAX. Monogyna. *Cal.* ſimplex. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma. *Stylus* indiuiſus. *Sem.* lanata.

836. ADANSONIA. Monogyna. *Cal.* ſimplex. *Capſ.* locularis, polyſperma: pulpa farinacea.

1413. BARRINGTONIA. Monogyna. *Cal.* ſimplex diphyllus, ſuperus. *Drupa. Nux* 1-ſ. 4-locularis.

1415. CAROLINEA. Monogyna. *Cal.* ſimplex, tubuloſus, truncatus. *Petala* enſiformia. *Pomum* 5-ſulcatum, 2-loculare.

845. GOSSYPIVM. Monogyna. *Cal.* exter. 3-fidus. *Capſ.* locularis, polyſperma, coadunata.

842. LAVATERA. Polygyna. *Cal.* exter. 3-fidus. *Arilli* 1-ſpermi, verticillati.

1266. MALACHRA. Polygyna. *Cal.* exter. triphyllus. *Arilli* 5, monoſpermi.

841. MALVA. Polygyna. *Cal.* exter. 3-phyllus. *Arilli* 1-ſpermi, verticillati, plures.

843. MALOPE. Polygyna. *Cal.* exter. 3-phyllus. *Arilli* 1-ſpermi, conglomerati.

844.

844. VRENA. Monogyna. *Cal.* exter. 5-fidus. *Arilli* 1-ſpermi, muricati, quini.
840. ALCEA. Polygyna. *Cal.* exter. 6-fidus. *Arilli* 1-ſpermi, plures.
846. HIBISCVS. Monogyna. *Cal.* exter. 8-fidus. *Capſ.* loculis polyſpermis, coadunatis.
839. ALTHAEA. Polygyna. *Cal.* exter. 9-fidus. *Arilli* 1-ſpermi, verticillati.
848. CAMELLIA. Monogyna. *Cal.* exter. imbricatus. *Capſ.* loculis polyſpermis. *Stylus* indiuiſus.

TRIANDRIA.

1410. APHYTEIA. *Cal* magnus, infundibuliformis, ſemitrifidus. *Petala* tria, fauci tubi calycis inſerta, illoque breuiora. *Suppl. p.* 48. *Thunb. Diſſ. nov. pl. gen. p.* 22. M.

Hydnora. APHYTEIA. *Suppl. p.* 301. *Linn. Diſſ. Plant. Aphyt. p.* 7. *ſqq. c. tab.* Hydnora africana. *Thunb. in act. holm. a.* 1775. *p.* 69. *t.* 2. *et. a.* 1777. *p.* 144. *t.* 4. *fig.* 1. 2. (Cfr. *Gaertn. de fr.* 2. *p.* 161-162. *t.* 157.)

:. GALAXIA. *Spatha* 1 valuis. *Cor.* 1-petala, 6-fida. *Thunb. Diſſ. n. pl. gen. p.* 50. M.

ouata. 1. G. foliis ouatis. *Thunb. l. c. p.* 51. *c. tab.* — Ixia Galaxia. *Suppl. p.* 93. M. (*Fol. primo intuitu vnicum mentiuntur faſciculum, ſingula lanceolato-oblonga. Stigm.* 3 *fidum: lacin.* 2 *-fidis dentatis. Iacq. Coll. IV. p.* 138.)

graminea. 2. G. fol. lineari-filiformibus. *Thunb. l. c. p.* 51. *c. tab.* — Ixia fugaciſſima. *Suppl. p.* 94. M. (*Iacq. Coll. II. p.* 366. *t.* 18. *f.* 2.)

(*Qui vlteriorem huius claſſis plantarum notitiam cupit, adeat celeberrimum* CAVANILLESII *opus, quod Auctor in* 10 *voluminibus ſub titulo:* Diſſertationes botanicae. Pariſ. ap. Didot *promulgauit; hae etiam in* VSTERII bot. Magazin et Annalen *recuſae proſtant.*)

PENTANDRIA.

1318. LERCHEA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* infundibulif. 5-fida. *Anth.* germinis Tubo inſidentes 5. *Stylus* 1. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma.

longicauda. LERCHEA. *Mant. 257. Folia oppoſita, lanceolata. Spica filiformis, longiſſima.*

827. WALTHERIA. Monogyna. *Capſ.* vnilocularis, 2-valuis, 1-ſperma.

americana. 1. W. foliis oualibus plicatis ſerrato-dentatis tomentoſis, capitulis pedunculatis. *Breynii figura dubia.*

anguſtifolia. 2. W. fol. lanceolatis ſerratis nudis.

indica. 3. W. fol. ouatis ſerratis plicatis, capitulis ſeſſilibus, Maluinda vlmifolia, floſculis puſillis muſcoſis. *Burm. Zeyl. 149. t. 68.*

1411. SYMPHONIA. Monogyna. *Cor.* globoſa. *Bacca* 5-locularis. *Suppl. p.* 49.

globulifera. 1. SYMPHONIA. *Suppl. p. 302.*

838. HERMANNIA. Pentagyna. *Capſ.* 5-locularis. *Petala* baſi ſemitubulata, obliqua.*)

althaeifolia. 1. H. foliis ouatis plicatis crenatis tomentoſis.

ſaluifolia. 2. H. fol. ouatis integris rugoſis tomentoſo-hiſpidis, floribus cernuis. *Suppl. p. 302.*

biſerrata. 3. H. fol. ouatis lanceolatis inaequalibus ſerratis glabris, flor. cernuis. *Suppl. p. 302.*

trifurca. 4. H. fol. lanceolatis integris tridentatisque, racemis ſecundis. *Flores caerulei.*

alnifolia. 5. H. fol. cuneiformibus lineatis plicatis crenato-emarginatis. *Berg. cap. 166.* Arbuſcula africana tricapſularis Ononidis vernae ſingulari folio. *Pluk. mant. 14. t. 239. f. 1. — Mill. illuſtr. ic.* M. *Folia lineata. Calyx paruus. Corollae albae, dein flaveſcentes.*

hyſſopifolia. 6. H. fol. lanceolatis obtuſis ſerratis. *Caulis erectus, ſtrictus.*

lauan-

---

*) *In Diſſ. botanica ill.* THVNBERGII De Hermannia. Vpſ. 1794. *Character genericus eſſentialis ita exprimitur:* Cor. *cucullata!* Capſ. *5-locularis. Etiam pro rationibus p. 4. allatis cum hoc genere nec inmerito coniunguntur* Maherniae *ſpecies tam Linnaeanae, quam ab aliis nuper deſcriptae.*)

lauandulifolia. 7. H. fol. lanceolatis obtuſis integerrimis.
denudata. 8. H. fol. lanceolatis acutis laeuibus ſuperne ſerratis. *Suppl. p. 301.*
glabrata. 9. H. fol. lanceolatis acutis inciſo-ſerratis glabris, flor. cernuis. *Supl. p. 301.*
ciliaris. 10. H. flor. lanceolatis acutis integris ſerratisque ciliatis. *Suppl. p. 302.*
linifolia. 11. H. fol. linearibus, pedunc. vnifloris † *Burm. prodr. 18.*
filifolia. 12. H. fol. lineari-triquetris integerrimis. *Suppl. p. 302.*
trifoliata. 13. H. fol. ternatis ſeſſilibus plicatis retuſis tomentoſis. *Mant. 431.*
triphylla. 14. H. fol. ternatis petiolatis planis obouatis. (Connarus *decumbens* fol. ternatis hirſutis: foliolis obouatis exciſis, caul. decumbente herbaceo *Thunb. in Römers bot. Archiv. p. 2. t. 1.*)
groſſularifolia. 15. H. fol. lanceolatis pinnatifidis (piloſis, caul. erecto ſcabrido, ſtipul. ouatis acutis *Thunb. l. c. nr. 22.*)
pulchella. 16. H. fol. lanceolatis pinnatifidis: pinnis integris inciſisque, caule erecto laeui. *Suppl. p. 302.*
diffuſa. 17. H. fol. lanceolatis pinnatifidis: pinnis integris dentatisque, pedunculis capillaribus bifloris, caule procumbente. *Suppl. p. 302.*

829. MELOCHIA. Pentagyna. *Capſ.* 5-locularis, 1-ſperma.

pyramidata. 1. M. floribus vmbellatis, capſulis pyramidatis pentagonis: angulis mucronatis, foliis nudis. Melochia dominicenſis. *Iacq. amer. 198. Hort. t. 30. An Iacquini diuerſa?*
tomentoſa. 2. M. flor. vmbellatis axillaribus, capſulis pyramidatis pentagonis: angulis mucronatis, fol. tomentoſis. ♄.
depreſſa. 3. M. flor. ſolitariis, capſulis depreſſis pentagonis: angulis obtuſis ciliatis.
concatenata. 4. M. racemis confertis terminalibus, capſulis globoſis ſeſſilibus.
corchorifolia. 5. M. flor. capitatis ſeſſilibus, capſulis ſubrotundis, fol. ſubcordatis ſublobatis. (*Dill. elth. t. 176.*)
ſupina. 6. M. flor. capitatis, fol. ouatis ſerratis, caulibus procumbentibus.

odorata. 7. M. paniculis pedunculatis compoſitis, fol. ouatis ſubcordatis ſublobatis biſerratis glabris. *Suppl. p.* 302.

OCTANDRIA.

1412. AITONIA. Monogyna. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala. *Bacca* ſicca, 4-angularis, 1-locularis, polyſperma. *Suppl. p.* 49. — *Thunb. Diſſ. nov. pl. gen. p.* 52. M.

capenſis. 1. AITONIA. *Suppl. p.* 303. — *Thunb. l. c. p.* 52. *it. in act. lund. T.* 1. *p.* 166. *c. fig.* (*Curt. bot. Mag. t.* 173.)

ENNEANDRIA.

. . DRYANDRA. *Cal.* diphyllus. *Cor.* 5-petala. *An dioica? Thunb. Diſſ. gen. nov. pl. p.* 60. M.

cordata. 1. DRYANDRA. *Thunb. l. c. Iacq. p.* 267. *t.* 27. Dodicku et Abraſin. *Kaempf. am. exot. p.* 789. M.

DECANDRIA.

830. CONNARVS. Monogyna. *Stigma* ſimplex. *Capſ.* 2-valuis, 1-locularis, 1-ſperma.

monocarpos. 1. CONNARVS.

831. HVGONIA. Pentagyna. *Cor.* 5-petala. *Drupa* nucleo ſtriato.

Myſtax. 1. HVGONIA ſpinis oppoſitis reuolutis.

832. GERANIVM. Monogyna. *Stigmat.* 5. *Fructus* roſtratus, 5-coccus.*)

* AFRICANA. *Staminibus 7 antheriferis; Foliis alternis; Pedunculis multifloris. Fruticoſa.*

PELARGONIVM. *Cal.* 5 partitus: lacinia ſuprema deſinente in tubulum capillarem nectariferum ſecus pedunculum decurrentem. *Cor.* 5-petala irregularis. *Filam.* 10 inaequalia, quorum 3, raro 5, caſtrata. *Fruct.* 5-coccus roſtratus: roſtra ſpiralia introrſum barbata.

fulgidum.

---

*) *Vaſtiſſimum hocce genus, inprimis recentioribus detectis, quamuis naturale in tria diuerſa nunc diuulſit genera ill.* L'HERITIER *in opere ſpeciali, cui titulus:* Geranologia Pariſ. *1788. Ex quo nomina generica nec non eorum characteres ſub quauis familia Linnaeana, quae talium ſpecierum plurimas continet, ſupponi, non abs re duxi.*)

fulgidum. 1. G. calycibus monophyllis, foliis tripartitis inciſis: intermedio maiore, vmbellis geminis, caule carnoſo fruticoſo.

inquinans. 2. G. calyc. monophyllis, fol. orbiculato-reniformibus tomentoſis crenatis integriuſculis, caule fruticoſo. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

hybridum. 3. G. calycibus monophyllis, fol. ſuborbiculatis glabris crenatis integris, caule fruticoſo. *Mant. 97.*

acetoſum. 4. G. calycibus monophyllis, fol. glabris obouatis carnoſis crenatis, caule fruticoſo laxo.

papilionaceum. 5. G. calyc. monophyllis, coroll. papilionaceis: alis carinaque minutis, fol. angulatis, caule fruticoſo. *Floret primo vere.*

hermannifolium. 6. G. cal. monophyllis, fol. lobatis crenatis ſubcucullatis, ſtipulis cordatis inuolucrisque hiſpido-muricatis, caule fruticoſo. *Suppl. p. 305.* Geranium *hermannifolium* cal. monophyllis, fol. cuneiformibus plicatis ſcabris ſuperne ſerratis, caule fruticoſo. *Berg. cap. 177. Mant. 569. Syſt. ed. 13. p. 511.* (Geranium hermannifolium *Lin. fil. Suppl., vtpote non eadem ſpecies ac* G. hermannifolium *Lin. patr. Mant., a b. Aitonio Kew. p. 430 ad ſequens refertur.*)

criſpum. 7. G. cal. monophyllis, fol. reniformibus criſpis ſcabris, caule fruticoſo. *Mant. 257. Berg. cap. 176. Folia minuta, quinqueloba, odore Meliſſae. Flores violacei. Pedunculi ſaepius biflori.*

ſcabrum. 8. G. calyc. monophyllis, fol. cuneiformibus multifido laciniatis ſcabris, caule fruticoſo.

betulinum. 9. G. calyc. monophyllis, fol. ouatis inaequaliter ſerratis planis, caule fruticoſo. *Berg. cap. 432. Pluk. mant. 90. t. 415. f. 3.*

cucullatum. 10. G. calyc. monophyllis, fol. cucullatis dentatis, caule fruticoſo. *Mant. 432. Berg. cap. 174.* Geranium africanum maximum. *Riv. pent. 325. Reliquis robuſtior at hirſutior planta.* (Cfr. *Ait. Kew. 2. p. 426. et Retz. obſ. 5. p. 5.*)

carnoſum. 11. G. calyc. monophyllis, caule fruticoſo articulis carnoſo-gibboſis, foliis pinnatifidis, petalis linearibus.

gibboſum. 12. G. calyc. monophyllis, caule fruticoſo geniculis carnoſis gibboſis, fol. ſubpinnatis. Geranium foliis Aquilegiae. *Riv. pent. 327.*

peltatum.

peltatum. 13. G. calyc. monophyllis, fol. quinquelobis integerrimis glabris ſubpeltatis, caule fruticoſo. *Planta procumbens.*

zonale. 14. G. calyc. monophyllis, fol. cordato-orbiculatis inciſis zona notatis, caule fruticoſo. *Folia diſco zona rotundata.*

vitifolium. 15. G. calyc. monophyllis, fol. lobatis adſcendentibus pubeſcentibus, floribus capitatis, caule fruticoſo.

bicolor. 16. G. calyc. monophyllis, fol. cordatis tripartitis lobatis hirſutis, floribus capitatis, caule fruticoſo. *Iacq. in Litt. Hort. v. 1. t. 39.* M.

capitatum. 17. G. calyc. monophyllis, fol. lobatis vndatis villoſis, floribus capitatis, caule fruticoſo diffuſo. Geranium Maluae folio. *Riv. pent. 326.*

tabulare. 18. G. calyc. monophyllis, fol. cordatis ſublobatis crenato-dentatis glabris ſubciliatis, caule fruticoſo. *Similis G. zonali, ſed caulis perit maximam partem ſupra radicem.*

cotyledonis. 19. G. calyc. monophyllis, fol. cordato-orbiculatis peltatis cucullatis crenatis pubeſcentibus. *Mant. 569.*

abrotanifolium. 20. G. calyc. monophyllis, fol. multifidis linearibus incanis, (*addo* M.) caule ſuffruticoſo. *Suppl. p. 304.*

hiſpidum. 21. G. calyc. monophyllis, fol. palmatis dentato-hiſpidis, vmbellis compoſitis, inuolucris reflexis, caule fruticoſo hiſpido. *Suppl. p. 304.*

glaucum. 22. G. calyc. monophyllis, foliis lanceolatis integerrimis glaucis, caule erecto ſuffruticoſo. *Suppl. p. 306. (Var. fol. ſerrulatis Retz. obſ. 5. p. 5.)*

** *Staminibus 7 antheriferis; Foliis oppoſitis. Herbacea.*

alchimilloides. 23. G. calyc. monophyllis, fol. orbiculatis palmatis inciſis piloſis, caule herbaceo decumbente. *Riv. pent. 331.*

flauum. 24. G. calyc. monophyllis, fol. trifariam alternatim pinnatis: foliolis pinnatifidis, ſcapis hirtis. *Burm. prodr. 19. Mant. 257. Petalum quintum incluſum.*

odoratiſſimum. 25. G. calyc. monophyllis, caule carnoſo breuiſſimo, ramis herbaceis longis, foliis cordatis molliſſimis.

alceoides. 26. G. calyc. monophyllis, fol. ternatis trifidis laciniatis, caule herbaceo hirto. *Martini figura aliena. Stam. 5.*

groſſularioides. 27. G. calyc. monophyllis, fol. cordatis ſubrotundis lineatis inciſis crenatis, caule herbaceo. *Mant.* 432. Geranium afr. flore minuto. *Riv. pent.* 337. *Antherae* 4.

althaeoides. 28. G. calyc. monophyllis, fol. ouatis plicatis ſinuatis tomentoſis crenatis, caule proſtrato herbaceo. *Mant.* 433. *Petala macula nigra.* (Pelargonium althaeoides. *Iacq. Col. IV. p.* 185. *t.* 21. *f.* 2.)

coriandrifolium. 29. G. calyc. monophyllis, fol. bipinnatis linearibus ſquarroſis, caule herbaceo laeuiuſculo.

myrrhifolium. 30. G. calyc. monophyllis, fol. bipinnatis: inferioribus cordatis lobatis, caule herbaceo, calycibus ſtrigoſis. *Mant.* 433. *Berg. cap.* 178. *Petala* 4. *Antherae* 5; *alternis ſterilibus, vt in* ſubdiuiſione 3a. *Diſcus foliorum fuſceſcens.*

prolificum. 31. G. calyc. monophyllis, ſcapis radicalibus, vmbella compoſita globoſa. *Corollae nigrae.*

auritum. 32. G. calyc. monophyllis, ſcapis radicalibus, vmbella compoſita diuiſa, fol. oualibus ſimpliciuſculis. *Mant.* 433. Geranium prolificum δ, ε, ζ. *Sp. plant.* 950. Geranium capenſe hirſutum, radice rapae, flore atro-purpureo. *Seb. muſ.* 1. *p.* 28. *t.* 18. *f.* 8. *Corolla atra. Antherae* 5. *Variat Foliis oblongis indiuiſis et trilobis. Sapor acidus.*

lobatum. 33. G. calyc. monophyllis, caule truncato, ſcapis ſubradicalibus, vmbella compoſita.

triſte. 34. G. calyc. monophyllis ſeſſilibus, ſcapis bifidis monophyllis. *Corollae colore et odore triſtes.*

daucifolium. 35. G. calyc. monophyllis, fol. hirtis alternatim tripinnatis, foliolis pinnatifidis. *Murr. in comm. gott.* 1780. *p.* 13. *t.* 4. Geranium africanum folio Staphylini. *Riuin. flor. irreg. pentap. c. tab.* M. (*Vt Synonymum ad* G. flauum *retulit Aitonius Kew.* 2. *p.* 718.)

*** MYRRHINA. *Staminibus quinque antheriferis; Cal.* 5-*phyllis. Fructus declinati.*

ERODIVM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Nect. Squamulae* 5, cum filamentis alternantes, et *Glandulae* nectariferae baſi ſtaminum inſidentes. *Fruct.* 5-coccus, roſtratus: roſtra ſpiralia, introrſum barbata.

romanum. 36. G. pedunculis multifloris, flor. pentandris, fol. pinnatis inciſis, ſcapis radicalibus. *Confer* Geranium petraeum. *Magn. monſp.* 109. Geranium foeti-

foetidum. *Lob. illuſtr. 134. Moriſ. hiſt. 2. p. 516. ſ. 5. t. 14. f. 27. forte ſola varietas.*

cicutarium. 37. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. pinnatis inciſis obtuſis, caule ramoſo.

moſchatum. 38. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. pinnatis inciſis, cotyledonibus pinnatifidis. *Iacq. hort. 55.*

chium. 39. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. cordatis inciſis; ſuperioribus lyrato-pinnatifidis. (Erodium *Chium*, pedunc. multifloris, fol. cordatis inciſis: ſummis trilobatis, lobis tripartito-inciſis *Willd. Phytogr. p. 10.*)

malacoides. 40. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. cordatis ſublobatis. *Petioli oppoſiti altero breuiore.*

maritimum. 41. G. pedunc. ſubtrifloris, flor. pentandris, fol. cordatis crenatis inciſis ſcabris, caulibus depreſſis. *Pedunculi ſaepe 2-flori. Petala integra.*

glaucophyllum. 42. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. ouatis ſerratis lineatis incanis. *Mant. 433.* (*Fol. crenata ſublobata craſſa. Vahl Symb. I. p. 49.*)

arduinum. 43. G. pedunc. multifloris, flor. pentandris, fol. cordatis quinquelobis, ſcapis radicalibus.

gruinum. 44. G. pedunc. ſubmultifloris, flor. pentandris, fol. ternatis lobatis. (*Fruct. longiſſimi.*)

ciconium. 45. G. pedunc. multifloris, floribus pentandris, fol. pinnatifidis obtuſis. *Iacq. hort. 18.*

**** BATRACHIA. *Staminibus 10 antheriferis; Pedunc. 2-floris.* ♃.

GERANIUM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala regularis. *Nect.* glandudulae 5 melliferae, baſi filam. longiorum adnatae. *Fruct.* 5-coccus roſtratus: *roſtra* ſimplicia nuda, (nec ſpiralia, nec barbata.)

tuberoſum. 46. G. pedunc. bifloris, fol. multipartitis: laciniis linearibus ſubdiuiſis obtuſis.

macrorhizum. 47. G. pedunc. bifloris, calycibus inflatis, petal. integris, piſtillo longiſſimo, ſcapo dichotomo. *Mant. 434.*

phaeum. 48. G. pedunc. ſolitariis oppoſitifoliis, calycibus ſubariſtatis, caule erecto, petalis vndulatis.

fuſcum. 49. G. pedunc. bifloris oppoſitifoliis geminis, caule patulo, petalis integerrimis. *Mant. 97.*

reflexum. 50. G. pedunc. bifloris foliisque alternis, petal. reflexis laciniatis longitudine calycis mutici. *Mant. 256.*

256. Geranium flore purpureo reflexo, lucidum. *Barr. ic. 39. Affine G. phaeo et fuſco.*

nodoſum. 51. G. pedunc. bifloris, petal. emarginatis, fol. caulinis trilobis integris ſerratis; ſubtus lucidis. *Mant. 434. Caules diffuſi, compreſſi magis quam in G. ſtriato. Petala emarginata, incarnata ſtriis 3 purpureis.*

ſtriatum. 52. G. pedunc. bifloris, foliis quinquelobis: lobis medio dilatatis, petalis bilobis venoſo-reticulatis. (*Curt. Mag. t. 55.*)

ſyluaticum. 53. G. pedunc. bifloris, fol. ſubpeltatis quinquelobis inciſo-ſerratis, caule erecto, petalis emarginatis. *Fl. dan. t. 124.* (Fol. *pilis adpreſſis gaudent, ſubtus pallida venis flexuoſis.* Petala *baſi ſubhirſuta.* Pedunc. *breues piloſi.* Arilli *hirſuti; annulo eleuato Sowerb. engl. bot. t. 121.*)

paluſtre. 54. G. pedunc. bifloris longiſſimis declinatis, petalis integris, foliis quinquelobis inciſis. *Fl. dan. t. 596. Rami diuaricatiſſimi, bifariam angulati angulis obtuſis. Petala neruis 3 fuſcis, baſi villoſa.*

pratenſe. 55. G. pedunc. bifloris, fol. ſubpeltatis multipartitis rugoſis acutis, petalis integris. (*Pet. radical. longi. Cal. et pedunc. hirſuti. Cor. magna violacea.*)

argenteum. 56. G. pedunc. bifloris, petalis emarginatis, foliis ſubpeltatis ſeptempartitis trifidis tomentoſo-ſericeis. (*Iacq. Ic. pl. rar.*)

maculatum. 57. G. pedunc. bifloris, caule dichotomo erecto, fol. quinquepartitis inciſis; ſummis ſeſſilibus.

pyrenaicum. 58. G. pedunc. bifloris, fol. inferioribus quinquepartito-multifidis rotundatis; ſuperioribus trilobis, caule erecto. *Hudſ. angl. 265.* † Geranium pedunc. bifloris, fol. multifidis: laciniis obtuſis inaequalibus, petalis bifidis. *Burm. ger. 27.* Geranium columbinum pyrenaicum perenne maximum. *Tournef. inſt. 268. — Mant. 97.* † (G. *pyrenaicum.* fol. rotundatis ſemiquinquelobis trilobisue inciſis petalis bilobis. *L'Herit. l. c. nr. 31.*)

***** *Staminibus 10 antheriferis; Pedunculis 2-floris.* ☉

bohemicum. 59. G. pedunc. bifloris, petalis emarginatis, arillis hirtis, cotyledonibus trifidis: medio truncato. *Cent. 176. Mant. 434.* (*Filam. ciliata Cauan. Arilli demum nigreſcunt.*)

rober-

robertianum. 60. G. pedunc. bifloris, calycibus piloſis decemangulatis. — *Fl. dan. t. 694.* M. *Habitat etiam in Arabia felici. Odor hircoſus.*

lucidum. 61. G. pedunc. bifloris, calycibus pyramidatis angulatis eleuato-rugoſis, fol. quinquelobis rotundatis. *Fl. dan. t. 213.*

molle. 62. G. pedunc. bifloris foliisque floralibus alternis, petalis bifidis, calycibus muticis, caule erectiuſculo. — *Fl. dan. t. 679.* M. *Stipulae 2-fidae.*

coroliniauum. 63. G. pedunc. bifloris, calycibus ariſtatis, fol. multifidis, arillis hirſutis, petalis emarginatis. *Mant. 434.*

columbinum. 64. G. pedunc. bifloris folio longioribus, fol. quinquepartito-multifidis, arillis glabris, calycibus ariſtatis. *Calyces magni. Petala emarginata. Hall.* (*Caul. nunc erectus, nunc depreſſus: ramis diuergentibus, pilis ſparſis adpreſſis. Pedunc. longiſſ.; nonnulli radicales.*)

incanum. 65. G. pedunc. bifloris, cal. ariſtatis, petal. integris, arillis hirſutis, fol. ſubdigitatis pinnatifidis

diſſectum. 66. G. pedunc. bifloris, fol. quinquepartito-trifidis petalis emarginatis longitudine calycis, arillis villoſis. *Petala pallido incarnata. Antherae caeruleae.* (*Arilli pubeſcentes demum nigreſcunt: roſtro pilis glanduliferis obtecto.*)

rotundifolium. 67. G. pedunc. bifloris, petalis ſubintegris longitudine calycis, caule proſtrato, fol. reniformibus inciſis. *Mant. 434.* (*Arillis laeuibus, piloſis: ſeminib. reticulatis. Sow. engl. bot. t. 157.*)

puſillum. 68. G. pedunc. bifloris, petalis emarginatis, caule depreſſo, fol. reniformibus palmatis linearibus acutis. *Mant. 435. Stamina quinque alterna caſtrata ſunt. Petala purpurea emarginata. Antherae caeruleae.* (*Arilli fuſci, per lentem pilis ſurſum adpreſſis veſtiti.*)

****** *Staminibus 10 antheriferis; Pedunculis 1-floris.*

ſibiricum. 69. G. pedunc. ſubunifloris, fol. quinquepartitis acutis: foliolis pinnatifidis. *Iacq. hort. t. 19.*

ſanguineum. 70. G. pedunc. vnifloris, fol. quinquepartitis trifidis orbiculatis. (*Bull. herb. t. 12.*)

ſpinoſum. 71. G. pedunc. vnifloris, caule carnoſo noduloſo: ſpinis ſolitariis ſtrictis. *Mant. 98.*

emargi-

emarginatum. 72. G. pedunc. vnifloris, fol. emarginatis ouatis crenatis. *Suppl. p. 306.*

Reichardi. 73. G. ſcapis vnifloris, fol. pleriſque oblongis trilobis vel quinquelobis inciſo-crenatis. *Murr. in comm. gott. 1780. p. 11. t. 3.* M. (Erodium chamaedryoides *L'Her. l. c. nr. 31. t. 6. Melius, ſi ſub nomine* E. Reichardi *haec ſpecies memoriae* I. I. Reichardi *editoris Syſt. Pl. Lin. conſecrata remaneret.*)

† *Species additae ex Supplemento plant.* *

appendiculatum. 74. G. calyc. monophyllis, fol. radicatis ſupradecompoſitis hirſutis, petiolis appendiculatis, vmbella ſcapo longiore. *Suppl. p. 304.*

Oenotherae. 75. G. calyc. monophyllis, fol. oppoſitis lanceolatis ſerrato-dentatis molliſſime tomentoſis, vmbella pauciflora. *Suppl. p. 304.*

variegatum. 76. G. glaucum, calyc. monophyllis, fol. alternis tri- ſ. quinquepartitis: lobis trifidis ſerratis, ſtipulis cordatis ouatis, vmbella pauciflora. *Suppl. p. 305.*

tetragonum. 77. G. carnoſum, caule tetragono ſcandente, fol. lobatis crenatis glabris, pedunculis bifloris. *Suppl. p. 305.* (Pelargonium tetragonum *L'Herit l. c. nr. 72. t. 23. Iacq. Coll. I. p. 92.*)

ſtipulaceum. 78. G. acaule, calyc. monophyllis, fol. oblongis inciſis ſerratis, ſtipulis ſubulatis rigidis albis, (addo M.) floribus vmbellatis. *Suppl. p. 306.*

incarnatum. 79. G. pedunculis bifloris, fol. tripartitis trifidis glabris, petalis integris, arillis glabris. *Suppl. p. 306.* (Erodium incarnatum *L'Herit. nr. 21.*)

quercifolium. 80. G. calyc. monophyllis, fol. pinnatifidis ſinubus rotundatis, lobis crenatis, floribus vmbellatis. *Suppl. p. 306.* (Pelargonium quercifolium *L'Herit. nr. 54. t. 14.* Geranium terebinthinaceum *Murray in comm. gotting. 7. p. 88. t. 4.*)

ternatum. 81. G. calyc. monophyllis, fol. ternatis: foliolis lobatis: lobis dentatis, floribus ſubumbellatis, caule hiſpido. *Suppl. p. 306.*

laeui-

* *Has tantum non omnes iunctim ſubnectere malui, quam ob defectum characterum, quibus ſubdiuiſiones generis nituntur, male collocare.* M.

laeuigatum. 82. G. glaucum, calyc. monophyllis, caule erecto, foliis pinnatifidis: laciniis integris lanceolatis. *Suppl. p. 306. Forte ſola varietas G. glauci.*

ENDECANDRIA.

833. BROWNEA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* duplex: Exterior 5-fida; Interior 5-petala. *Legum.* vniloculare.

coccinea. 1. BROWNEA. *Stamina naturaliter XI ſunt.*

DODECANDRIA.

834. PENTAPETES. *Cal.* 5-partitus. *Stam.* 20: horum 5 caſtrata longa. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma.

phoenicea. 1. P. foliis haſtato-lanceolatis ſerratis. Alceae indicae cognata. *Pluk. alm. 18. t. 255. f. 3. Trew. rar. 7. t. 5. — Mill. illuſtr. ic.* M. (*Cel. Cauanilles Diſſ. 3. nr. 184. hac in ſpecie Cal. duplicem, exter. 3-phyllum, vnilateralem, caducum obſeruauit, quare etiam nunc ab hocce genere auellitur.*)

ſuberifolia. 2. P. fol. ouatis repandis.

acerifolia. 3. P. fol. cordatis repandis.

POLYANDRIA.

1414. GVSTAVIA. *Cal.* o. *Petala* plura. *Bacca* multilocularis. *Semina* appendiculata. *Suppl. p.* 51.

auguſta. 1. GVSTAVIA. *Linn. Diſſ. Plant. ſurinam. p. 18. c. tab. Suppl. p. 313.* Pirigara tetrapetala. *Aubl. guian. p. 477. t. 192.* Perigara hexapetala. *Aubl. guian. p. 490. t. 193. (Cfr. Retz. l. c. p. 5.)*

836. ADANSONIA. *Cal.* ſimplex, deciduus. *Stylus* longiſſimus; *Stigmata* plura. *Capſ.* lignoſa, 10-locularis pulpa farinacea, polyſperma.

digitata. 1. ADANSONIA. (Caule monſtroſo, fol. digitatis, fruct. pendulis *Cauan. Diſſ. 5. p. 298. t. 157.*)

1413. BARINGTONIA. *Cal.* diphyllus, ſuperus. *Drupa. Nux* vni-ſ. 4-locularis. *Suppl. p.* 50. — Cfr. *Thunb. Diſſ. n. gen. p.* 47. *qui ad Polyandriam Monogyniam transferri iubet pone Mammeam.* M.

ſpecioſa. 1. BARINGTONIA. *Suppl. p. 312.* Mammea aſiatica. *Syſt. veget. ed. 13. p. 409. — Thunb. l. c. p. 47.* M. (*I. F. Mill. ic. 7.*)

1415.

1415. CAROLINEA. *Cal* ſimplex, tubuloſus, truncatus. *Petala* enſiformia. *Pomum* 5-ſulcatum, 2-loculare. *Suppl. p.* 51.

princeps. 1. CAROLINEA. *Suppl. p.* 314.

835. BOMBAX. *Cal.* 5-fidus. *Stam.* 5 ſ. multa. *Capſula* lignoſa, 5-locularis, 5-valuis. *Sem.* lanata. *Recept.* 5-gonum.

pentandrum. 1. B. floribus pentandris, foliis ſeptenatis. — *Iacq. amer. pict. p.* 94. *t.* 182. M. *Folia nunc integerrima, nunc ſerrata. Caulis tenerior aculeatus, adultior inermis. Flores numeroſiſſimi.*

Ceiba. 2. B. flor. polyandris, fol. quinatis. *Excluſo Rheede.* — *Iacq. amer. pict. p.* 94. *t.* 261. *f.* 54. *quoad fructum.* M.

heptaphyllum. 3. B. flor. polyandris, fol. ſeptenis. — *Iacq. amer. pict. p.* 95. *t.* 261. *f.* 55. *quoad calycem cum piſtillo et ſtamina.* M. Goſſypium ſ. Xylon arbor oriental. digitatis foliis laeuibus, fructu alba nitente lanugine. *Pluk. alm.* 172. *t.* 88. *f.* 4. Moulelavou. *Rheed. mal.* 3. *p.* 61. *t.* 52. *Rai. hiſt.* 1899.

goſſypinum. 4. B. fol. quinquelobis acuminatis ſubtus tomentoſis. *Fl. zeyl.* 222. *Simillimum* Goſſypio religioſo, *vt figura Plukenetii vtramque referat, ſed differt foliis ſubtus tomentoſis et ſtaminibus diſtinctis.* (Cfr. *Cauan. Diſſ.* 5. *p.* 298. *t.* 156.)

837. SIDA. *Cal.* ſimplex, angulatus. *Stylus* multipartitus. *Capſ.* plures, 1-ſpermae.

* *Quinque- 10-capſulares.*

ſpinoſa. 1. S. foliis cordato-oblongis ſerratis, ſtipulis ſetaceis, axillis ſubſpinoſis. *Rumph. amb.* 6. *t.* 18.

anguſtifolia. 2. S. fol. lineari-lanceolatis ſerratis ſubtus tomentoſis, ſtipulis ſetaceis axillis obtuſe triſpinoſis. *Murr. Fl. gott. p.* 220. *Mill. Gard. dict. Ed.* 8. *ſpec.* 3. M.

alba. 3. S. fol. cordatis ſubrotundis, ſtipulis ſetaceis, axillis ſubtriſpinoſis.

rhombifolia. 4. S. fol. lanceolato-rhomboidibus ſerratis, axillis ſubſpinoſis. *Varietas excludenda.*

alnifolia. 5. S. fol. orbiculatis plicatis ſerratis.

ciliaris. 6. S. fol. oualibus retuſis ſerratis, ſtipulis linearibus ciliatis, ſemin. muricatis.

retuſa. 7. S. fol. cuneiformibus retuſis ſerratis, ſubtus tomentoſis. *Rumph. amb. 6. t. 19.*

triquetra. 8. S. fol. cordatis ſerratis ſubtomentoſis: ramis triquetris. — *Iacq. hort. v. 2. t. 118. amer. pict. p. 96. t. 184.* M.

iamaicenſis. 9. S. fol. ouatis ſerratis tomentoſis, flor. axillaribus ſubpedunculatis, ſem. quinis bicornibus.

carpinifolia. 10. S. fol. bifariis ouato-lanceolatis ſerratis: ſerraturis arctatis, vmbellis axillaribus. *Suppl. p. 307. Frutex.* Sida *carpinifolia*, fol. oblongo-ouatis ſerrulatis bifariis, pedunculis axillaribus multifloris breuiſſimis, capſulis ſuboƈto-locularibus. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 3. Icon. rar.* M.

viſcoſa. 11. S. fol. cordatis crenatis tomentoſis, flor. ſubſolitariis, capſ. ſeptemlocularibus rotundis depreſſis.

cordifolia. 12. S. fol. cordatis ſubangulatis ſerratis villoſis.

vmbellata. 13. S. fol. cordatis ſubangulatis ſubtomentoſis, floribus vmbellatis, capſulis biroſtratis. — *Iacq. hort. v. 1. t. 56.* M.

paniculata. 14. S. fol. cordato-oblongis acuminatis ſerratis ſubtus tomentoſis, pedunculis capillaribus longiſſimis.

atroſanguinea. 15. S. fol. cordato-ouatis acutis ſerratis vtrinque villoſis, pedunculis vnifloris ſolitariis capillaribus, caule fruticoſo. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 3. Icon. rar.* M.

periplocifolia. 16. S. fol. cordato-lanceolatis integerrimis, caule paniculato.

vrens. 17. S. fol. cordatis ſerratis hiſpidis, pedunc. multifloris terminalibus glomeratis. *Murr. in comm. gott. 1772. p. 75. t. 5.* (*Cfr. Ehrh. Beytr. 6. p. 36.*)

arborea. 18. S. fol. cordatis ouatis acuminatis crenatis quinqueneruiis molliſſime tomentoſis, pedunculis axillaribus vnifloris. *Suppl. p. 307. Arbor.* (*L'Her. Stirp. nov. p. 131. t. 63.*)

*** Multicapſulares.*

occidentalis. 19. S. fol. cordatis ſublobatis, ſtipulis patentibus, pedunculis petiolo breuioribus, capſulis multilocularibus.

americana. 20. S. fol. cordatis oblongis indiuiſis, capſulis multilocularibus longitudine calycis: loculis lanceolatis.

Abutilon. 21. S. fol. ſubrotundo-cordatis indiuiſis, pedunc. folio breuioribus, capſul. multilocularibus: corniculis bifidis. *Calycis foliola complicata ſ. canaliculata.*

mauri-

mauritiana. 22. S. fol. cordatis acutis holoſericeis indiuiſis, pedunculis petiolo longioribus, capſulis multilocularibus hirſutis, caule fruticoſo. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 352. Icon. rar. t. 29.* M.

aſiatica. 23. S. fol. cordatis indiuiſis, ſtipulis reflexis, pedunculis longioribus, capſ. multilocularibus hirſutis calyce breuioribus. Abutilon hirſutum. *Rumph. amb. 4. p. 29. t. 10.* Beloeroe. *Rheed. mal. 6. p. 2. t. 4. Folia longiora quam lata, vt in S. americana. Capſulae truncatae, hirſutiſſimae.*

indica. 24. S. fol. cordatis ſublobatis, ſtipulis reflexis, pedunculis petiolo longioribus, capſulis multilocularibus ſcabris calyce longioribus. *Cam. hort. 3. t. 1. Pedunculi erecti. Capſulae terminatae angulo recto.*

criſpa. 25. S. fol. cordatis ſublobatis crenatis tomentoſis, capſulis cernuis inflatis multilocularibus crenatis repandis. *Mant. 445.* (*Fol. ſubtus tomentoſa: minora amplexicaulia.*)

criſtata. 26. S. fol. angulatis: inferioribus cordatis, ſuperioribus panduriformibus, capſul. multilocularibus. (Anoda haſtata *Cav. diſſ. de Sida. t. XI. f. 2. Ob Capſ. 1, multilocularem: loculis 1-ſpermis.* Cfr. *de Var. β. C. Med. Malvenfamilie p. 19. et Phil. Bot. p. 28.*)

† ——

ternata. 27. S. foliis ternatis, foliolis ſerratis. *Suppl. p. 307. Solitaria prodeat, quum de fructu nihil memoretur.* M.

. . SOLANDRA. *Cal.* ſimplex. *Capſ.* oblonga, toruloſa, 5-locularis. *Sem.* multa duplici ordine in loculamentis diſpoſita. *Valuulae poſt maturationem ad baſin vsque diuaricantur, introrſum diſſepimento alatae. Murr. in comment. gott. a.* 1784. *Quoniam nuper Suppl. plant. p.* 176. *vid. et ſupra p.* 272. *Solandra capenſis, olim dicta, ad genus Hydrocotyles tranſlata fuit: in memoriam veterani amici et botanici multis nominibus meritiſſimi et celeberrimi hocce genus dicendum duxi.* M.

lobata. 1. SOLANDRA. *Folia pleraque triloba. Inflorescentia corymboſo-racemoſa. Napaeam refert petalis oblongis apice integris.* M.

1266. MALACHRA. *Cal. commun.* 3-phyllus, multiflorus, maior. *Arilli* 5, monoſpermi.

capitata. 1. M. capitulis pedunculatis triphyllis ſeptemfloris.

radiata. 2. M. capitulis pedunculatis pentaphyllis multifloris, fol. palmatis. †

839. ALTHAEA. *Cal.* duplex: exterior 9-fidus. *Arilli* plurimi, monoſpermi.

officinalis. 1. A. foliis ſimplicibus tomentoſis. *Fl. dan. t. 530.* (*Fol. ſubtriloba.*)

cannabina. 2. A. fol. inferioribus palmatis, ſuperioribus digitatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 101.*

hirſuta. 3. A. fol. trifidis piloſo-hiſpidis, ſupra glabris, pedunc. ſolitariis vnifloris. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 170.* M. (*Fol. etiam ſuperne villoſa obſeruantur.*)

Ludwigii. 4. A. fol. lobatis vtrinque nudis, pedunc. congeſtis vnifloris. *Mant. 98. Murr. Fl. Gott. 169. Calyx interior lanatus.*

840. ALCEA. *Cal.* duplex; exterior 6-fidus. *Arilli* plures, monoſpermi.

roſea. 1. A. foliis ſinuato-anguloſis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

ficifolia. 2. A. fol. palmatis. *Varietas forte prioris.*

841. MALVA. *Cal.* duplex: exterior 3-phyllus. *Arilli* plurimi, monoſpermi.

* *Foliis indiuiſis.*

ſpicata. 1. M. foliis cordatis crenatis tomentoſis, ſpicis oblongis hirtis.

tomentoſa. 2. M. fol. cordatis crenatis tomentoſis, flor. lateralibus congeſtis, caule fruticoſo.

gangetica. 3. M. fol. cordatis obtuſis ſcabris, flor. ſeſſilibus glomeratis, arillis denis muticis crenulatis.

coromandeliana. 4. M. fol. ouato-oblongis acutis, flor. glomeratis, arillis denis tricuſpidatis.

americana. 5. M. fol. cordatis crenatis, flor. lateralibus ſolitariis; terminalibus ſpicatis. *Caulis pedalis, ſtrictus, teres, ſubpiloſus. Rami ex alis inferioribus, erecti. Folia indiuiſa, cordata, ſerrata, vix tomentoſa. Pedunculi axillares, erecti, ſolitarii, vniflori. Spica terminalis floribus multis, ſeſſilibus. Flores lutei, poſt meridiem explicati, petalis obcordatis. Calyx exterior linearis, patens,*

patens, longitudine interioris; interior baſi vrceolatus. Styli 10, capillares, ſtaminibus longiores.

** *Foliis angulatis.*

peruuiana. 6. M. caule erecto herbaceo, fol. palmatis, ſpicis ſecundis axillaribus, ſeminibus denticulatis. — *Iacq. hort. v. 2. t. 156.* M.

limenſis. 7. M. caule erecto herbaceo, fol. lobatis, ſpicis ſecundis axillaribus, ſeminibus laeuibus. — *Iacq. hort. v. 2. t. 141.* M.

bryonifolia. 8. M. caule fruticoſo tomentoſo, fol. pinnatis ſcabris, pedunculis multifloris. *Hall. emend. 15.*

capenſis. 9. M. fol. cordatis quinquelobis, caule arboreſcente.

virgata. 10. M. fol. baſi anguſtatis multiformibus partitis: laciniis inciſo-crenatis, pedunculis vnifloris, caule fruteſcente. *Murr. in comm. gott. 1779. p. 20. t. 6.* M.

balſamica. 11. M. fol. ſubcordatis ſublobatis inaequaliter ſerratis glutinoſis, caule fruticoſo. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 321. Icon. rar. t. 10.* M.

abutiloides. 12. M. fruticoſa, incana, fol. profunde lobatis ſinuatisque. *Suppl. p. 307.* (*Cfr. Retz. obſ. 4. p. 28.*)

caroliniana. 13. M. caule repente, fol. multifidis. *Fructus trepani figura ſupra tuberculatus ambitu ariſtis 2 e ſingulis loculis.*

paruiflora. 14. M. caule patulo, fol. angulatis, flor. axillaribus ſeſſilibus glomeratis, calycibus glabris patentibus. *Iacq. hort. t. 39.*

rotundifolia. 15. M. caule proſtrato, fol. cordato-orbiculatis obſolete quinquelobatis, pedunc. fructiferis declinatis. — *Fl. dan. t. 721.* M. (*Arilli villo denſo obtecti Erdmann bot. Beobacht. in bot. Annal. 5. p. 39.*)

ſherardiana. 16. M. caulib. proſtratis, fol. orbiculatis plicatis tomentoſis crenatis, pedunc. ſolitariis vnifloris arcuatis. *Sp. plant. 1674.* — *Iacq. hort. v. 2. t. 142.* M. Malua cretica minor hirſuta. *Buxb. cent. app. 46. f. 32. Pedunculi ſub floreſcentia arcuati, foliis breuioribus. Petala rubra rotundata cum mucrone. Capſulae plures quam 5 in orbem poſitae aut ſparſae.*

ſylueſtris. 17. M. caule erecto herbaceo, fol. ſeptemlobatis acutis, pedunculis petiolisque piloſis. (*Arilli glabri reticulati Erdm. l. c.*)

mauritiana. 18. M. caule erecto herbaceo, fol. quinquelobatis obtuſis, pedunculis petioliſque glabriuſculis.

fragrans. 19. M. caule erecto fruteſcente, fol. ſubrotundo-cordatis ſemiquinquelobis. *Iacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 33.* M.

hiſpanica. 20. M. caule erecto, fol. ſemiorbiculatis crenatis: calyce exteriore diphyllo. (*Cal. exteriorem et 3-phyllum obſeruaui: foliolis linearibus.*)

verticillata. 21. M. caule erecto, fol. angulatis, flor. axillaribus glomeratis ſeſſilibus, calyc. ſcabris. *Iacq. hort. t. 40.*

criſpa. 22. M. caule erecto, fol. angulatis criſpis, flor. axillaribus glomeratis.

Alcea. 23. M. caule erecto, fol. multipartitis ſcabriuſculis. *Caulis ſcaber pilis faſciculatis expanſis.*

moſchata. 24. M. caule erecto, fol. radicalibus reniformibus inciſis; caulinis quinquepartitis pinnato multifidis. *Differt a Malua Alcea: Floribus ambroſiacis; Caule humiliore pilis ſolitariis erectis inſidentibus puncto prominulo.* (*Fl. dan. t. 905.*)

tournefortiana. 25. M. caule decumbente, fol. radicalibus 5-partitis trilobis linearibus, pedunculis folio caulino longioribus. *Folia obtuſiora, ciliata, ad apices ſupra ſetis adſperſa. Caulis ad baſin valde ramoſi, proſtrati, aſſurgentes. Corollae calyce quadruplo maiores.*

aegyptia. 26. M. caule erecto, fol. palmatis dentatis, corollis calyce minoribus. *Iacq. hort. t. 65. Folia acutiora, ciliata, ſupra omnino glabra. Caulis erectus, ramis alternis in ſuperiore caulis parte; nullis ad radicem. Corollae non calyce longiores. Affinis M. tournefortianae.*

842. LAVATERA. *Cal.* duplex: exterior 3-fidus. *Arilli* plurimi, monoſpermi.

* *Caule fruticoſo.*

arborea. 1. L. caule arboreo, foliis ſeptemangularibus tomentoſis plicatis, pedunculis confertis vnifloris axillaribus.

micans. 2. L. caule arboreo, fol. ſeptemangularibus acutis crenatis plicatis tomentoſis, racemis terminalibus. (*Flor. magni roſei vti in Malua ſylueſtri.*)

olbia. 3. L. caule fruticoſo, fol. quinquelobo-haſtatis, pedunculis ſolitariis. *Iacq. hort. t. 73.*

triloba.

triloba. 4. L. caule fruticoſo, fol. ſubcordatis ſubtrilobis rotundatis crenatis, ſtipulis cordatis, pedunculis aggregatis vnifloris. *Iacq. hort. t. 74. In Spec. plant. p. 973. Calyx exterior; lege Calyx interior.*

luſitanica. 5. L. caule fruticoſo, fol. ſeptemangularibus tomentoſis plicatis, racemis terminalibus. †

americana. 6. L. caule fruticoſo, fol. cordatis indiuiſis crenatis acuminatis tomentoſis, pedunculis ſolitariis vnifloris.

** *Caule herbaceo.*

thuringiaca. 7. L. caule herbaceo, fructibus denudatis, calycibus inciſis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 311.* M.

cretica. 8. L. caule erecto, ramis inferioribus diffuſis, pedunculis confertis vnifloris, fol. lobatis: ſuperioribus acutis. *Iacq. hort. t. 41.*

trimeſtris. 9. L. caule ſcabro herbaceo, fol. lanceolatis, pedunculis vnifloris, fructibus orbiculo tectis. *Iacq. hort. t. 72.* (*Fol. inferiora orbiculata, ſuperiora triloba Neuenhahn in Ehrh. Beytr. 7. p. 123.*)

843. MALOPE. *Cal.* duplex; exterior 3-phyllus. *Arilli* glomerati, monoſpermi.

malacoides. 1. MALOPE foliis ouatis crenatis ſupra glabris.

844. VRENA. *Cal.* duplex: exterior 5-fidus. *Capſ.* 5-locularis, echinata, monoſperma.

lobata. 1. V. foliis angulatis. *Porus glanduloſus ſubtus in coſtis 3 intermediis foliorum.*

ſinuata. 2. V. fol. ſinuato-palmatis: ſinubus obtuſis. *Porus glanduloſus ſubtus in coſta 1 intermedia foliorum.*

Typhalaea. 3. V. fol. ellipticis, capſ. recuruato-tridentatis. *Mant. 258.* Vrena fruticoſa, foliis ſerratis oblongis, floribus conglobatis, pedunculis longiſſimis terminalibus. *Brown. iam. 281.* Malua ſcabioſae folio, capſulis tridentatis veſtibus adhaerentibus. *Barr. aequin. 73.*

procumbens. 4. V. fol. oblongis ſinuatis ſerratis, caule procumbente.

lepto-carpa. 5. V. fol. lanceolatis ſerratis. *Suppl. p. 308.*

americana. 6. V. fol. trifidis baſi integris. *Suppl. p. 308.*

845. GOSSYPIVM. *Cal.* duplex: exterior 3-fidus. *Capſ.* 4-locularis. *Sem.* lana obuoluta.

herbaceum. 1. G. foliis quinquelobis ſubtus eglanduloſis, caule herbaceo.

arboreum. 2. G. fol. palmatis: lobis lanceolatis, caule fruticoſo. *Inter foliorum ſinus ſaepe lacinula, vnde omnes ſinus obtuſi. Figurae Rumphii et Plukeneti dubiae.*

hirſutum. 3. G. fol. quinquelobis ſubtus vniglanduloſis, ramulis petioliſque pubeſcentibus. Goſſypium fruteſcens pentaphyllos barbadenſe. *Pluk. alm. 172. t. 299. f. 1. Variat foliis obtuſis; ſaepe bienne.*

religioſum. 4. G. fol. trilobis acutis ſubtus vniglanduloſis, ramulis nigro-punctatis. Goſſypium fruteſcens annuum, folio Vitis ampliore quinquefido. *Pluk. alm. 172. t. 188. f. 2? Habitat in Indiis* ♄. *Frutex ramis vix piloſis, ſed vti Petioli, adſperſus atomis nigris. Folia cordata, profunde triloba, in fertiliori ſolo quinqueloba, magnitudine palmae, acuminata, glandula vnica ſub coſta tantum media. Stamina omnino monadelpha.*

latifolium. 5. G. fol. acutis, infimis indiuiſis, reliquis trilobis ſubtus vniglanduloſis. *Murr. comm. gott. 1776. p. 32. t. 1.* M.

barbadenſe. 6. G. fol. trilobis integerrimis ſubtus triglanduloſis.

846. HIBISCVS. *Cal.* duplex: exterior polyphyllus. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma.

Moſcheutos. 1. H. foliis ouatis acuminatis ſerratis, caule ſimpliciſſimo, petiolis floriferis.

paluſtris. 2. H. caule herbaceo ſimpliciſſimo, fol. ouatis ſubtrilobis ſubtus tomentoſis, flor. axillaribus.

micranthus. 3. H. fol. ſubrotundis integris ſerratis, corollis reflexis obliquis. *Suppl. p. 308.*

vrens. 4. H. tomentoſus. fol. reniformibus crenatis, calycibus lanatis. *Suppl. p. 309.*

praemorſus. 5. H. hirſutus, fol. ouatis baſi anguſto-cordatis apice praemorſis crenatis, calycibus tomentoſis, ſeminibus tuberculatis. *Suppl. p. 309.* (H. *praemorſus*, fol. ſubrotundis dentato-ſerratis retuſis pubeſcentibus *Ait. Kew. 2. p. 454.* Pauonia cuneifolia *Cau. Diſſ. 3. p. 139.* Vrena praemorſa *L'Herit. Stirp. nov. t. 51.*)

cordifolius. 6. H. arboreſcens, tomentoſus, fol. cordatis ouatis ſerratis, flor. pedunculatis terminalibus, calyce polyphyllo lineari longo. *Suppl. p. 309.*

rigidus. 7. H. ſuffruticoſus, hirſutus, ramis ſimplicibus, fol. oblongis ſerratis, limbo corollae reflexo, ſeminibus lanatis. *Suppl. p. 310.*

ſororius.

ſororius. 8. H. fol. cordatis crenatis ſcabris, calycibus exterioribus teretibus apice dilatatis. *Suppl. p. 311.*

cancellatus. 9. H. caule debili hirto, fol. cordatis ſerratis, calycibus globoſis: radiis vicenis ſubulatis hirtis. *Suppl. p. 311.*

populneus. 10. H. fol. cordatis integerrimis, caule arboreo. *Calyce exteriore indiuiſo.* (*Ex obſeruatione perill. Bankſii nec non Cauanillis Calyx exterior omnino adeſt, qui triphyllus, ſed deciduus; vid. Cauan. Diſſ. 3. nr. 218. t. 56. f. 1.*)

tiliaceus. 11. H. fol. cordatis ſubrotundis indiuiſis acuminatis crenatis, caule arboreo, calyce exteriore decemdentato. *Folia iuniora ſubtriloba: ſubtus poris 3. Stipulae magnae, rotundatae.*

ſimplex. 12. H. fol. cordatis trilobis repandis integerrimis, caule arboreo ſimpliciſſimo.

Roſa ſinenſis. 13. H. fol. ouatis acuminatis ſerratis, caule arboreo, *Variat flore pleno.* (*Smith Spicil. t. 8.*)

braſilienſis. 14. H. fol. cordatis denticulatis, calycibus exterioribus duplo longioribus, caule fruticoſo: ramis hirtis.

phoeniceus. 15. H. fol. ouatis acuminatis ſerratis, pedunculis articulatis ſupra articulos incraſſatis, lobis longioribus, calycibus nudis, ſemine lanato. *Suppl. p. 310.* Hibiſcus *hirtus*, foliis lanceolato-ouatis acuminatis ſerratis, caule herbaceo: ramis ſcabris. *Syſt. ed. 13. p. 523.* huius Varietas eſt. Hibiſcus phoeniceus. *Iacq. hort. v. 3. p. 11. t. 14.* (Hibiſcum hirtum *Syſt. vt ſpeciem a* H. phoeniceo *omnino diſtinctam, reſtituendum monet Cauanilles l. c. nr. 225.*)

mutabilis. 16. H. fol. cordato-quinquangularibus obſoleto ſerratis, caule arboreo.

Maluauiſcus. 17. H. fol. cordatis crenatis: angulis lateralibus extimis paruis, caule arboreo. *Corolla conuoluta, erecta, coccinea, clauſa fauce lacinia laterali conniuente. Fructus Bacca ſphaerica: loculis 5 monoſpermis.* (Achania Maluauiſcus *Swartz prodr. p. 102.* Cal. *duplex: exterior polyphyllus.* Cor. *reuoluta.* Bacca *1-ſperma. Sw.* Maluauiſcus arborea *Cauan. Diſſ. 3. p. 131. t. 48. f. 1.*)

ſpinifex. 18. H. fol. cordatis crenatis indiuiſis, capſ. ſpinis exſtantibus. — *Iacq. hort. v. 2. t. 103. Amer. pict. p. 96. t. 185.* M. *Calyx exterior 5-fidus. Capſula*

ſpina

ſpina terminali 1; lateralibus 2, oppoſitae approximatis, vt in circumferentia 5 tantum appareant. (Pauonia ſpinifex *Cauan. l. c. t. 45. f. 2.*)

ſyriacus. 19. H. fol. cuneiformi-ouatis ſuperne inciſo-ſerratis, caule arboreo. (*Curt. Mag. t. 83.*)

ficulneus. 20. H. fol. quinquefido-palmatis, caule aculeato, flor. pedunculatis. *Aculei inſident verrucis rubris, ſaepe reflexi, quod non in H. Sabdariffa.*

Sabdariffa. 21. H. fol. ſerratis: inferioribus ouatis indiuiſis: ſuperioribus ſeptenis partitis, caule inermi, flor. ſeſſilibus. *Iacq. obſ. 2. t. 35. Caulis inermis linea a petiolis vtrinque decurrente. Petioli ſubtus aculeis retroſpectantibus.* (*Petioli in hortis ſemper inermes Swartz obſ. p. 270.*)

cannabinus. 22. H. fol. ſerratis: ſuperioribus palmatis quinquepartitis ſubtus vniglanduloſis, caule aculeato, flor. ſeſſilibus. *Caulis aculeis raris erectis. Folia 3-ſ. 5-partita. Petioli ſubtus aculeis rectis. Conuenit cum Sabdariffa: ſtructura, facie, ſerraturis glandula ſub foliis.*

ſurattenſis. 23. H. recuruato-aculeatus, fol. quinquelobis, calycibus exterioribus appendiculatis, ſtipulis ſemicordatis, flor. pedunculatis. *Mant. 436. Calyx quaſi radiatus.*

pedunculatus. 24. H. hirſutus, fol. quinquelobis dentatis, pedunculis axillaribus vnifloris elongatis. *Suppl. p. 309.*

Manihot. 25. H. fol. palmato-digitatis ſeptempartitis, caule petiolisque inermibus.

Abelmoſchus. 26. H. fol. ſubpeltato-cordatis ſeptemangularibus ratis, caule hiſpido. (*Semina fricata, aut carbonibus iniecta moſchum redolent. Plenk pl. offic. t. 543.*)

eſculentus. 27. H. fol. quinquepartito-pedatis, calycibus interioribus latere rumpentibus. *Iacq. obſ. 2. t. 35. Calyx exterior 12-partitus cadit cum corolla, remanente baſi. Interior 5-dentatus, latere rumpendus a Corolla explicanda.* (*Stigmata numero a 5-10 variant Cauan.*)

clypeatus. 28. H. fol. cordatis angulatis, capſulis turbinatis truncatis hiſpidis.

vitifolius. 29. H. fol. quinquangularibus acutis ſerratis, caule inermi, flor. cernuis. *Mant. 980. Lobi fructus compreſſi.*

zeyla-

zeilanicus. 30. H. fol. cordato-haſtatis, pedunculis alternis vnifloris geniculatis. *Mant. 436. Burm. ind. 153. t. 48. f. 3.* Ketmia Zeylanica vrens piloſa annua. *Seb. muſ. 2. t. 18. f. 3.* Alcea pentacoccos, Ranunculi auricomi folio et facie. *Pluk. alm. 13. t. 125. f. 3. Corolla plana. Stam. 10: exterioribus 5 ſaepe diſtinctis. Capſula 5-cocca.*

virginicus. 31. H. fol. inferioribus cordatis acuminatis ſerratis: ſuperioribus haſtatis. *Nimis affinis H. pentacarpo; anne varietas?*

pentacarpos. 32. H. fol. inferioribus cordatis angulatis: ſuperioribus ſubhaſtatis, flor. ſubnutantibus, piſtillo cernuo.

haſtatus. 33. H. incanus, fol. oblongis ſimplicibus baſi trilobis integerrimis, racemo terminali. *Suppl. p. 310.*

fraternus. 34. H. fol. trilobis calycibus exterioribus radiis teretibus: apice mucronato concauo. *Supp.. p. 311.* (*Cl. Swartzio l. c. a* H. Sabdariffa *non diuerſa videtur.*)

aethiopicus. 35. H. fol. ſubcuneatis ſubtridentatis: ſummis oppoſitis, flor. terminalibus. *Mant. 258.* Alcea Veſicariae ſimilis aethiopica moſchum redolens, folio ſummo margine crenato. *Pluk. alm. 13. t. 254. f. 2.*

Trionum. 36. H. fol. tripartitis inciſis, calycibus inflatis. *Varietas β. Caulis erectior, ſimplicior. Folia ſimplicia, ſemitrifida ſ. triloba: ſupremis 5 lobis. Pedunculi petiolis longiores. Folia Trioni e Malua capenſi ſcabroſa patre.* (*Var. β. nunc ſub nomine* Hibiſcus ternatus *ſeiunxit Cauanilles, qui cal. viridem inprimis vero ſecundum exactas Schkuhrii obſeruationes aſcidia humore repleta inter ſtamina habet.*)

847. STEWARTIA. *Cal.* ſimplex. *Stylus* ſimplex, ſtigmate 5-fido. *Pomum* exſuccum, 5-lobum, 1-ſpermum, 5-fariam diſſiliens.

Malacodendron. 1. STEWARTIA. *Duham. arb. 2. t. 284.* (*L'Herit. Stirp. nov. p. 153. t. 32. Potius cum laudato auctore* Stuartia *dicenda, qui hanc ſpeciem* ſtylis coalitis *et* cal. ecalyculato *a* Stuartia *ſua* pentagyna *diſtinguit.*)

1344. GORDONIA. *Cal.* ſimplex. *Stylus* pentagonus ſtigmate 5-fido. *Capſ.* 5-locularis. *Sem.* bina ala foliacea.

Laſian-

Laſianthus. 1. GORDONIA. *Ellis act. angl.* 1770. (*v.* 60. *p.* 518. *t.* 11. Hypericum Laſianthus. *Spec. plant.* 1101. Alcea floridana. *Cateſb. car.* 1. *p.* 44. *t.* 44. (Cfr. *Aiton. hort. Kew.* 2. *p.* 231. *et L'Her. l. c. p.* 155.)

848. CAMELLIA. *Cal.* imbricatus, polyphyllus: foliolis interioribus maioribus.

iaponica. 1. C. foliis acute ſerratis acuminatis. *Thunb iapon. p.* 272. M. Camellia iaponica. *Syſt. ed.* 13. *p.* 525. Thea chinenſis Pimentae iamaicenſis folio, flore roſeo. *Pet.gaz. t.* 33. *f.* 4. (*Schnevoogt Ic. pl. t. VII.*)

Saſanqua. 2. C. fol. obtuſe ſerratis emarginatis. *Thunb. l. c. p.* 273. *t.* 29. M.

665. MESVA. *Cal.* ſimplex, 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Piſt.* 1. *Nux* tetragona, 1-ſperma.

ferrea. 1. MESVA. foliis lanceolatis. Nagaſſarium. *Rumph. amb.* 7. *p.* 3. *t.* 2. Calophyllum Nagaſſarium. *Burm. ind.* 121.

642. MORISONIA. *Cal.* ſimplex, 2-fidus. *Cor.* 4-petala. *Piſt.* 1. *Bacca* cortice duro, 1-locularis, polyſperma, pedicellata.

americana. 1. MORISONIA. *Iacq. amer.* 156. *t.* 97. — *Ed.* 2. *pict. p.* 96. *t.* 144. M. (Capparis *Moriſonia*, pedunc. ſubquinquefloris, fol. oblongis coriaceis, cal. diphyllis, fruct. baccatis corticoſis *Swartz obſ. p.* 272.)

CLAS-

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

PENTANDRIA.

850. MONNIERIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ringens. *Filamentum* ſuperius antheris 2; inferius 3. *Capſulae* 5.

HEXANDRIA.

849. FVMARIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* ringens, baſi gibboſa nectarifera. *Filamenta* antheris 3.
1267. SARACA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida. *Filamenta* vtrinque 3 connexa.

OCTANDRIA.

851. POLYGALA. *Cal.* 2 laciniae alaeformes. *Cor.* vexillum cylindricum. *Stamina* connexa. *Capſ.* obcordata, 2-locularis.
852. SECVRIDACA. *Cal.* 3-phyllus. *Vexillum* nullum. *Legum.* 1-ſpermum ala ligulata.
1416. DALBERGIA. *Staminum Filamenta* 2, apice quadrifida. *Fructus* pedicellatus, non dehiſcens, leguminoſus, membranaceo-compreſſus, ſeminiferus.

DECANDRIA.

* *Stamina omnia connexa.*

853. NISSOLIA. *Legum.* 1-ſpermum, terminatum ala ligulata.

854.

VOLVBILES: *Phaſeolus*, *Dolichos*, *Clitoria*, *Glycine*.
PINNATAE absque impari: *Orobus*, *Piſum*, *Lathyrus*, *Vicia*, *Ervum*, *Arachis*, *Abrus*.
PINNATAE cum impari: *Biſerrula*, *Aſtragalus*, *Phaca*, *Hedyſarum*, *Glycyrrhiza*, *Indigofera*, *Galega*, *Colutea*, *Amorpha*, *Piſcidia*; *Müllera*.
TRIFOLIATAE: *Trifolium*, *Lotus*, *Medicago*, *Erythrina*, *Geniſta*, *Cytiſus*, *Ononis*, *Trigonella*, *Phaſeolus*, *Dolichos*, *Clitoria*.

854. PTEROCARPVS. *Legum.* foliaceum. *Stamina* bina trianthera.
861. AMORPHA. *Alae Carinaque* nullae.
855. ERYTHRINA. *Alae Carinaque* breuiſſimae. *Cal.* poro mellifero.
1286. ABRVS. *Filamenta* 9 baſi infima connexa latere ſuperiore dinſtincta. *S. m. ſphaerica.*
858. SPARTIVM. *Filamenta* adhaerentia germini. *Stigma* adnatum, villoſum.
859. GENISTA. *Piſtillum* deprimens carinam. *Stigma* involutum.
865. LVPINVS. *Antherae* alternae rotundae; alternae oblongae. *Legum.* coriaceum.
864. ANTHYLLIS. *Cal.* turgidus, includens ſiliquam.
856. PISCIDIA. *Legumen* alis 4 longitudinalibus.
857. BORBONIA. *Legumen* mucronatum. *Stigma* emarginatum.
881. VLEX. *Calyx* diphyllus. *Legum.* vix calyce longius.
876. ARACHIS. *Corolla* reſupinata. *Legum.* coriaceum.
895. EBENVS. *Corolla* alis obliteratis. *Legum.* monoſpermum.
860. ASPALATHVS. *Legumen* muticum, ouatum, ſubdiſpermum.
863. ONONIS. *Legumen* rhombeum, ſeſſile. *Vexillum* ſtriatum.
862. CROTALARIA. *Legumen* pedicellatum, turgidum.

** *Stigma pubeſcens;* nec priorum notae.

880. COLVTEA. *Legumen* inflatum, ſupra baſin dehiſcens.
866. PHASEOLVS. *Carina Stylusque* ſpirales.
867. DOLICHOS. *Vexillum* baſi callis duobus.
871. OROBVS. *Stylus* linearis, teretiuſculus, ſupra villoſus.
870. PISVM. *Stylus* ſupra carinatus villoſusque.
872. LATHYRVS. *Stylus* ſupra planus villoſusque.
873. VICIA. *Stylus* ſub ſtigmate barbatus.

*** *Legumen ſubbiloculare;* nec priorum.

892. ASTRAGALVS. *Legum.* 2-loculare, rotundatum.
893. BISERRVLA. *Legum.* 2-loculare, planum, dentatum.
891. PHACA. *Legum.* ſemibiloculare.

**** *Legumina ſubmonoſperma;* nec priorum.

894. PSORALEA. *Cal.* punctis glanduloſis.
896. TRIFOLIVM. *Legum.* vix calyce longius, 1-ſ. 2-ſpermum. *Flores* capitati.
882. GLYCYRRHIZA. *Cal.* 2-labiatus: ſuperiore 3-fido.

* *Legu-*

***** *Legumen ſubarticulatum.* *)

888. AESCHYNOMENE. *Legum.* articulis monoſpermis. *Cal.* bilabiatus.
887. HEDYSARVM. *Legum.* articulis ſubrotundis, compreſſis. *Carina* obtuſiſſima.
883. CORONILLA. *Legum.* iſthmis interceptum, rectum.
884. ORNITHOPVS. *Legum.* articulatum, arcuatum.
886. SCORPIVRVS. *Legum.* iſthmis interceptum, teretiuſculum, inuolutum.
885. HIPPOCREPIS. *Legum.* compreſſo - membranaceum: altera ſutura emarginaturis ad medium exciſa.
899. MEDICAGO. *Legum.* ſpirale, membranaceo - compreſſum. *Piſtillum* carinam deflectens.

****** *Legumen vniloculare polyſpermum;* nec priorum.

898. TRIGONELLA. *Vexillum Alaeque* patentes quaſi tripetalae. *Carina* minuta.
868. GLYCINE. *Carina* vexillum reflectens.
869. CLITORIA. *Vexillum* amplum alas obtegens. *Corolla* reſupinata.
879. ROBINIA. *Vexillum* reflexo - patens, ſubrotundum.
889. INDIGOFERA. *Carina* vtrinque denticulo.
875. CICER. *Calycis* 4 laciniae ſuperiores vexillo incumbentes.
874. ERVVM. *Calyx* 5-partitus, ſubaequalis, longitudine fere corollae.
1319. LIPARIA. *Calycis* lacinia infima elongata. *Alae* inferius bilobae.
877. CYTISVS. *Legum.* pedicellatum. *Calyx* bilabiatus.
1417. MÜLLERA. *Pericarpium* elongatum, carnoſum, moniliforme: *Globulis* monoſpermis.
890. GALEGA. *Legum.* lineare ſtriis oblique transuerſis.
virginiana. 3. C. fol. ternatis, calyc. geminis campanulatis. (*Cal. duplex: exterior 2-phyllus; interior tubulatus, 2-labiatus. Swartz. obſ. p. 283.*)
mariana. 4. C. fol. ternatis, calyc. cylindricis.
Galactia. 5. C. fol. ternatis, racemo erecto, flor. pendulis.

870. PISVM. *Stylus* triangulus, ſupra carinatus pubeſcens. *Calycis* laciniae ſuperiores 2 breuiores.
ſatiuum. 1. P. petiolis teretibus, ſtipulis inferne rotundatis crenatis, pedunculis multifloris.
aruenſe. 2. P. petiol. tetraphyllis, ſtipul. crenatis, pedunc. vnifloris.
maritimum. 3. P. petiol. ſupra planiuſculis, caule angulato, ſtipul. ſagittatis, pedunc. multifloris. *Fl. dan. t. 338.*
Ochrus. 4. P. petiol. decurrentibus membranaceis diphyllis, pedunc. vnifloris. (*Smith Spicil., t. 9. Generi Lathyro affinius videtur.*)

871. OROBVS. *Stylus* linearis. *Cal.* baſi obtuſus: laciniis ſuperioribus profundioribus, breuioribus.
lathyroides. 1. O. foliis coniugatis ſubſeſſilibus, ſtipulis dentatis.
hirſutus. 2. O. fol. coniugatis petiolatis, ſtipul. integris.
luteus. 3. O. fol. pinnatis ouato-oblongis, ſtipul. rotundato-lunatis dentatis. Orobus foliis ouato-lanceolatis, ſtipulis triangulis, caule ramoſo herbaceo. *Gmel. ſib. 4. p. 13. t. 4. Mant. 442.* Orobus foliis quinatis: foliolis ouato-oblongis, ſtipulis ſemiſagittatis, pedunculis longiſſimis, caule ſimplici. *Ger. prov. 492. Folia ſubtus glauca. Stipulae ſemiſagittatae, integerrimae, minime ſubrotundo-lunatae aut dentatae. Turra.*
vernus. 4. O. fol. pinnatis ouatis, ſtipul. ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici.
tuberoſus. 5. O. fol. pinnatis lanceolatis, ſtipul. ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. — *Fl. dan. t. 781.* M. (*Caul. inferne nudus, ſuperne alatus.*)
anguſtifolius. 6. O. fol. biiugis enſiformibus, *addo* ſubſeſſilibus M., ſtipul. ſubulatis, caule ſimplici. *Gmel. ſib. 4. t. 14. f. 5.*
albus. 7. O. fol. biiugis enſiformibus petiolatis, ſtipulis ſimplicibus, caule ſimplici. *Suppl. p. 327.* Orobus pannonicus. *Iacq. auſtr. vol. 1. p. 25. t. 39.* (*Caule tenui triangulari nudo ab* Orobo tenuifolio *Roth. germ. 2. p. 171. differre videtur.*)

caneſcens.

caneſcens. 8. O. caule ramoſo, fol. biiugis linearibus, ſtipulis ſemiſagittatis ſubulatis. *Suppl. p. 327.* Orobus anguſtifolius β. *Syſt. ed. 13. p. 550.* Orobus caule ramoſo, fol. quaterno-pinnatis linearibus, ſtipulis ſemiſagittatis ſubulatis. *Ger. prov. 493.* Orobus orientalis, foliis anguſtiſſimis coſtae breuiſſimae. *Tournef. cor. 26.* Araci ſ. Apios leguminoſae ſpecies toſſano carolo. *Bauh. hiſt. 2. p. 326.*

niger. 9. O. caule ramoſo, fol. ſexiugis ouato-oblongis.

pyrenaicus. 10. O. caule ramoſo, fol. biiugis lanceolatis neruoſis, ſtipul. ſubſpinoſis.

ſyluaticus. 11. O. caule ramoſo hirſuto decumbente, fol. ſubſeptemiugis.

872. LATHYRVS. *Stylus* planus, ſupra villoſus, ſuperne latior. *Cal.* laciniae ſuperiores 2 breuiores.

* *Pedunculis vnifloris.*

Aphaca. 1. L. pedunculis vnifloris, cirrhis aphyllis, ſtipulis ſagittato-cordatis. (*Curt. Fl. lond. ic. Fol. radicalia in tenera plantae aetate pinnata ſunt Curt. Mag. p. 110.*)

Niſſolia. 2. L. pedunc. vnifloris, fol. ſimplicibus, ſtip. ſubulatis. Niſſolia parua, flore purpureo. *Buxb. cent. 3. p. 84. t. 45. f. 1.* (*Fol. graminea, lanceolato-linearia, longiſſima Sow. engl. bot. t. 112.*)

amphicarpos. 3. L. pedunc. vnifloris calyce longioribus, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis. Lathyrus amphicarpos ſ. ſupra infraque terram ſiliquas gerens. *Moriſ. hiſt. 2. p. 51. ſ. 2. t. 23. f. 1.*

Cicera. 4. L. pedunc. vnifloris, cirrhis diphyllis, legum. ouatis compreſſis: dorſo canaliculatis. (*Legumen latum, ouali-oblongum Sp. pl. p. 1030.*)

ſatiuus. 5. L. pedunc. vnifloris, cirrhis diphyllis tetraphyllisque, legum. ouatis compreſſis dorſo bimarginatis. (*Curt. mag. t. 115.*)

inconſpicuus. 6. L. pedunc. vnifloris calyce breuioribus, cirrhis diphyllis ſimplicibus, foliol. lanceolatis. *Iacq. hort. t. 86.* (*Flores parui.*)

ſetiſolius. 7. L. pedunc. vnifloris, cirrhis diphyllis, foliol. ſetaceo-linearibus. *Ger. prov. 495. Caules ſubſolitarii. Foliola ſubauenia. Stipulae appendiculatae. Petiolus trifidus, ſtipula 3-plo longior. Legumen ouatum, turgidum. G.*

angula-

angulatus. 8. L. pedunc. vnifloris ariſtatis, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis, foliol. linearibus. *Ger. prov. 495. Caules multi. Foliola neruoſa. Stipulae lanceolatae. Petiolus vix ſtipula longior. Legumen oblongum, compreſſum. G.*

articulatus. 9. L. pedunc. ſubunifloris, cirrhis polyphyllis, foliol. alternis. (*Curt. mag. t. 253. Legum. articulatum.*)

*** Pedunculis bifloris.*

odoratus. 10. L. pedunc. bifloris, cirrhis diphyllis, foliol. ouato-oblongis, leguminibus hirſutis. (*Curt. mag. t. 60.*)

annuus. 11. L. pedunc. bifloris, cirrhis diphyllis, foliol. enſiformibus, legum. glabris, ſtipul. bipartitis. Lathyrus hiſpanicus. *Riv. tetr. 158.*

tingitanus. 12. L. pedunc. bifloris, cirrhis diphyllis: foliol. alternis lanceolatis glabris, ſtipulis lunatis. *Iacq. hort. t. 46.* (*Legumen lanceolatum ſubtoruloſum. A.* L. Cicera *caute diſtinguendum.*)

Clymenum. 13. L. pednnc. bifloris, cirrhis polyphyllis, ſtipul. dentatis.

**** Pedunculis multifloris.*

hirſutus. 14. L. pedunc. ſubtrifloris, cirrhis diphyllis, fol. lanceolatis, legum. hirſutis, ſem. ſcabris. *Pedunculi ſaepius triflori ſunt. Flores purpurei.* ⊙

tuberoſus. 15. L. pedunc. multifloris, cirrhis diphyllis: foliol. oualibus, internodiis nudis. (*Curt. mag. t. 111.*)

pratenſis. 16. L. pedunc. multifloris, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis: foliol. lanceolatis. *Fl. dan. t. 527.*

ſylueſtris. 17. L. pedunc. multifloris, cirrhis diphyllis: foliol. enſiformibus, internodiis membranaceis. *Fl. dan. t. 525.* (*Curt. Fl. lond. ic.*)

latifolius. 18. L. pedunc. multifloris, cirrhis diphyllis: foliol. lanceolatis, internodiis membranaceis. — *Mill. illuſtr. ic.* M. *Folia elliptica.*

heterophyllus. 19. L. pedunc. multifloris, cirrhis diphyllis tetraphyllisque: foliol. lanceolatis, internodiis membranaceis.

paluſtris. 20. L. pedunc. multifloris, cirrhis polyphyllis, ſtip. lanceolatis. *Fl. dan. t. 399.* (*Cfr. Sowerb. engl. bot. p. 169. t. 169. Flor. dilute purpuraſc. Caulis alatus, fol. lanceolato-linearia.*)

piſifor-

piſiformis. 21. L. pedunc. multifloris, cirrhis polyphyllis, ſtipulis ouatis foliolo latioribus. *Linn. dec. 30. t. 20.* Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis heterophyllis, ſtipulis maximis. *Gmel. ſib. 4. p. 7. t. 1.*

873. VICIA. *Stigma* latere inferiore transuerſe barbatum.

* *Pedunculis elongatis.*

piſiformis. 1. V. pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis, foliolis ouatis: infimis ſeſſilibus. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 364.* M. *Flores ochroleuci.*

dumetorum. 2. V. pedunc. multifloris, foliol. reflexis ouatis mucronatis, ſtip. ſubdentatis. (*Caul. latere vtrinque membrana craſſa alatus. Flor. rubri.*)

ſyluatica. 3. V. pedunc. multifloris, foliol. oualibus, ſtip. denticulatis. *Fl. dan. t. 277.* (*Sow. engl. bot. Flor. racemoſi albido-caerulei.*)

caſſubica. 4. V. pedunc. ſubſexfloris, foliol. denis ouatis acutis, ſtip. integris. *Fl. dan. t. 98.*

Cracca. 5. V. pedunc. multifloris, flor. imbricatis, foliol. lanceolatis pubeſcentibus, ſtip. integris. — *Fl. dan. t. 804.* M.

Gerardi. 6. V. pedunc. multifloris, foliolis oblongis, ſubpubeſcentibus, ſtipulis integris, caule erecto. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. vol. 3. t. 229.* M. (*Secundum Retz. obſ. bot. 6. p. 33 non diuerſa a nr. 4. Verum tam foliorum, quam florum numerus in ſpecie Iacquini maior eſt.*)

onobrychioides. 7. V. pedunc. multifloris, flor. diſtantibus, foliol. linearibus, ſtip. inferne denticulatis. *Legumina latiſſima.*

niſſoliana. 8. V. pedunc. multifloris, foliol. oblongis, ſtip. integris, legum. villoſis ouato-oblongis.

biennis. 9. V. pedunc. multifloris, petiol. ſulcatis ſubdodecaphyllis: foliol. lanceolatis glabris. *Gmel. ſib. 4. p. 10. f. 2. Planta biennis: maxima vltra 12 pedes alta.*

benghalenſis. 10. V. pedunc. multifloris, foliol. integerrimis, ſtip. integris, legum. erectiuſculis. *Ger. prov. 498.*

** *Floribus axillaribus, ſubſeſſilibus.*

ſatiua. 11. V. legum. ſeſſilibus ſubbinatis erectis, fol. retuſis, ſtip. notatis. *Fl. dan. t. 522.* (*Cal. dentes longiſſimi recti. Stip. ſubtus fouea nigra.*)

lathy-

lathyroides. 12. V. legum. ſeſſilibus ſolitariis erectis glabris, foliol. ſenis: inferioribus obcordatis. *Gouan. hort. 371. Fl. dan. t. 58.* Vicia minima. *Riv. tetr. 169.*

lutea. 13. V. legum. ſeſſilibus reflexis piloſis ſolitariis pentaſpermis, corollae vexillis glabris.

hybrida. 14. V. legum. ſeſſilibus reflexis piloſis pentaſpermis, corollae vexillis villoſis. *Iacq. auſtr. t. 34.*

peregrina. 15. V. legum. ſubſeſſilibus pendulis glabris tetraſpermis, foliol. linearibus emarginatis. (*Cal. foliolum vnicum inferius maximum.*)

ſepium. 16. V. legum. pedicellatis ſubquaternis erectis, foliol. ouatis integerrimis: exterioribus decreſcentibus. — *Fl. dan. t. 699.* M. *Racemi foliis breuiores, ſubquadriflori.* (*Fol. mucrone adunco inſtructa. Stip. ſubtus quoque nigro-maculatae. Cal. dentes curti cor. tubo breuiores; hinc Orobo affinis.*)

bithynica. 17. V. legum. pedunculatis ſolitariis erectis, foliol. quaternis ouali-lanceolatis, ſtip. dentatis. — *Iacq. hort. v. 2. t. 147.* M. Lathyrus bithynicus. *Sp. pl. 9.* Cracca floribus albis foliis circa radicem denticulatis. *Buxb. cen. 3. p. 25. t. 45. f. 2.*

narbonenſis. 18. V. legum. ſubſeſſilibus ſubternis erectis, foliol. ſenis ſubouatis, ſtip. denticulatis.

Faba. 19. V. caule erecto, petiol. abſque cirrhis. *Habitat non procul a Mari Caſpio in confiniis Perſiae. D. Lerche.* (*β. V. equina*, fol. ouato-oblongis, ſem. minoribus craſſis ſubrotundis.)

ſerratifolia. 20. V. caule erecto, petiolis abſque cirrho, foliolis ſerratis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 8.* M.

874. ERVUM. *Cal.* 5-partitus, longitudine corollae.

Lens. 1. E. pedunculis ſubbifloris, ſeminibus compreſſis conuexis. (*Fol. pubeſcentia. Cal. cor. multo longior.*)

tetraſpermum. 2. E. pedunc. ſubbifloris, ſem. globoſis quaternis. Cracca minor, ſiliquis gemellis. *Riv. tetr. 167.*

hirſutum. 3. E. pedunc. multifloris, ſemin. globoſis binis. — *Fl. dan. t. 639.* M. (*Caul. vtrinque ſubalatus. Legum. hirſutum.*)

ſolonienſe. 4. E. pedunc. ſubbifloris ariſtatis, petiol. acuminatis, foliol. obtuſis. *Affinis Lathyro angulato?*

monanthos. 5. E. pedunc. vnifloris.

Eruilia. 6. E. germinibus nudato-plicatis: fol. impari-pinnatis. (*Plenk. Pl. med. t. 566. Sem. valde protuberant.*)

875.

875. CICER. *Cal.* 5-partitus, longitudine corollae: laciniis quatuor ſuperioribus vexillo incumbentibus *Legumen* rhombeum, turgidum, diſpermum.

arietinum. 1. CICER foliolis ſerratis. (*Schkuhr bot. Handb. t. 202. Sem. 2 Arietis caput referentia Gaertner.*)

1319. LIPARIA. *Cal.* 5-fidus: lacinia infima elongata. *Cor.* alae inferius bilobae. *Staminis* maioris dentes tres breuiores. *Legum.* ouatum.

ſphaerica. 1. L. floribus capitatis, foliis lanceolatis neruoſis glabris. *Mant. 268.* Geniſta afr. Ruſci foliis longioribus, floribus luteis in globum congeſtis. *Rai. dend. 107. Frutex floribus ſpecioſiſſimis. Haec dedit characterem. Aeſtiuatio ſingularis.*

graminifolia. 2. L. flor. capitatis, fol. linearibus alternis acutis ſeſſilibus, calyc. villoſis. *Mant. 268.* Geniſta afr. foliis pinaſtri. *Rai. dendr. 105.*

vmbellata. 3. L. flor. vmbellatis, fol. lanceolatis laeuibus. Borbonia vmbellata *aliis.*

villoſa. 4. L. flor. faſciculatis, fol. ouatis villoſo-tomentoſis. Borbonia tomentoſa. *Sp. plant. 994. Similis Indig. ſericeae.*

ſericea. 5. L. flor. ſubſpicatis, fol. ouatis villoſis tomentoſis.

876. CYTISVS. *Cal.* 2-labiatus: $\frac{2}{3}$. *Legumen* baſi attenuatum.

Laburnum. 1. C. racemis ſimplicibus pendulis, foliolis ouato-oblongis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 306.* M. (*Secundum cl. Medici obſeruationes omnia ſtamina in hac et in nonnullis huius generis ſpeciebus ſecum ſunt connexa; vid. Eius bot. Beobacht. v. I. 83. p. 390.*)

nigricans. 2. C. racem. ſimplicibus erectis, foliol. ouato-oblongis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 387.* M. *Folia ſubtus pilis caneſcentia, ſupra glabra: impari maiore.* (*Stamina omnia connata Stark in Ehrh. Beytr. 6. p. 54. Legum. piloſa nigricant.*)

wolgaricus. 3. C. canus, racem. ſimplicibus erectis, flor. ſecundis, fol. pinnatis: foliolis ſubrotundis, ſtipulis ſubulatis. *Suppl. p. 327.* Cytiſus nigricans. *Pall. it. v. 3. p. 754. tab. G. g. f. 3.*

ſeſſili-

ſeſſilifolius. 4. C. racem. erectis, calyc. bractea triplici, fol. floralibus ſeſſilibus. *Folia longius petiolata, at in Ramulis ſeſſilia. Legumina nigricantia.*

Caian. 5. C. racem. axillaribus erectis, foliol. ſublanceolatis tomentoſis: intermedio longius petiolato. *Iacq. ſpec. 1. Hugh. barb. 199. t. 19.* Thora paeru. *Rheed. mal. 6. t. 13. Burm. Folia molliſſima, certo reſpectu alba. Racemus erectus. Calyx ſubpubeſcens. Corolla flaua: Vexillum erectum; Albae horizontaliter planae; Carina obtuſa. Stamina diadelpha. Legumen ſtriis oblique transuerſis interceptum.* — Cytiſus Pſeudocaian. *Iacq. hort. v. 2. t. 119. forſitan Cytiſi Caian ſola varietas, ad mentem ipſius Iacq. in Litt.* M.

hirſutus. 6. C. pedunculis ſimplicibus lateralibus, calyc. hirſutis trifidis obtuſis ventricoſo-oblongis. *Folia ſubtus hirſuta. Calyces piloſiſſimi.*

capitatus. 7. C. flor. vmbellatis terminalibus, ramis erectis, foliol. ouatis. *Iacq. auſtr. t. 33.* — Cytiſus ſupinus. *Syſt. ed. 13. p. 555.* M. *Caulis Petiolique pubeſcentes. Folia laeuiuſcula. Calyx tubuloſus, ventricoſus, pubeſcens, bilabiatus. (Pili patuli. An a* C. hirſuto *quoad ſpeciem diſtincta? Cfr. Schmidt Oeſterr. Baumz. I. p. 27.)*

auſtriacus. 8. C. flor. vmbellatis terminalibus, caul. erectis, foliol. lanceolatis. *Iacq. auſtr. t. 21. (Pili adpreſſi.)*

ſupinus. 9. C. flor. pedunculatis ſubbinatis, fol. villoſis, caulibus decumbentibus fruteſcentibus. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 1. t. 20.* Cytiſus ſupinus, foliis incana lanugine inferne pubeſcentibus. *Bauh. pin. 390.* M.

prolifer. 10. C. vmbellis axillaribus ſeſſilibus proliferis, fol. ternatis petiolatis: foliolis lanceolatis ſericeis, bracteis filiformibus. *Suppl. p. 328. (Cal. lanati.)*

argenteus. 11. C. flor. ſubbinatis ſubſeſſilibus, fol. tomentoſis, caul. decumbentibus, ſtipul. minutis. *Ger. prov. 484. n. 4. Gouan. hort. 377. Planta incana nitida. Bracteae 2. ſ. 3. calycis baſi adnatae. Calycis laciniae longiores, quam in congeneribus.*

purpureus. 12. C. flor. pedunculatis ſolitariis, fol. glabris, caul. decumbentibus fruteſcentibus, leguminibus ſuperne falcatis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. t. 48.* M.

glaber. 13. C. flor. ſolitariis lateralibus ſubſeſſilibus pendulis, fol. ternatis. *Suppl. p. 328.*

graecus.

graecus. 14. C. fol. ſimplicibus lanceolato-linearibus, ramis angulatis.

tener. 15. C. fol. ſimplicibus lanceolatis, ramis teretibus. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 3. Icon. rar. Frutex erectus ramoſiſſimus.* M.

1417. MüLLERA. *Pericarpium* elongatum, carnoſum, moniliforme: *Globulis* monoſpermis. *Suppl. p. 53.*

moniliformis. 1. MüLLERA. *Suppl. p. 329.*

878. GEOFFROYA. *Cal.* 5-fidus. *Drupa* ouata. *Nucleus* compreſſus.

ſpinoſa. 1. GEOFFROYA: *Iacq. amer. 207. t. 108. f. 2. — Ed. 2. pict. p. 102. t. 262. f. 58. quoad fructif. partes* M. (*Cfr. Swartz prodr. p. 106.*)

879. ROBINIA. *Cal.* 4-fidus. *Legumen* gibbum, elongatum.

Pſeud-Acacia. 1. R. racemis pedicellis vnifloris, foliis impari-pinnatis, ſtipulis ſpinoſis. *Racemi penduli albi.* (*Schmidt öſterr. Baumz. I. t. 32.*) *De vſu huius arboris cfr. F. C. Medicus Unächter Acacien-Baum. Leipz. 1-2 Band.*)

violacea. 2. R. racem. pedicellis vnifloris, fol. impari-pinnatis, caule inermi. *Iacq. amer. 210. t. 177. f. 49. Ed. 2. pict. p. 103. t. 262. f. 61. quoad pedunculum floriferum.* M. Pſeudacacia flor. violaceis. *Plum. ſpec. 19.*

hiſpida. 3. R. racem. axillaribus, fol. impari-pinnatis, caul. inermi hiſpido. *Mant. 101.* (*Schm. l. c. t. 31. Fl. magni formoſi. Pili conferti hiſpidi rubeſcunt.*)

mitis. 4. R. racem. pedicellis ternis. fol. impari-pinnatis, caul. inermi. *Legumen ouali-oblongum, compreſſum, acuminatum. Pluk. t. 310. f. 3. Calyx ſubtruncatus.*

Halodendron. 5. R. racem. axillaribus trifloris, petiolis ſpineſcentibus, fol. ternatis petiolatis: foliolis cuneiformibus ſpinoſis cuſpidatis. *Suppl. p. 330.* Robinia Holodendron. *Pall. it. v. 2. p. 741. t. IV.* (Pedunculis trifloris, fol. abrupte pinnatis biiugis ſericeis, petiolis ſpineſcentib. perſiſtentibus leguminib. veſicariis. *L'Herit. ſtirp. nov. p. 162. Pall. Fl. roſſica. p. 72. t. 46. Legum. pedicellatum.*)

Caragana. 6. R. pedunculis ſimplicibus, fol. abrupte pinnatis, petiolis inermibus.

ſpinoſa. 7. R. pedunc. ſimplicibus, fol. abrupte pinnatis, ſtipulis petiolisque ſpineſcentibus. *Mant. 269. Similis R. Caraganae, ſed ſtipulis petiolisque rigentibus ſ. ſpinoſis.* Robinia ſpinoſiſſima *Laxm. Act. Petrop. 1770. p. 558. t. 30. f. 4. (Fl. fere ſeſſiles ſpinis breuiores.)*

fruteſcens. 8. R. pedunc. ſimplicibus, fol. quaternatis ſubpetiolatis, terminatis ſpina inermi. (*Stipulae ſpiniformes 2-3. Schm. l. c. t. 34.*)

pygmaea. 9. R. pedunc. ſimplicibus, fol. quaternis ſeſſilibus. *Stipulae in foliis primordialibus foliaceae lanceolatae in hac tantum ſpecie; in omnibus ſibiricis folia primordialia terna ſunt.*

880. COLVTEA. *Cal.* 5-fidus. *Legumen* inflatum, baſi ſuperiore dehiſcens.

arboreſcens. 1. C. arborea, foliolis obcordatis, (racemis hirſutis *Roth. Abhandl. p. 22.:* C. hirſuta. *Ab hac merito auellitur* Colutea cruenta *L'Herit. ſtirp. 2. p. 23. t. 12. ſ.* C. orientalis *Roth l. c., cui fol. obcordata ſubcarnoſa, racemi glabri et legum. apice ſuperne hiantia.*)

fruteſcens. 2. C. fruticoſa, foliol. ouato-oblongis. *Alae minutae. Vexillum breue.* (*Curt. bot. Mag. t. 181.*)

perennans. 3. C. herbacea, racemis approximatis, fol. oualibus. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 38. t. 7.* Colutea *perennans* herbacea, foliis ouato-oblongis. *Iacq. App. enum. ſtirp. vind. p. 311.* Colutea caulibus herbaceis radice perenni. *Iacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 3.* M.

herbacea. 4. C. herbacea, foliol. linearibus glabris. *Syſt. ed. 13. p. 556.* — Colutea *annua*, herbacea, racemis diſtantibus, foliis linearibus. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 40.* M.

882. GLYCYRRHIZA. *Cal.* 2-labiatus: $\frac{1}{3}$. *Legumen* ouatum, compreſſum.

echinata. 1. G. leguminibus echinatis, foliis ſtipulatis, foliolo impari ſeſſili. *Iacq. hort. t. 95.*

glabra. 2. G. legum. glabris, ſtipul. nullis, foliol. impari petiolato. (*Plenk Pl. med. t. 570.*)

hirſuta. 3. G. legum. hirſutis, foliol. impari petiolato.

aſperrima. 4. G. leguminibus glabris? foliolis ellipticis cuſpidatis, caule hiſpido ſcabro. *Suppl. p. 330.* Glycyrrhiza

cyrrhiza aſpera. *Pall. it. v. 1. p. 499. t. M f. 3.* Glycyrrhiza hiſpida. *Pall. it. v. 3. p. 754. tab. G.g. f. 1. 2.*

883. CORONILLA. *Cal.* 2-labiatus: $\frac{2}{3}$: dentibus ſuperioribus connatis. *Vexillum* vix alis longius. *Legumen* iſthmis interceptum.

Emerus. 1. C. fruticoſa, pedunculis ſubtrifloris, corollarum vnguibus calyce triplo longioribus, caule angulato. (*Petalorum vngues diſtant, qui etiam ſecundum Cyrilli, comment. p. 49., obſeruationes bipartiti ſunt.*)

iuncea. 2. C. fruticoſa, foliolis quinatis ternatisque lineari-lanceolatis ſubcarnoſis obtuſis.

valentina. 3. C. fruticoſa, foliol. ſubnouenis, ſtip. ſuborbiculatis. *Riv. tetr. 206. Florum odor grauis. Color primo vere foliorum Rutae.* (*Stipulae magnae, cordatae, albae: margine viridi. Retz. obſ. 2. p. 22. Curt. mag. t. 185.*)

glauca. 4. C. fruticoſa, foliol. ſeptenis, obtuſiſſimis, ſtipul. lanceolatis. Coronilla fruticoſa, leguminibus craſſioribus. *Mant. 444. Mill. ic. t. 289. f. 1. Foliola cuneiformia, obtuſa cum mucrone. Stipulae lanceolatae; noctu inodora.* (*Curt. mag. t. 13.*)

coronata. 5. C. fruticoſa, foliol. nouenis obouatis: internis cauli approximatis, ſtipula oppoſitifolia bipartita. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 95.* M. Coronilla montana. *Riv. tetr. 207. Caulis fruticoſus ſeſquipedalis, erectus.* (*Aliam ſubſimilem ſpeciem ab hac remouit cel. Schrank:* Coronilla *montana*, caule decumbente, fol. ouatis vndenis, leguminibus pendulis. *Cfr. quoque Schkuhr Handb. 2. p. 378.*)

minima. 6. C. ſuffruticoſa procumbens, foliol. nouenis ouatis, ſtipula oppoſitifolia emarginata, legum. angulatis nodoſis. *Mant. 444.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 271.* M. *Foliola infima loco ſtipularum, vt in C. coronata, ſed haec non frutex, vix ſuffrutex dicenda; magnitudine Loti corniculatae.*

argentea. 7. C. fruticoſa, foliol. vndenis ſericeis: extimo maiore.

Securidaca. 8. C. herbacea, legum. falcato-gladiatis, foliol. plurimis. *Dormit Foliolis ſupra petiolum conniventibus, verſusque petioli baſin flexis.*

varia. 9. C. herbacea, legum. erectis teretibus toroſis numeroſis, foliol. plurimis glabris. *Foliola in petiolo communi infima cauli, vti ſtipulae, approximata ſaepius ſunt, quemadmodum in C. coronata, aut C. minima. Caules proſtrati. Pedunculi longitudine foliorum.* (*Var. Cor. alis albis Curt. mag. t. 258.*)

cretica. 10. C. herbacea, legum. quinis erectis teretibus articulatis, foliol. vndenis. *Mant. 445. Iacq. hort. t. 25.* (*Peduncul. inferne piloſus. Fol. numerus differt a 9-17 ſaepe in vno ramo. Roth in Röm. Archiv. I. p. 36.*)

ſcandens. 11. C. caule ſcandente flaccido.

884. ORNITHOPVS. *Legumen* articulatum, teres, arcuatum.

perpuſillus. 1. O. foliis pinnatis, leguminibus incurvatis. *Pl. glabra, procumbens. — Fl. dan. t. 730.* M. *Folia petiolata. Pedunculi longitudine foliorum. Flores 3 ſ. 4 lutei vexillo rubro reticulato.*

compreſſus. 2. O. fol. pinnatis, legum. recurvatis compreſſis rugoſis, bractea pinnata. *Pl. tomentoſa. Folia ſeſſilia. Pedunculi folio breuiores: Bractea pinnata. Flores ſaepius 2 flaui. Legumina recurua.*

ſcorpioides. 3. O. fol. ternatis ſubſeſſilibus: impari maximo. Scorpioides. *Riv. tetr. 210. Pl. erecta. Pedunculi aphylli, ſubquadriflori.* (*Fol. carnoſa glauca.*)

tetraphyllus. 4. O. fol. quaternis, flor. ſolitariis.

885. HIPPOCREPIS. *Legumen* compreſſum, altera ſutura pluries emarginatum, curuum.

vniſiliquoſa. 1. H. leguminibus ſeſſilibus ſolitariis rectis.

multiſiliquoſa. 2. H. legum. pedunculatis confertis circularibus: margine altero lobatis. (*Schkuhr Handb. t. 206.*)

comoſa. 3. H. legum. pedunculatis confertis arcuatis: margine exteriore repandis. *Mant. 445.* 2. (*Sow. engl. bot. t. 31. Vmbella ſimplex: inuolucr. polyphyllo marcido. Lomentum primo rectum, dein emarginatum.*)

balearica. 4. H. legum. pedunculatis confertis ſubarcuatis lanceolato-oblongis margine exteriore repandis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 305. Icon. rar. t. 5. H. comoſae tam ſimilis, vt vix limites inueniam.* M.

886.

886. SCORPIVRVS. *Legumen* iſthmis interceptum, revolutum, teres.

vermiculata. 1. S. pedunculis vnifloris, leguminibus tectis vndique ſquamis obtuſis. *Riv. tetr. 210.*

muricata. 2. S. pedunc. bifloris, legum. extrorſum obtuſe aculeatis. (*Pedunculi ſaepius vniflori; cfr. Neuenh. in Ehrh. Beytr. 5. p. 183.*)

ſulcata. 3. S. pedunc. ſubbifloris, legum. extrorſum ſpinis diſtinctis acutis.

ſubuilloſa. 4. S. pedunc. ſubquadrifloris, legum. extrorſum ſpinis confertis acutis. (*Schkuhr Handb. t. 208.*)

888. AESCHYNOMENE. *Cal.* bilabiatus. *Legum.* articulis truncatis, monoſpermis.

grandiflora. 1. Ae. caule arboreo, floribus maximis, leguminibus filiformibus.

arborea. 2. Ae. caule arboreo laeui, legum. articulis ſemicordatis glabris.

coccinea. 3. Ae. caul. arboreo, fol. pinnatis: foliolis numeroſis linearibus obtuſis puluerulentis, legum. compreſſis aequalibus. *Suppl. p. 330.*

aſpera. 4. Ae. caule herbaceo ſcabro, legum. articulis medio ſcabris.

americana. 5. Ae. caule herbaceo hiſpido, legum. articulis ſemicordatis, foliol. acuminatis, bracteis ciliatis. *Act. petr. 1763. p. 321. t. 12.*

indica. 6. Ae. caule herbaceo laeui, legum. laeuibus hinc toroſis obtuſis, foliol. obtuſis.

Sesban. 7. Ae. caule herbaceo laeui, legum. cylindricis aequalibus, foliol. obtuſis. Emerus ſiliquis 2 longiſſimis. *Burm. Zeyl. 93. t. 41.* (*Iacq. Ic. pl. rar. Var. flor. flauis, et atropurpureis Retz. obſ. 6. p. 38.*)

pumila. 8. Ae. caule herbaceo laeui, legum. hinc ſerratis medio ſcabris, foliol. acuminatis.

887. HEDYSARVM. *Cor.* carina transuerſe obtuſa. *Legumen* articulis 1-ſpermis.

* *Foliis ſimplicibus.*

Alhagi. 1. H. fol. ſimplicibus lanceolatis obtuſis, caule fruticoſo ſpinoſo. (*Gmel. Iter roſſ. 2. p. 197. t. 29. Retz. obſ. 5. p. 6.*)

bupleurifolium. 2. H. foliis ſimplicibus lanceolatis acutis, caule inermi, ſtipulis ſcarioſis. *Legumina laeuia, articulata, aequalia, erecta. Variat Foliis lanceolatis et cordato-oblongis.*

linifolium. 3. H. fol. ſimplicibus linearibus canis, caule proſtrato, leguminibus globoſis. *Suppl. p. 331.* (Indigofera *linifolia*, fol. ſimplicibus linearibus incanis, caule proſtrato, flor. ſubquaternis axillaribus, fructibus globoſis. *Retz. obſ. bot. 6. p. 33. tab. 2.*)

nummularifolium. 4. H. fol. ſimplicibus cuneiformibus. *Burm. ind. 64.* (H. *rotundifolium*, fol. ſimplicibus oualibus, leguminibus vniarticulatis incuruis extus ſpinoſis. *Vahl ſymb. 2. p. 81.*)

moniliferum. 5. H. fol. ſimplicibus orbiculatis, legum. moniliformibus globoſo-articulatis. *Mant. 102.*

ſtyracifolium. 6. H. fol. ſimplicibus cordato-orbiculatis retuſis ſupra glabris, ſubtus tomentoſis.

reniforme. 7. H. fol. ſimplicibus reniformibus, caule tereti. *Burm. ind. t. 52. f. 1. Legumina laeuia articulata articulis plurimis.*

ſororium. 8. H. fol. ſimplicibus reniformibus emarginatis, caule triquetro. *Mant. 270.* Glycine *monophyllos* caule volubili, floribus paniculatis linearibus. *Burm. ind. 161. t. 50. f. 2.* Lens maderaſp. Nummulariae folio. *Pet. gaz. t. 32. f. 1. Simile H. reniformi. Legumina articulis 2. Folia maculata. Caulis ſarmentoſus.*

veſpertilionis. 9. H. fol. ſimplicibus lunatis: lobis retrofalcatis, racemo terminali, leguminibus retrofractis in calyce inflato incluſis. *Suppl. p. 331.* (*Colitur in Cochinchina ob pulchritudinem; nam leni aura afflante commota folia totidem verſicolores papiliones volitantes repraeſentant Loureiro Cochinch. 2. p. 448. Iacq. Ic. pl. rar.*)

gangeticum. 10. H. fol. ſimplicibus ouatis acutis ſtipulatis. *Folia palmaria, oblongo-ouata. Caulis ſuffruticoſus, inclinatus, ramoſus. Legumina articulata, ſerrata. Flores minuti, luteoli. Affinis H. ſtyracifolio, ſed maius.*

maculatum. 11. H. fol. ſimplicibus ouatis obtuſis. *Folia maculata.*

latebroſum. 12. H. fol. ſimplicibus ouatis ſerrulatis, legum. occultatis bractea fornicata ſupina ſcarioſa. *Mant. 270.* Lens maderaſp. Elatines folio. *Pet. gaz. t. 30. f. 11.*

vagi-

vaginale. 13. H. fol. ſimplicibus cordato-lanceolatis, petiol. ſimplicibus, ſtip. vaginalibus. *Affine H. bupleurifolio. Variat foliis lanceolatis.*

imbricatum. 14. H. fol. ſimplicibus cordatis ſeſſilibus ſtipulatis: ſuperioribus imbricatis floriferis. *Suppl. p. 331.*

triquetrum. 15. H. fol. ſimplicibus oblongis, petiol. alatis, ramis triquetris. *Burm. ind. t. 49. f. 2. Legumina articulata, non ſerrata.*

ſtrobiliferum. 16. H. fol. ſimplicibus, bracteis ſtrobilorum inflatis cordatis obtuſis.

** *Foliis coniugatis.*

diphyllum. 17. H. fol. binatis petiolatis, bracteis geminis ouatis acutis ſeſſilibus. *Legumina occultata inter bracteas.*

*** *Foliis ternatis.*

pulchellum. 18. H. fol. ternatis, bracteis geminis coniugatis orbiculatis lineatis. *Legumina occultata inter bracteas orbiculares.*

ſpartium. 19. H. fol. ternatis ſimplicibusque ſubtomentoſis, caule dichotomo, flor. geminis, legum. articulatis hiſpidis. *Burm. ind. 166. t. 51. f. 2.* †

lineatum. 20. H. fol. ternatis oblongis lineatis, racem. axillaribus pendulis. *Burm. ind. t. 53. f. 1. Legumina monoſperma.*

retroflexum. 21. H. fol. ternatis, racemis erectis, legum. pendulis multiarticulatis. *Mant. 103. Simillimum H. lineato, ſed Legumina multiarticulata.*

vmbellatum. 22. H. fol. ternatis pedunc. vmbelliferis, caule fruticoſo. *Vmbellae foliis breuiores, axillares.*

biarticulatum. 23. H. fol. ternatis, caule ſuffruticoſo, legum. biarticulatis.

heterocarpon. 24. H. fol. ternatis, flor. paniculato-ſpicatis, legum. articulatis: infimo monoſpermo, ſtipulis ſetaceis.

viſcidum. 25. H. fol. ternatis, legum. membranaceis laeuibus integris, caule ramisque hiſpidis.

canadenſe. 26. H. fol. ſimplicibus ternatisque, caule laeui, flor. racemoſis. *Planta erecta fere laeuis. Foliola lanceolata. Stipulae ſubulatae. Caulis ſtriato-angulatus.*

caneſcens. 27. H. fol. ternatis ſubtus ſcabris, caule hiſpido, flor. racemoſis coniugatis. *Simillima H. canadenſi. Planta erecta, piloſa. Foliola ouata. Stipulae ſubulatae.*

marilandicum. 28. H. fol. ternatis: foliol. ſubrotundis, caule fruteſcente ramoſiſſimo, legum. articulatis laeuibus.

fruteſcens. 29. H. fol. ternatis ſubouatis ſubtus villoſis, caule fruteſcente. — *Iacq. hort. v. 3. t. 89.* M.

viridiflorum. 30. H. fol. ternatis acutiuſculis, caule erecto, racem. longiſſimis erectis. Onobrychis americana, floribus ſpicatis; foliis ternis caneſcentibus, ſiliquis aſperis. *Pluk. alm. 276. t. 308. fig. 5. Burm.*

hirtum. 31. H. fol. ternatis oualibus, caule fruticoſo, ſpicis oblongis, calyc. fructibus hirſutis monoſpermis. *In hortis floret primo anno floribus mutilatis, tamen frugiferum; altero anno profert corollas albas.*

iunceum. 32. H. fol. ternatis lanceolatis, leguminibus vniarticulatis rhombeis, pedunculis ſubumbellatis lalateralibus. Hedyſarum triphyllum, floſculis albis, polyanthos. *Amm. ruth. 154.* Cytiſus ſaxatilis, Meliloti folio ad caulem adpreſſo, floribus in foliorum alis. *Amm. ruth. 281. Simile H. violaceo. Vmbellae foliis breuiores. Legumina monoſperma. Flores albi.*

violaceum. 33. H. fol. ternatis ouatis, flor. geminatis, legum. nudis venoſis articulatis rhombeis.

paniculatum. 34. H. fol. ternatis lineari-lanceolatis, flor. paniculatis, legum. rhombeis. *Flores purpurei.*

nudiflorum. 35. H. fol. ternatis, ſcapo florifero nudo, caule folioſo angulato. *Flores purpurei.*

repens. 36. H. fol. ternatis obcordatis, caulib. procumbentibus, racem. lateralibus. *Flores variegati albo et rubro.*

hamatum. 37. H. fol. ternatis neruoſis nudis, ſpicis ſeſſilibus, legum. diſpermis obtectis acumine vncinatis. *)

triflorum. 38. H. fol. ternatis obcordatis, caul. procumbentibus, pedunc. vnifloris ternis.

barbatum. 39. H. fol. ternatis, racem. oblongis ſubramoſis, legum. inflexis, cal. piloſis.

lagopodioides. 40. H. fol. ternatis, racem. oblongis, legum. inflexis, cal. hirſutis. *Burm. ind. 68. t. 53. f. 2. Affinis*

---

*) RETZIVS *hancce ſpeciem ad genus* Arachis *ſub nomine* A. fruticoſa *retulit. Cl* SWARTZ *vero ex hac diſtinctum conſtituit genus:* STYLOSANTES. Cal. *tubulatus, longiſſimus corollifer.* Germ. *ſub corolla.* Legum. *biarticulatum, hamatum. — Ambasque Linnaeanas varietates, vt diuerſas enumerat ſpecies:* S. procumbens *ſ. var. α. L. quae glabra, et* S. viſcoſa *ſ. β. L., quae erecta, et fol. hirſuta habet;* cfr. Eius Prodr. p. 108.)

finis H. barbaro. Commune huic cum barbaro, quod quiuis pedicellus defloratus inflectatur, armatus calycis laciniis 3 maioribus piloſis reflexis, ſic occultans Legumen laeue, 3 - ſ. 4 - articulatum.

microphyllum. 41. H fol. ternatis ouatis villoſis, caule fruteſcente erecto glabro, flor. terminalibus paniculatis. *Thunb. iapon. p. 284.* M.

racemoſum. 42. H. fol. ternatis oblongis ſtipulatis glabris, caule fruteſcente erecto, racemis axillaribus erectis longiſſimis, leguminibus glabris. *Thunb. iapon. p. 285.* M.

caudatum. 43. H. fol. ternatis oblongis glabris, caule herbaceo, panicula terminali, leguminibus tomentoſis. *Thunb. iap. 286.* M.

tomentoſum. 44. H. fol. ternatis ſubtus tomentoſis, caule angulato tomentoſo, racemis axillaribus. *Thunb. l. c.* M.

ſericeum. 45. H. fol. ternatis emarginatis villoſis, caule fruteſcente erecto, flor. axillaribus ſolitariis. *Thunb. iap. p. 287.* M.

virgatum. 46. H. fol. ternatis obtuſis cum acumine, caule angulato piloſo, pedunculis capillaribus trifloris. *Thunb. iap. p. 288.* M.

piloſum. 47. H. fol. ternatis ouatis acuminatis, caule decumbente hirto, racemis axillaribus. *Thunb. l. c.* M.

ſtriatum. 48. H. fol. ternatis oblongis ſtipulatis, caule herbaceo, flor. axillaribus ſolitariis. *Thunb. iap. p 289.* M.

volubile. 49. H. fol. ternatis ouato-oblongis, caule volubili.

gyrans. 50. H. fol. ternatis. .... *Suppl. p. 332. Miraculoſa planta motu ſuo quaſi arbitrario.* — Cfr. *Pohl in Samml. z. Phyſ. u. Naturg. P. 4. p. 477.* M. (Fol. ternatis ouali-lanceolatis obtuſis: lateralibus minutis *Ait. Kew. 3. p. 64. Iacq. Coll. III. p. 181. Icon. pl. rar. Ex Bengala ad Gangem in Europam 1775 introductum eſt.* Cfr. *quoque Annal. der Bot. St. 19. p. 61.*)

**** *Foliis pinnatis.*

argentatum. 51. H. fol. pinnatis ſubtus ſericeis lucidis, legum. articulatis, ſcapo aphyllo. *Suppl. p. 333.* Aſtragalus grandiflorus. *Sp. plant. 1071.* Hedyſarum argenteum. *Syſt. ed. 13. p. 562.* Hedyſarum grandiflorum. *Pall. it. v. 2. p. 743. tab. y.*

alpinum. 52. H. fol. pinnatis, legum. articulatis glabris pendulis, caule erecto. *Gmel. ſib. 4. p. 26. t. 10.*

 Caulis

Caulis rectus. Stipulae breues. Folia 17, ouato-lanceolata.

obſcurum. 53. H. fol. pinnatis, ſtip. vaginalibus, caule erecto flexuoſo, flor. pendulis. *Mant. 447. — Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 168.* M. (*Curt. mag. t. 282.*)

coronarium. 54. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis nudis rectis, caule diffuſo.

flexuoſum. 55. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis flexuoſis, caule diffuſo. Hedyſarum ſiliqua vndulata. *Riv. tetr. 213.*

humile. 56. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aſperis, corollae alis obſoletis, ſpicis hirſutis, caulib. depreſſis. *Mant. 447. Radix perennis. Spica pubeſcens.*

ſpinoſiſſimum. 57. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis tomentoſis, caule diffuſo. *Legum. ſaepius articulis 2, orbiculatis, aequaliter aculeatis.*

virginicum. 58. H. fol. pinnatis, caule fruticoſo, legum. articulatis glabris pedunculatis erectis.

fruticoſum. 59. H. fol. pinnatis: foliolis alternis oblongis mollibus, ſtipulis ſubulatis, racemis axillaribus leguminum articulis reticulatis. *Suppl. p. 333.* Hedyſarum fruticoſum. *Pall. it. v. 3. p. 753. tab. F.*

pumilum. 60. H. fol. pinnatis, caule ſuffruticoſo, corollam alis vexillo vexilloque carina breuioribus, legum. monoſpermis. *Mant. 448. Corollae carina latior longiorque.*

Onobrychis. 61. H. fol. pinnatis, legum. monoſpermis aculeatis, corollarum alis calycem aequantibus, caule elongato. *Iacq. auſtr. t. 38.*

ſaxatile. 62. H. fol. pinnatis, legum. monoſpermis ſulcatis muticis, corollarum alis breuiſſimis, ſcapis ſubradicatis. Hedyſarum foliis pinnatis, foliolis linearibus, leguminibus monoſpermis ſulcatis laeuibus, petalis inaequalibus. *Ger. prov. 504. Corollae alae calyce vix longiores, ſ. vexillo carinaque breuiores. Folia linearia.*

Caput galli. 63. H. fol. pinnatis, legum. monoſpermis: criſtae dentibus ſubulatis, alis breuiſſimis, caule diffuſo.

Criſta galli. 64. H. fol. pinnatis, legumin. monoſpermis aculeatis: criſtae laciniis lanceolatis denticulatis. Onobrychis ſ. Caput galli minus, fructu maximo inſigniter echinato. *Triumf. obſ. 65. Annua. Petala longitudine aequalia.* (Legum. *viloculare, ſutura altera criſtatum, cribroſe corticatum:* Onobrychis

brychis Criſta galli. *Gaertn. de fr. 2. p. 318. t. 148.*)

crinitum. 65. H. fol. pinnatis, racemis longis, leguminib. inflexis, caule fruticoſo. *Mant. 102. Affinitas ſumma H. lapogod. et barbati.* (*Cfr. Loureiro Cochinch p. 451. quae in hac ſpecie promiſcue fol. ternata et quinata! obſeruauit, et in* H. lagopodioides *fol. ſemper pinnata, 2-3-iuga, rariſſime ternata.*)

cornutum. 66. H. fol. pinnatis linearibus, legum. monoſpermis laeuibus, caule fruticoſo: pedunculis perſiſtenti-ſpinoſis. *Figura refert Onobrychiden 2. Cluſ. hiſt. 2. p. 239.*

incanum. 67. H. fol. pinnatis exſtipulatis ſubtus incanis, caule erecto, flor. racemoſis cernuis. *Thunb. iapon. p. 289.* M.

889. INDIGOFERA. *Cal.* patens. *Corollae* carina vtrinque calcari ſubulato patulo! *Legumen* lineare, (vt plurimum 4-gonum. *Gaertn.*)

ſericea. 1. I. foliis ſimplicibus lanceolatis ſericeis, ſpic. ſeſſilibus, caule fruticoſo. *Mant. 271.*

ouata. 2. I. fol. ſimpl. ouatis, caule herbaceo. *Suppl. p. 335.*

trifoliata. 3. I. fol. ternatis, flor. ſeſſilibus lateralibus. *Legumina linearia, reflexa, tetragona lateribus oppoſitis latioribus.*

pſoraloides. 4. I. fol. ternatis lanceolatis, racem. longiſſimis, legum. cernuis. Indigofera racemoſa, legum. cernuis, racem. elongatis, fol. ternatis. *Syſt. nat. 496.* Cytiſus pſoraloides. *Sp. pl. 1043.* Cytiſus africanus. *Riv. tetr. 71. f. 135.* Trifolium aethiopicum ex alis ſpicatum. *Pluk. phyt. 320. f. 3. Caulis perennans, angulatus a petiolis decurrentibus coſtis 3, ſubſcaber. Pedunculus angulatus, foliis longior racemo multifloro; Pedicelli breuiſſimi. Bracteae propriae caducae. Calycis dentes ſuperiores magis quam in aliis diuaricati. Corollae rubrae: Alae horizontales, conniuentes margine ſuperiore; Carina vtrinque, in medio, dente ſubulato concauo reflexo. Stamina diadelpha. Antherae luteae. Germen canaliculatum. Stylus purpureus. Stigma obtuſum. Semina multa.*

procumbens. 5. I. fol. ternatis obouatis, caule herbaceo proſtrato, ſpic. pedunculatis. *Mant. 271.*

ſarmen-

ſarmentoſa. 6. I. fol. ternatis ouatis ſubſeſſilibus, pedunculis axillaribus ſubbifloris, caule proſtrato filiformi. *Suppl. p. 334.*

denudata. 7. I. fol. ternatis ouatis glabris, racemis pedunculatis folio longioribus, caule fruticoſo erecto. *Suppl. p. 334.*

mexicana. 8. I. fol. ternatis, panicula ramoſa in ſpicas, caule fruticoſo. *Suppl. p. 335.*

trita. 9. I. fol. ternatis ouatis acutis, racemis breuibus caule erecto. *Suppl. p. 335.*

filiformis. 10. I. fol. quinatis oblongis villoſis, flor. ſpicatis pedunculatis, pedunculis ramisque filiformibus, caule erecto. *Suppl. p. 334.*

digitata. 11. I. fol. digitatis, racemis pedunculatis, caule fruticoſo. *Suppl. p. 335.*

ſtricta. 12. I. fol. pinnatis glabris oblongis, racemis axillaribus vix pedunculatis, caule fruticoſo erecto. *Suppl. p. 334.*

fruteſcens. 13. I. fol. pinnatis ouatis glabris, racemis axillaribus pedunculatis, caule fruticoſo erecto. *Suppl. p. 334.*

enneaphylla. 14. I. fol. pinnatis cuneatis ſeptenis, caul. proſtratis, ſpic. lateralibus. *Mant. 272, 571.* Hedyſarum proſtratum. *Mant. 102.* (*Cfr. Retz obſ. bot. 4. p. 28.*)

pentaphylla. 15. I. fol. pinnatis oualibus quinis, caul. proſtratis, pedunc. bifloris. *Simillima I. enneaphyllae. Herba depreſſa. diuaricatiſſima. Foliola quina. Flores rubri. Petioli biflori. Planta duplo maior.*

glabra. 16. I. fol. pinnatis ternatisque obouatis, racem. breviſſimis legum. horizontalibus teretibus. *Folia glabra: impari maiore.*

cytiſoides. 17. I. fol. quinato-pinnatis ternatisque, racem. axillaribus, caule fruticoſo. Pſoralea cytiſoides. *Sp. plant. 1076.*

hirſuta. 18. I. fol. pinnatis hirſutis, caule erecto, flor. ſpicatis, legum. pendulis lanatis. *Stipulae ſetaceae, pollicares. Spicae valde hirſutae. Petala caduca.*

anguſtifolia. 19. I. fol. pinnatis linearibus, racem. elongatis, caule fruticoſo. *Mant. 272.*

Anil. 20. I. fol. pinnatis lanceolatis, racem. breuibus, caule ſuffruticoſo. *Mant. 272.*

tinctoria. 21. I. fol. pinnatis obouatis, racem. breuibus, caule ſuffruticoſo. (*Legumina recta Vahl. ſymb. I. p. 56.*)

diſperma.

diſperma. 22. I. fol. pinnatis oualibus, racem. elongatis, legum. diſpermis. *Syſt. nat. 3. p. 232.*

argentea. 23. I. fol. pinnatis tomentoſis obouatis, caule fruticoſo. *Mant. 273.* Anil leguminibus arcuatis incanis, racemis folio breuioribus, caule fruticoſo. *Mill. dict. 1.* Colutea fruticoſa argentea, floribus ſpicatis e viridi-purpureis, ſiliquis falcatis. *Sloan. iam. 142. hiſt. 2. p. 37. t. 176. f. 3.* (*Legum. toruloſa pendula Vahl.*)

890. GALEGA. *Cal.* dentibus ſubulatis, ſubaequalibus. *Legumen* ſtriis obliquis, ſeminibus interiectis.

officinalis. 1. G. leguminibus ſtrictis erectis, foliolis lanceolatis ſtriatis nudis.

cinerea. 2. G. legum. ſtrictis patentibus pedunculatis, racem. oppoſitifoliis, fol. mucronatis ſubtus villoſis.

littoralis. 3. G. legum. racemoſis, tota villoſo-tomentoſa. Vicia littoralis pedunculis multifloris, foliolis oblongis tomentoſis, ſtipulis integris, leguminibus ſublinearibus. *Iacq. amer. 206. t. 124. — Ed. 2. pict. p. 101. t. 192. Habitat in Carthagenae littoribus arenoſis marinis.* ♃ *Flores carnei.*

virginiana. 4. G. legum. retrofalcatis compreſſis villoſis ſpicatis, calyc. lanatis, foliol. ouali-oblongis acuminatis. *Flores 3-ſ. 4 rubri.*

villoſa. 5. G. legum. retrofalcatis villoſis pendulis racemoſis lateralibus, foliol. glabris lanceolatis.

ſpinoſa. 6. G. legum. ſolitariis retrofalcatis compreſſis, ſtipulis ſpineſcentibus, fol. cuneiformibus canis, caule diffuſo. *Suppl. p. 335.*

maxima. 7. G. legum. ſtrictis adſcendentibus glabris, ſtipulis lanceolatis, foliol. oblongis glabris ſtriatis. Vicia foliis glabris venoſis oblongis, floribus gemellis. *Burm. zeyl. 228. t. 108. f. 2.*

purpurea. 8. G. legum. ſtrictis adſcendentibus glabris racemoſis terminalibus, ſtip. ſubulatis, foliol. oblongis glabris.

caribaea. 9. G. legum. ſtrictis glabris pendulis racemoſis, foliol. glabris mucronatis, caule fruticoſo. *Iacq. amer. 212. t. 125. — Ed. 2. pict. p. 101. t. 193.* M. *Habitat in Caribaeis. Racemi foliis longiores.*

caerulea. 10. G. racemis terminalibus multifloris coarctatis, fol. octo- ad decemiugis: foliolis ellipticis, caule ſcabro. *Suppl. p. 335.*

tinctoria. 11. G. ſpic. lateralibus pedunculatis, legum. ſtrictis pedunculis, foliol. emarginatis ſubtus villoſis.

fruticoſa. 12. G. legum. binis lateralibus glabris, foliol. emarginatis ſubtus ſericeis, caule fruticoſo.

891. PHACA. *Legumen* ſemibiloculare.

baetica. 1. P. euleſcens erecta piloſa, legum. tereti-cymbiformibus.

alpina. 2. P. cauleſcens erecta glabra, legum. oblongis inflatis ſubpiloſis. — *Iacq. Icon. plant. rar. Fl. dan. t. 856.* M. Phaca leguminibus pendulis ſemiouatis. *Gmel. ſib. 4. p. 35. t. 14. bona. Sibirica Gmelini et Lapponica noſtra omnino eadem. Excluſo Tilli ſynonymo.*

ſalſula. 3. P. cauleſcens erecta, caneſcens, fol. pinnatis, leguminibus pedunculatis globoſis cernuis. *Suppl. p. 336.* Phaca ſalſula. *Pall it. vol. 3. p. 747. tab. B. b. f. 12.*

ſibirica. 4. P. cauleſcens, foliolis quaternis lanceolatis, obtuſis ſericeis, calyce villoſo: dentibus ſetaceis. *Suppl. p. 336.* Phaca ſibirica. *Syſt. ed. 13. p. 566.* Phaca lanata. *Pall. it. vol. 3. p. 746. tab. A. a. f. 2.*

auſtralis. 5. P. caule ramoſo proſtrato, foliol. lanceolatis florum alis ſemibifidis. *Mant. 123. Iunior hirſuta, adultior glabra euadit, quaſi diſtincta planta.*

trifoliata. 6. P. fol. ternatis oualibus obtuſis, legum. ſemiorbiculatis. *Mant. 270.*

veſicaria. 7. P. acaulis, calycibus fructiferis oualibus inflatis glabris. *Mant. 123.*

proſtrata. 8. P. acaulis, foliolis binatis linearibus ſericeis, ſcapo procumbente, calyce villoſo: dentibus lanceolatis breuibus. *Suppl. p. 336.* Phaca proſtrata. *Pall. it. vol. 3. p. 744. tab. T f. 2.*

microphylla. 9. P. acaulis, foliolis binatis ouatis obtuſis villoſis, calyce muricato et piloſo: dentibus vndique hiſpidis. *Suppl. p. 337.* Phaca microphylla. *Pall. it. vol. 3. p. 744. tab. X. f. 1.*

muricata. 10. P. acaulis, foliolis ternis ſ. quaternis lineari-ſubulatis ſubtus muricatis, calyce glabro: dentibus ciliatis. *Suppl. p. 337. Pall. it. vol. 3. p. 746. tab. A. a. f. 1.*

892.

892. ASTRAGALVS. *Legumen* biloculare, gibbum.*)

* *Caulibus folioſis erectis; nec proſtratis.*

alopecuroides. 1. A. caulefcens, ſpicis cylindricis ſubſeſſilibus, calycibus leguminibusque lanatis.

chriſtianus. 2. A. cauleſcens erectus, floribus glomeratis ſubſeſſilibus ex omnibus axillis foliaceis.

capitatus. 3. A. cauleſcens, capitulis globoſis, pedunc. longiſſimis, foliol. emarginatis.

piloſus. 4. A. cauleſcens erectus piloſus, flor. ſpicatis, legum. ſubulatis piloſis. *Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 51.* M. (*Caul. cinereus hirſutus. Styl. in legum. perſiſtens reflexus Iacq.*)

ſulcatus. 5. A. cauleſcens erectus glaber ſtriatus ſtrictus, foliolis lineari-lanceolatis acutis, legum. triquetris. *Murr.* Aſtragalus ſulcatus. *Spec. pl. p. 1065. Iacq. hort. v. 3. t. 40. Perperam in Syſt. ed. 13. p. 566. praefigitur ſtirpi nomen A. auſtriaci, ſpeciei vere diuerſae.* M.

galegiformis. 6. A. cauleſcens ſtrictus glaber, flor. racemoſis pendulis, legum. triquetris vtrinque mucronatis.

chinenſis. 7. A. cauleſcens ſtrictus glaber, flor. racemoſis pendulis, legum. ouatis inflatis vtrinque mucronatis.

Onobrychis. 8. A. cauleſcens erectus pubeſcens, flor. ſpicatis, vexillis duplo longioribus, ſtipulis ſolitariis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 38.* M. Phaca cauleſcens erecta ſubhirſuta, leguminibus cordato-oblongis inflatis ſubpiloſis. *Willich. obſ. 115. β. 6.* Aſtragalus tenuifolius. *Sp. plant. 1065.* (*Vexillum calyce triplo vel quadruplo longius Iacq.*)

vliginoſus. 9. A. cauleſcens erectiuſculus, flor. ſpicatis, legum. erectiuſculis nudis tumidis tereti-depreſſis, mucrone reflexo. *Gmel. ſibir. 4. p. 40. t. 17. 18. Similis A. Ciceri demtis Leguminibus.*

carolinianus. 10. A. cauleſcens erectus laeuis, pedunc. ſpicatis, legum. ouato-cylindricis ſtylo acuminatis. *Folia ſubtus ſubtomentoſa.*

aſper. 11. A. cauleſcens ſtrictus laeuis ſubaſper, flor. ſpicatis in pedunculis elongatis, legum. oblongis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 335. Icon. rar. t. 33.* M.

** *Cauli-*

---

*) *Confer* I. A. SCOPOLI Specimen botanicum de Aſtragalo *in Eius Deliciis inſubricis Ticin. 1786. v. 2. p. 103., in quo Auctor cum* HALLERO, PALLASIO *aliisque Phacas et Aſtragalos in vnum contraxit genus.*)

** *Caulibus folioſis, diffuſis.*

canadenſis. 12. A. caulescens diffuſus. legum. ſubcylindricis mucronatis, foliol. nudiuſculis. *Mant.* 449. *Dodart. mem. t.* 65.

Cicer. 13. A. caulescens proſtratus, legum. ſubgloboſis inflatis mucronatis piloſis. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 251. M.

microphyllus. 14. A. caulescens erecto-patulus, foliolis oualibus, calyc. tumidiuſculis, legum. ſubrotundis. Aſtragalus caulibus procumbentibus, pedunculis longioribus, ſpicis ouatis glaberrimis. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 41. *t.* 19.

glycyphyllos. 15. A. caulescens proſtratus, legum. ſubtriquetris arcuatis, foliol. oualibus pedunculo longioribus. (*Fl. dan. t.* 1106.)

hamoſus. 16. A. caulescens procumbens, legum. ſubulatis recuruatis glabris. foliol. obcordatis ſubtus villoſis. *Mant.* 449. Aſtragalus ſiliqua curua. *Riv. tetr.* 221. *Flores leucophaei,* 4 / . 5 *in ſpica.*

contortuplicatus. 17. A. caulescens procumbens, legum. contortuplicatis canaliculatis villoſis. (*Hall. in Act. gotting.* 2. *t.* 11.)

baeticus. 18. A. caulescens procumbens, ſpic. pedunculatis, legum. priſmaticis rectis triquetris apice vncinatis. (A. *boeticus*, caulescens proſtratus, leguminibus triquetris vncinatis villoſis *Scopoli Delic. inſubricae.* 2. *p.* 108.)

Laxmanni. 19. A. caulescens procumbens, ſpicis elongatis: leguminibus oblongis trigonis ſulco exaratis mucronatis villoſis. *Suppl. p.* 337. Aſtragalus Laxmanni. *Iacq. hort. v.* 3. *p.* 22. *t.* 37.

Stella. 20. A. caulescens diffuſus, capitulis pedunculatis lateralibus, legum. rectis ſubulatis mucronatis. Aſtragalus annuus maritimus procumbens latifolius, floribus pediculo inſidentibus. *Tournef. inſt.* 416. Aſtragalus hirſutus, corniculis plurimis vno pediculo ſtelliformiter inſertis. *Plak. phyt.* 79. *f.* 4. Glauci leguminoſae affinis. *Bauh. prodr.* 150. Stella leguminoſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 350. *Diſtinguendus ab A. ſeſameo Pedunculis elongatis Leguminibusque plurimis.*

ſeſameus. 21. A. caulescens diffuſus, capitul. ſubſeſſilibus lateralibus, legum. erectis ſubulatis acumine reflexis. *Flores minuti, caeruleſcentes, axillares, ſeſſiles,*

ſeſſiles, calyce non longiores. Legumina ſubterna, erecta, incurua, hiſpida, apice patula.

auſtriacus. 22. A. caulefcens proſtratus glaber ſtriatus debilis, foliolis ſublinearibus emarginatis, legum. teretibus. *Murr.* Aſtragalus auſtriacus. *Iac. Fl. vind. p. 263. Fl. auſtr. v. 2. t. 195* *Conf. ſupra A. ſulcatus.* M.

leontinus. 23. A. caulefcens proſtratus, legum. ouatis villoſis. flor. ſpicatis erectis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 59. Icon. rar. t. 37.* M. (*Corollae ſimilis Galegae officinali. Oeſterr. Fl. 2. p. 118.*)

pentaglottis. 24. A. caulefcens procumbens, legum. capitatis replicatis compreſſis conniuentibus criſtatis acumine reflexo. *Mant. 274.* Aſtragalus echinatus. *Murr. Fl. gott. 222.* Aſtragalus hiſpanicus, ſiliqua epiglottidi ſimili, flore purpureo, maiore. *Herm. lugdb. 74. t. 75.* Glaux hiſpanica. *Riv. tetr. 223. f. 2.* *Legumina ſquamoſa-criſtata.*

philadelphicum. 9. E. caule multifloro, fol. lanceolatis ſubſerratis: caulinis ſemiamplexicaulibus, floſculis radii capillaceis longitudine diſci. *Non deſcriptio, quae E. aegyptiaci.*
aegyptiacum. 10. E. fol. ſemiamplexicaulibus ſpathulatis dentatis, flor. globoſis. *Mant. 112. 517.* — *Iacq. hort. v. 3. t. 19.* M.

Gouani.

Gouani. 11. E. flor. congeſtis, cal. ſcarioſis, ſed lanceolatis ſubdentatis margine ſcabris. *Mant. 469. — Iacq. hort. v. 3. t. 79.* M. (E. *Gouani*, pedunc. multifloris corymboſis, fol. radicalibus petiolatis ouatis, caulinis lineari-lanceolatis ſeſſilibus *Gouan illuſtr. p. 66.*)

acre. 12. E. pedunculis alternis vnifloris. (*Curt. Fl. lond. ic.*)

alpinum. 13. E. caule ſubbifloro, calyce ſubhirſuto, fol. obtuſis ſubtus villoſis. *Fl. dan. t. 292.* Erigeron ſquamis calycinis planis, foliis obtuſis ſubtus villoſis. *Ger. prov. 202. Variat extra alpes Caule paniculato, Calyce glabro.*

vniflorum. 14. E. caule vnifloro, calyce piloſo.

gramineum. 15. E. caule vnifloro, fol. linearibus ciliatis ſcabris.

camphoratum. 16. E. fol. lanceolato-ouatis villoſis: ſerraturis apice cartilagineis.

iaponicum. 17. E. fol. ſeſſilibus obouatis ſerratis villoſis, flor. paniculatis. *Thunb. iap. p. 312.* M.

ſcandens. 18. E. fol. ouatis ſerratis villoſis, flor. axillaribus, caule ſcandente. *Thunb. iap. p. 313.* M.

tuberoſum. 19. E. fol. linearibus, ramis vnifloris, caule ſuffruticoſo. Erigeron fol. rigidis, caul. ſublignoſo paucifloro. *Ger. prov. 205. Radix praemorſa. Varietates a Gronouio.*

foetidum. 20. E. fol. lanceolato-linearibus retuſis, flor. corymboſis. Pſeudo-Helichryſum fruteſcens africanum, retuſis foliis viridibus, flore luteo nudo. *Moriſ. hiſt. 3. p. 90. n. 1. Conf.* Inulam foetidam.

tricuneatum. 21. E. fruticuloſum, fol. cuneatis trilobis. *Suppl. p. 368.*

pinnatum. 22. E. fol. pinnatifidis dentatis. *Suppl. p. 368.*

952. TVSSILAGO. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* ſquamae aequales, diſcum aequantes, ſubmembranaceae.

Anandria. 1. T. ſcapo vnifloro ſquamoſo erecto, foliis lyrato-ouatis. *In frigidioribus Calyx clauſus flore floſculoſo; in calidoribus flore radiato patente.*

dentata. 2. T. ſcapo vnifloro ebracteato, fol. lanceolatis dentatis villoſis.

nutans. 3. T. ſcapo vnifloro ebracteato, flore nutante, fol. lyratis obtuſis.

alpina. 4. T. ſcapo vnifloro ſubnudo, fol. cordato-orbiculatis crenatis, (*addo* M. *auctore Iacq.*) vtrinque virenti-

virentibus. *Iacq. Fl. auſtr. t. 246.* M. *Scapus vna alteraue bractea.*

diſcolor. 5. T. ſcapo vnifloro ſubnudo, fol. cordato orbiculatis crenatis ſupra lucidis, ſubtus tomentoſo-incanis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 3. t. 247.* M.

ſylueſtris. 6. T. ſcapo ſubunifloro ſubnudo, fol. cordato-orbiculatis, inciſo-lobatis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 12.* M.

Farfara. 7. T. ſcapo vnifloro imbricato, fol. ſubcordatis angulatis denticulatis. *Fl. dan. t. 595.*

iaponica. 8. T. floribus alternis radiatis. *Mant. 113.* Arnica tuſſilaginea. *Burm. ind. 182.* Doronicum Tuſſilaginis folio. *Pluk. amalth. 71. t. 390. f. 6. Burm.*

frigida. 9. T. thyrſo faſtigiato, flor. radiatis. *Fl. dan. t. 61. Variat floribus floſculoſis et radiatis.*

alba. 10. T. thyrſo faſtigiato, floſculis foemineis nudis paucis. *Fl. dan. t. 524.*

hybrida. 11. T. thyrſo oblongo, floſculis foemineis nudis plurimis. (T. *hybrida*, thyrſo conico ſubnutante, floſculis plurimis foemineis, 2-3 hermaphroditis centralibus; piſtillis bifidis.)

Petaſites. 12. T. thyrſo ouato, floſculis foemineis nudis paucis. *Fl. dan. t. 842.* M. *Floſculi foeminei inter hermaphroditos 2 ſ. 3, vix petaloidei, ligulati, albi. Filius.* (T. *Petaſites*, thyrſo ouato, floſculis omnibus fere hermaphroditis patulis: piſtillis exertis clauatis.)

953. SENECIO. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* cylindricus, calyculatus: ſquamis apice ſphacelatis.

* *Floribus floſculoſis.*

hieracifolius. 1. S. corollis nudis, foliis amplexicaulibus laceris, caule herbaceo erecto. *Mant. 469.*

purpureus. 2. S. coroll. nudis, fol. lyratis hirtis; ſuperioribus lanceolatis dentatis. *Berg. cap. 276.*

cernuus. 3. S. coroll. nudis nubilibus cernuis, fol. eroſis auriculatis. *Suppl. p. 370.* Senecio rubens. *Iacq. hort. v. 3. p. 50. t. 98. (Floſculis rubris.)*

perſicifolius. 4. S. coroll. nudis, fol. lanceolatis integerrimis baſi dentatis.

virgatus. 5. S. coroll. nudis, fol. lyratis ſubtus tomentoſis, pedunc. vnifloris: ſquamis ſubulatis.

diuari-

diuaricatus. 6. S. coroll. nudis, fol. lanceolatis dentatis ſcabris, ramulis floriferis diuaricatis.

Pſeudo-China. 7. S. coroll. nudis, ſcapo ſubnudo longiſſimo.

reclinatus. 8. S. coroll. nudis, fol. linearibus ſparſis ſcabris recuruis, caule fruteſcente. *Suppl. p. 369.* Senecio graminifolius. *Iacq. Miſc. 2. p. 322. Icon. rar.* M.

vulgaris. 9. S. coroll. nudis, fol. pinnato-ſinuatis amplexicaulibus, flor. ſparſis. *Fl. dan. t. 513.* (*Squamae omnes ſphacelatae, calycis laciniae vero non omnes. Fol. plana glabra.*)

arabicus. 10. S. coroll. nudis, fol. ſubbipinnatis petiolatis laevibus. *Mant. 114.*

peucedanifolius. 11. S. coroll. nudis, fol. pinnatis filiformibus. *Suppl. p. 372.*

iaponicus. 12. S. coroll. nudis, fol. petiolatis inciſo-pinnatifidis dentatis glabris. *Thunb. iap. p. 315.* M.

** *Flor. radiatis: radio reuoluto.*

triflorus. 13. S. coroll. reuolutis, fol. ſeſſilibus ſinuatis, calyc. conicis: ſquamis minimis intactis.

aegyptius. 14. S. coroll. reuolutis, fol. amplexicaulibus ſinuatis, ſquamis calycinis breuioribus integris ſphacelatis. *Mant. 517.*

liuidus. 15. S. coroll. reuolutis, fol. amplexicaulibus lanceolatis dentatis, ſquamis calycinis breuiſſimis intactis.

trilobus. 16. S. coroll. reuolutis, fol. amplexicaulibus, ſquamis calycinis ſphacelatis laceris.

viſcoſus. 17. S. coroll. reuolutis, fol. pinnatifidis viſcidis, ſquamis calycinis laxis longitudine perianthii. (*Sowerby engl. bot. t. 32. Tota planta viſcoſa.* Caul. *pubeſcens.* Fol. *pinnae dentato-inciſae obtuſae.* Var. *coroll. radiis planis.*)

ſyluaticus. 18. S. coroll. reuolutis, fol. pinnatifidis denticulatis, caule corymboſo erecto. — *Fl. dan. t. 869.* M. (*Rup. Fl. ienenſ. ed. Hall. p. 177. t. 3.* Cal. *ſulcatus glaber, ſquamis inferioribus breuiſſimis arcte depreſſis.* Semina *pubeſcentia pilis adpreſſis.* Fol. *pinnae margine reflexae pendulae.* Var. *cor. radiis planis.*)

nebrodenſis. 19. S. coroll. reuolutis, fol. lyratis ſinuatis obtuſis petiolatis, caule hirto.

glaucus. 20. S. coroll. reuolutis, fol. amplexicaulibus lanceolatis obtuſis dentatis integerrimis.

varicoſus. 21. S. coroll. reuolutis, fol. ouatis petiolatis dentatis puculato-varicoſis.

*** *Floribus radiatis: radio patente, fol. pinnatifidis*

haſtatus. 22. S. coroll. radiantibus, petiolis amplexicaulibus, pedunc. folio triplo longioribus, fol. pinnato-ſinuatis.

pubigerus. 23. S. coroll. radiantibus, petiol. radicalibus lanatis, fol. runcinatis, caul. ſimpliciſſimis, flor. lateralibus ſeſſilibus.

elegans. 24. S. coroll. radiantibus, fol. pinnatifidis aequalibus patentiſſimis margine incraſſato recuruato. *Calycis ſquamae ſubciliatae.* (*Curt. bot. mag. t. 238. flore pleno.*)

ſqualidus. 25. S. coroll. radiantibus calyce longioribus integris. fol. pinnatifidis: laciniis linearibus diſtantibus.

erucifolius. 26. S. coroll. radiantibus, fol. pinnatifidis dentatis ſubhirtis, caule erecto. *Culta villoſitatem exuit.* (*Fol. ſubtus villoſa, pinnatifida: laciniis linearibus margine reflexis inciſis: extima trifida. Caul. altus villoſus.*)

incanus. 27. S. coroll. radiantibus, fol. vtrinque tomentoſis ſubpinnatis obtuſis, corymbo ſubrotundo. *Pluk. phyt. 39. f. 6.*

abrotanifolius. 28. S. coroll. radiantibus, fol. pinnato-multifidis linearibus nudis acutis, pedunc. ſubbifloris. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 79.* M. Iacobaea alpina, foliis multifidis etſcheriana, flore luteo plerumque gemello. *Pluk. alm. 194. Folia Radicalia bipinnatifida; Caulina ſimpliciter pinnatifida. Pedunculi pubeſcentes, 3 ſ. 4, ſaepius biflori.* (*Caul. baſi repens. Flor. numero variant.*)

canadenſis. 29. S. coroll. radiantibus, fol. omnibus bipinnatis linearibus, pedunc. corymboſis. Iacobaea Chaerophylli foliis mariana. *Pluk. mant. 107.*

diffuſus. 30. S. coroll. radiantibus, fol. bipinnatis linearibus, caulibus diffuſis. *Suppl. p. 371.*

Iacobaea. 31. S. coroll. radiantibus, fol. pinnato-lyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto. (*Fl. dan. t. 945.* β. *aquaticus*, fol. radicalib. ouatis: caulinis pinnatifidis; lacinia extima maiore *Hudſ. angl. ed. 2. p. 366.*)

tenuifolius. 32. S. coroll. radiantibus, fol. omnibus pinnatis pinnis linearibus, pedunculis corymboſis, caule erecto. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 3. t. 278.* M. (*S. erucifo-*

erucifolio valde affinis videtur, pro quo etiam ab aliis ſumtus.)

aureus. 33. S. coroll. radiantibus, fol. crenatis: infimis cordatis petiolatis; ſuperioribus pinnatifidis lyratis.

lyratus. 34. S. coroll. radiantibus, fol. infimis lyratis dentatis, ſupremis ſerratis amplexicaulibus: lobis margine muricatis. *Suppl. p. 369. Piloſus.*

alpinus. 35. S. coroll. radiantibus, fol. cordatis lyratis groſſe ſerratis, petiolis auritis. *Suppl. p. 371.* Cineraria alpina. *Syſt. ed. 13. p. 636.* (*S. alpinus Suppl. vt ſynonymum modo ad* C. cordifolia *retulit Aitonius Kew. 3. p. 221. Cfr. quoque Retz. obſ. 5. p. 6.*)

vmbellatus. 36. S. coroll. radiantibus linearibus, fol. pinnato-denticulatis: laciniis diſtantibus. *Mant. 470.* Senecio filifolius. *Berg. cap. 278.*

**** *Floribus radiatis: radio patente, fol. indiuiſis.*

linifolius. 37. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus integerrimis, corymb. ſubſquamato, caule herbaceo.

roſmarinifolius. 38. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus margine revolutis, caule fruticoſo. *Suppl. p. 369.*

paludoſus. 39. S. coroll. radiantibus, fol. enſiformibus acute ſerratis ſubtus ſubuilloſis, caule ſtricto. *Fl. dan. t. 385.*

nemorenſis. 40. S. coroll. radiantibus octonis, fol. lanceolatis biſerratis ſubtus villoſis, caule ramoſo. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 184.* M. (Caul. *vt plurimum ſolitarius ſtriatus glaber aut pliloſus.* Fol. *ſparſa acuminata, ouata aut lanceolata.* Cor. *radii 5, rariſſime 4-6. Iacquin l. c.*)

ſarracenicus. 41. S. coroll. radiantibus, flor. corymboſis, fol. lanceolatis ſerratis glabriuſculis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 186.* M. (Radix *repens fibras numeroſas emittens, hinc* Caul. *plures angulati glabri veſtiti* Fol. *anguſtis confertis.* Corymb. *fol. ſuperioribus vix altior: ramis plerumque villoſis. Iacq.*)

ſibiricus. 42. S. coroll. radiantibus quinqueradiis, fol. ellipticis laeuibus. *Suppl. p. 370.*

Doria. 43. S. coroll. radiantibus, flor. corymboſis, fol. ſubdecurrentibus nudis lanceolatis denticulatis, ſuperioribus ſenſim minoribus. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 185.* M. *Folia vtrinque laeuia. Bracteae ſetaceae ſub calyce. Similis Cacaliae ſaracenicae.* (*Totus glaber.* Fol. *erecta longiſſima integerrima aut ſubdenticulata glabra ad tactum pinguia Iacq.*)

Doroni-

Doronicum. 44. S. coroll. radiante, caule indiuiſo ſubunifloro, fol. indiuiſis ſerratis: radicalibus ouatis ſubtus villoſis. *Ger. prov. 169 t. 7. — Iacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 45.* M. Doronicum helueticum humile, craſſis foliis. *Bauh. pin. 185. prodr. 97. Varietas progreſſiuas α-ε vidit Iacquin, at omnes negat conuenire D. Haller. (Flor. pedunculati, magni, aurantii.)*

longifolius. 45. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus ſparſis, caule fruticoſo. *Mant. 470. Berg. cap. 279.*

cruciatus. 46. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus ſubtus tomentoſis: inferioribus cruciatis, ſuperioribus integris. *Suppl. p. 371.*

iuniperinus. 47. S. coroll. radiantibus, caule fruticoſo, fol. ſubulatis. *Suppl. p. 371.*

byzantinus. 48. S. coroll. radiantibus, fol. oblongis remote dentatis ſpinoſo-denticulatis ſupra nudis, caule herbaceo. Solidago Iſatidis folio. *Rai. ſuppl. 177. n. 46. 58?* Iacobaea ſicula, caule rigido ramoſo, foliis ad marginem laciniatis, floribus paruis luteis. *Rai. ſuppl. 178. n. 49?* Hieracium montanum Conyzae ſ. Dentariae folio. *Bocc. ſic. Statura S. rigidi, ſed omnibus partibus longe anguſtior.*

halimifolius. 49. S. coroll. radiantibus, fol. obouatis carnoſis dentatis, caule fruticoſo.

ilicifolius. 50. S. coroll. radiantibus, fol. ſagittatis amplexicaulibus dentatis, caule herbaceo. *Berg. cap. 281. ſuprema haſtata.*

rigidus. 51. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus ſpathulatis repandis eroſis ſcabris, caule fruticoſo. *Seb. muſ. 1. t. 22. f. 5. Caulis rigidus, ſcaber, inamoenus. Folia rigida, ſupra quaſi oleo oblinita, non tamen glabra; ſubtus incana, villoſiuſcula. Flores parui radio luteo pentapetalo: floſculis remotis integris.*

polifolius. 52. S. coroll. radiantibus, fol. ouatis ſpathulatis integris obtuſis, adultioribus ſupra glabris, caule fruticoſo.

angulatus. 53. S. coroll. radiantibus, fol. petiolatis ouatis dentato-angulatis glabris. *Suppl. p. 369.*

maritimus. 54. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus ouatis denticulatis carnoſis, caule herbaceo procumbente. *Suppl. p. 369.*

eroſus.

eroſus. 55. S. coroll. radiantibus, fol. radicalibus petiolatis oblongis ſinuatis ſerratis villoſis, caule vnifloro ſubnudo. *Suppl. p. 370.*

marginatus. 56. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus lanceolatis glabris ſubarticulatis marginatis, corymbo compoſito. *Suppl. p. 370.*

lanatus. 57. S. coroll. radiantibus, fol. ſeſſilibus vtrinque lanatis dentatis, infimis ouatis, ſuperioribus lanceolatis. *Suppl. p. 370.*

cordifolius. 58. S. coroll. radiantibus, fol. cordatis dentatis, calycibus ſimpliciſſimis. *Suppl. p. 372.*

glaſtifolius. 59. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus lanceolatis ſubdentatis laeuibus. *Suppl. p. 372.*

954. ASTER. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii plures 10. *Cal.* imbricati ſquamae inferiores patulae.

* *Fruticoſi.*

taxifolius. 1. A. ſuffruticoſus, foliis decurrentibus ſubulatis canaliculatis ciliatis, floribus terminalibus. *Berg. cap. 286.*

reflexus. 2. A. fruticoſus, fol. ouatis ſubimbricatis recuruatis ſerrato-ciliatis, flor. terminalibus. *Berg. cap. 285.* Aſter africanus fruteſcens, ſplendentibus paruis et reflexis foliis. *Comm. hort. 2. p. 51. t. 28. Caulis prolifer. Radius ſanguineus.*

crinitus. 3. A. fruticuloſus, fol. ouato-oblongis acutis ſubtus tomentoſis, calyc. pilo terminatis. *Folia exquiſite acuminata.*

fruticuloſus. 4. A. fruticoſus, fol. linearibus punctatis, pedunc. vnifloris nudis. *Berg. cap. 287.*

** *Herbacei Integrifolii, pedunculis nudis.*

tenellus. 5. A. fol. ſubfiliformibus aculeato-ciliatis, pedunc. nudis, calyc. hemiſphaericis aequalibus. *Mant. 471.* Aſter paruus aethiopicus, Chamaemeli floribus, Tamariſci aegyptiaci foliis tenuiſſime denticulatis. *Pluk. alm. 56. t. 271. f. 4. Rai. ſuppl. 164. n. 84.* (*Curt. mag. t. 33.*)

alpinus. 6. A. fol. ſpathulatis hirtis: radicalibus obtuſis, caul. ſimpliciſſimo vnifloro. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 88.* M. *Folia caulina 2, rarius 3. Gouan. Calyx aequalis.* (*Curt. mag. t. 199.*)

ſibiricus. 7. A. fol. lanceolatis venoſis ſcabris extimo ſerratis, caul. ſtriatis, pedunc. tomentoſis.

Tripolium. 8. A. fol. lanceolatis integerrimis carnoſis glabris, ramis inaequatis, flor. corymboſis. — *Fl. dan. t.* 615. M. (*Sowerb. engl. bot. t.* 87.)

Amellus. 9. A. fol. lanceolatis obtuſis ſcabris trineruiis integris, pedunc. nudiuſculis corymboſis, ſquamis calycinis obtuſis. *Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello. Virg.*

diuaricatus. 10. A. ramis diuaricatis, fol. ouatis ſerratis, floralibus integerrimis obtuſiuſculis amplexicaulibus.

*** *Herbacei Integrifolii, pedunculis ſquamoſis.*

hyſſopifolius. 11. A. fol. linearibus integerrimis obliquatis acutis margine ſcabris, pedunc. ſubnudis. *Mant.* 114. 517. (A. *hyſſopifolius*, fol. lineari-lanceolatis baſi attenuatis integerrimis ſtrictis, ramulis corymboſis faſtigiatis: foliolis crebris linearibus imbricatis, calycibus imbricatis. *Ait. Kew.* 3. *p.* 200.)

dumoſus. 12. A. fol. linearibus integerrimis, caule paniculato, flor. terminalibus. (*Cal. cylindracei arcte imbricati. Aiton.*)

ericoides. 13. A. fol. linearibus integerrimis, caule paniculato, pedunc. racemoſis: pedicellis folioſis. (*Caul. et fol. glaberrima Aiton, quo differt ab* A. multiflorus *Eiusd. Dill. elth. t.* 36. *f.* 46. *cui ramuli ſecundi et caulis pubeſcens.*)

tenuifolius. 14. A. fol. ſublinearibus integerrimis, pedunc. folioſis.

linariifolius. 15. A. fol. linearibus integerrimis mucronatis ſcabris carinatis. pedunc. folioſis.

linifolius. 16. A. fol. linearibus acutis integerrimis, caule corymboſo ramoſiſſimo. *Folia lanceolata, ſenſim verſus apicem attenuata. Pedunculi ſquamis ſubulatis minimis.* (*Fol. ſcabriuſcula. Cal. imbricati. Radii diſco ſubaequales. Aiton.*)

acris. 17. A. fol. lanceolato-linearibus ſtrictis integerrimis planis, flor. corymboſis faſtigiatis, pedunc. folioſis.

concolor. 18. A. fol. ouatis ſeſſilibus integerrimis, caule ſimpliciſſimo, racemo terminali.

rigidus. 19. A. fol. linearibus alternis, flor. terminalibus ſolitariis.

nouae angliae. 20. A. fol. lanceolatis alternis integerrimis ſemiamplexicaulibus, flor. confertis terminalibus, caule hiſpido. (*Calyces diſcum ſuperantes laxi: foliolis lineari-*

lineari-lanceolatis ſubaequalibus, caulis hiſpidus. Ait. l. c. p. 201.)

vndulatus. 21. A. fol. amplexicaulibus vndulatis ſubtus tomentoſis, flor. racemoſis adſcendentibus. (*Petioli alati baſi dilatati. Caul. hiſpidus. Aiton.*)

grandiflorus. 22. A. fol. amplexicaulibus lingulatis integerrimis, ramis vnifloris, calyc. ſquarroſis. *Mill. ic. 282. Cateſby hunc in Europam primus introduxit.* (A. *grandiflorus*, fol. linearibus integerrimis ſubamplexicaulibus hiſpidis ciliatis; ramorum calycisque reflexis. *Ait. l. c. p. 200.*)

**** *Herbacei Serratifolii, pedunculis laeuibus.*

cordifolius. 23. A. fol. cordatis ſerratis petiolatis, caule corymboſo, pedunc. aphyllis, caul. laeuibus. *Caulis ſublaeuis, (hirtus) ſuperne magis ramoſus. Folia radicalia cordata, acute ſerrata, ſubtus piloſiuſcula; Caulina inferiora ouata, ſerrata petiolis marginatis; ſuprema ſpathulato-lanceolata, amplexicaulia. Panicula corymboſa. Pedunculi nudi. Calyces imbricati, arcti. Radius exalbidus, vix purpuraſcens, 12-petalus.*

puniceus. 24. A. fol. ſemiamplexicaulibus lanceolatis ſerratis ſcabris, pedunc. alternis ſubunifloris, calyc. diſcum ſuperantibus. (*Caul. hiſpidus.*)

annuus. 25. A. fol. lanceolatis: inferioribus crenatis, caule corymboſo, pedunc. nudis, calyc. hemiſphaericis. *Fl. dan. t. 486.* (*Radii albi. Cal. ſtrigoſus.*)

vernus. 26. A. fol. radicalibus lanceolatis integerrimis obtuſis, caul. ſubnudo filiformi ſubramoſo, pedunc. nudis.

***** *Herbacei Serratifolii, pedunculis ſquamoſis.*

indicus. 27. A. fol. ouato-oblongis ſerratis: floralibus ouali-lanceolatis integerrimis, ramulis vnifloris.

laeuis. 28. A. fol. lanceolatis ſeſſilibus laeuibus ſubſerratis, pedunc. folioſis ſubdiuiſis. (*Fol. integerrima lucida: radicalia ſubſerrata. Cal. foliola apice incraſſata. Aiton.*)

mutabilis. 29. A. fol. lanceolatis ſerratis, calyc. ſquarroſis, panic. ſubfaſtigiata.

Tradeſcanti. 30. A. fol. lanceolato-linearibus medio ſerratis, pedunc. folioſis, caule racemoſo, calyc. erectis. (*Caul. teres glaber.*)

noui belgii. 31. A. fol. lanceolatis ſubſerratis ſeſſilibus, caule paniculato, ramulis vnifloris ſolitariis, calyc. ſquarroſis. (*Fol. ſubamplexicaulia lanceolata glabra margine ſcabra. Aiton.*)

tardiflorus. 32. A. fol. ſpathulato-lanceolatis ſerratis oblongis: baſi flexuoſis ſemiamplexicaulibus, caul. proſtratis, flor. terminalibus. (A. *tardiflorus*, fol. ſeſſilibus lanceolatis baſi attenuatis ſerratis glabris, calycib. laxis: foliolis lanceolato-linearibus ſubaequalibus glabris. *Ait. Kew. 3. p. 209.*)

miſer. 33. A. fol. ſerratis: ramorum integerrimis, flor. ouatis: diſco radiis longiore. (A. *miſer*, fol. ſeſſilibus lanceolatis ſubſerratis glabris, calycibus imbricatis: foliolis acutis, diſco radiis aequali, caule villoſiuſculo. *Ait. Kew. 3. p. 205.*)

macrophyllus. 34. A. fol. ſerratis: radicalibus maximis cordatis trineruatis; caulinis ouatis ſeſſilibus. (*L'Herit. ſtirp. nov. 2. t. 60. Petioli ſuperiores alati. Aiton.*)

chinenſis. 35. A. fol. ouatis angulatis dentatis petiolatis, caul. patentibus folioſis terminalibus. *Differt nonnihil a congeneribus.*

tataricus. 36. A. fol. radicalibus lanceolato-ouatis ſerratis ſcabris, caule paucifloro. *Suppl. p. 373.*

† *Seorſim collocantur.*

hiſpidus. 37. A. fol. infimis oblongis crenatis ſcabris, caulinis lanceolatis integris ciliatis, caule ſcabro. *Thunb. iap. p. 315.* M.

ſcaber. 38. A. fol. oblongis ſerratis ſcabris, pedunculis paniculatis. *Thunb. iap. p. 316.* M.

955. SOLIDAGO. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii circiter 5 (ſubinuolutae.) *Cal.* ſquamae imbricatae, clauſae.

ſemperuirens. 1. S. foliis lanceolatis ſubcarnoſis glaberrimis margine ſcabriuſculis, panicula corymboſa.

canadenſis. 2. S. panicula corymboſa, racem. recuruatis, flor. adſcendentibus, fol. trineruiis ſubſerratis ſcabris.

altiſſima. 3. S. paniculato-corymboſa, racem. recuruis, flor. adſcendentibus, fol. eneruiis ſerratis.

lateriflora. 4. S. panic. corymboſa, racem. recuruis adſcendentibus, caule inferne ramoſo floriferoque.

bicolor. 5. S. racem. ſpicatis, fol. ſubſerratis, florum radio bicolore. *Mant. 114.*

lanceolata. 6. S. corymb. terminalibus, fol. lineari-lanceolatis integerrimis trineruiis. *Mant. 114.*

caeſia. 7. S. panic. corymboſa, racem. ſupra denſioribus, caule glabro laeui. (*Caul. laeuis colore purpuraſcente-ſpadiceo.*)

mexicana. 8. S. caule obliquo, pedunc. erectis foliolatis ramoſis, fol. lanceolatis integerrimis.

flexicaulis. 9. S. caule flexuoſo, fol. ouatis acuminatis ſerratis, racem. lateralibus ſimplicibus.

latifolia. 10. S. caule erecto, fol. ouatis acuminatis ſerratis, racem. lateralibus ſimplicibus. (*A priore haud diuerſum putat Aitonius Kew. 3. p. 217.*)

Virgaurea. 11. S. caule ſubflexuoſo angulato, racem. paniculatis erectis confertis. — *Fl. dan. t. 663.* M. (*Caul. potius teres, apice ſubcompreſſus et hic pubeſcens.*)

minuta. 12. S. caule ſimpliciſſimo, fol. caulinis integerrimis, pedunc. axillaribus vnifloris. (S. *minuta*, caule ſimpliciſſimo piloſo, fol. lanceolatis acutis ſerratis glabris, racemo terminali ſimplici erecto, ligulis elongatis. *Ait. Kew. 3. p. 218.*)

rigida. 13. S. fol. caulinis ouatis ſcabris integerrimis, ram. alternis faſtigiatis, corymb. terminalibus.

noueboracenſis. 14. S. fol. radicalibus ouato-oblongis petiolatis, caule nudiuſculo ramoſo faſtigiato.

957. CINERARIA. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* ſimplex, polyphyllus, aequalis.

geifolia. 1. C. pedunculis ramoſis, foliis reniformibus ſuborbiculatis ſublobatis dentatis petiolatis. *Berg. cap. 289.* (*Fol. pubeſcentia, petioli ſuperne auriti. Aiton.*)

cymbalarifolia. 2. C. fol. lyratis: impari reniformi denticulato; caulinis ſummis amplexicaulibus lobatis integerrimis.

ſibirica. 3. C. racemo ſimplici, fol. cordatis obtuſis denticulatis laeuibus, caule ſimpliciſſimo monophyllo. *Mant. 472. Bracteae 2, oblongae, emarceſcentes.*

glauca. 4. C. racemo ſimplici, fol. ſpathulato-cordatis integerrimis, caule ſimpliciſſimo. *Folia colore Crambes maritimae, ſubcarnoſa glauca petiolis marginato-ſpathulatis.*

ſonchifolia. 5. C. fol. amplexicaulibus ſinuatis difformibus.

cordifolia. 6. C. panicula pauciflora, fol. caulinis petiolatis cordatis acute ſerratis glabris, caule angulato.

Suppl. p. 375. Cineraria cordifolia. *Iacq. auſtr. v. 2. t. 176.* — Varietas *β.* Cineraria cordifolia auriculata. *Iacq. auſtr. v. 2. t. 177: in qua petioli foliorum ſuperiorum appendiculati ad baſin, non in medio, ita vt non poſſim cum Senecione alpino Suppl. p. 371. eandem habere.* M.

criſpa. 7. C. floribus paniculatis, fol. caulinis ſpathulato-oblongis ſerratis obtuſis amplexicaulibus, baſi dilatato-dentatis. *Suppl. p. 376. — Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 178.*

integrifolia. 8. C. *α. alpina,* flor. vmbellatis, fol. denticulatis lanceolatis, radicalibus ſpathulatis. *Murr. Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 179.* M.

β. pratenſis, — — — fol. ſubintegris, radicalibus baſi ſenſim anguſtatis. *Staturae minoris quam praecedens. Murr.* Cineraria alpina *γ.* integrifolia. *Linn. ſpec. pl. p. 1243. Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 180.* M. (*Cfr. Sowerby engl. bot. p. 152.*)

longifolia. 9. C. fol. obſolete denticulatis, omnibus oblongis. M. *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 181. Proxime venit ad Cinerariam integrifoliam.* M.

paluſtris. 10. C. floribus corymboſis, fol. lato-lanceolatis dentato-ſinuatis, caule villoſo. *Fl. dan. t. 573.*

aurea. 11. C. flor. corymboſis, fol. lanceolatis ſerratis ſubtus tomentoſis.

maritima. 12. C. flor. paniculatis, fol. pinnatifidis tomentoſis: laciniis ſinuatis, caule fruteſcente.

canadenſis. 13. C. flor. paniculatis, fol. pinnatifidis ſubuilloſis: laciniis ſinuatis, caule herbaceo.

capillacea. 14. C. fol. pinnatis, pinnis capillaceis integris. *Suppl. p. 375.*

linifolia. 15. C. pedunc. vnifloris, fol. ſparſis, caule fruticoſo.

purpurata. 16. C. caule ſubbifloro, fol. obouatis ſubtomentoſis. *Mant. 285.*

amelloides. 17. C. pedunc. vnifloris, fol. oppoſitis ouatis nudis, caule ſuffruticoſo. *Berg. cap. 290. Amello lychnitidi ſimilis. Radius caeruleus. Folia petiolata ouato-oblonga, viridia, nec cinerea.* (*Curt. bot. mag. t. 249.*)

americana. 18. C. fruticoſa, paniculis axillaribus, fol. alternis petiolatis lato-lanceolatis ſerratis ſupra glabris ſubtus canis. *Suppl. p. 373.*

alata. 19. C. caule herbaceo, fol. obouatis decurrentibus, flor. corymboſis. *Suppl. p. 374.*

elongata.

elongata. 20. C. fol. ſubcordatis eroſis, pedunculis longiſſimis ſubulato-ſquamoſis. *Suppl. p. 374.*

cacalioides. 21. C. fol. teretibus oblongis carnoſis, panicula terminali elongata pauciflora, pedunculis alternis. *Suppl. p. 374.*

denticulata. 22. C. fol. lanceolatis glabris denticulatis, flor. paniculatis. *Suppl. p. 375.*

perfoliata. 23. C. fol. ouatis cordatis amplexicaulibus, pedunculis vnifloris elongatis. *Suppl. p. 375.*

lineata. 24. C. fol. lanceolatis ſubtus tomentoſis apice ſerratis baſi dentatis. *Suppl. p. 375.*

haſtifolia. 25. C. fol. haſtatis: laciniis lateralibus bifidis diuaricatis. *Suppl. p. 376.*

iaponica. 26. C. fol. enſiformibus dentatis tomentoſis, flor. terminalibus. *Thunb. iap. p. 317.* M.

956. INVLA. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Antherae* baſi in ſetas duas deſinentes.

Helenium. 1. I. foliis amplexicaulibus ouatis rugoſis ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ouatis. — *Fl. dan. t. 728.* M.

odora. 2. I. fol. amplexicaulibus dentatis hirſutiſſimis: radicalibus ouatis; caulinis lanceolatis, caule paucifloro. *Folia mollia: caulina amplexicaulia. Flos 1 ſ. 2 pedunculatus.*

ſuaueolens. 3. I. fol. lanceolatis ſubſerratis: inferioribus petiolatis, ſuperioribus ſeſſilibus, caule multifloro ſubcorymboſo. *Iacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 51.* M. (*Caul. purpuraſcens.*)

Oculus Chriſti. 4. I. fol. amplexicaulibus oblongis integris hirſutis, caule piloſo corymboſo. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 223.* M. (*Fol. venoſa rugoſa.*)

britannica. 5. I. fol. amplexicaulibus lanceolatis ſerratis diſtinctis ſubtus villoſis, caule ramoſo erecto villoſo. *Fl. dan. t. 413.*

dyſenterica. 6. I. fol. amplexicaulibus cordato-oblongis, caule villoſo paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. *Fl. dan. t. 410.*

vndulata. 7. I. fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis vndulatis. *Mant. 115.*

indica. 8. I. fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis ſerratis, pedunc. vnifloris filiformibus, flor. globoſis. *Folia ſubſcabra, ſubtus ſubtomentoſa. Calyx cum diſco corollae conficit globum. Flos luteus diſco flauo.*

 Puli-

Pulicaria. 9. I. fol. amplexicaulibus vndulatis, caule proſtrato, flor. ſubgloboſis radio breuiſſimo. — *Fl. dan. t. 613.* M. (Inula Pulicaria *Hudſonii, Curtiſii forte et aliorum a b. Sibthorp ſequente induta nomine:* Inula *vliginoſa*, fol. amplexicaulibus vndulatis, caule erecto pubeſcente, flor. hemiſphaericis. *Flor. oxon. p. 256, quae hinc ab* Inula Pulicaria *Linn. diuerſa videtur.*)

arabica. 10. I. fol. oblongis ſeſſilibus, pedunc. filiformibus, calycib. cylindricus. *Mant. 115.*

ſpiraeifolia. 11. I. fol. ſubſeſſilibus ouato-oblongis nudis reticulatis confertis ſerrulatis, flor. terminalibus ſubſeſſilibus.

ſquarroſa. 12. I. fol. ſeſſilibus oualibus laeuibus reticulato-venoſis ſubcrenatis, cal. ſquarroſo. *Caulis pubeſcens, ſtriatus, ſaepe vniflorus. Folia ſeſſilia, ſcabriuſcula, nuda, ſubſerrata, margine magis ſcabra. Flos terminalis, ſeſſilis. Calyx foliolis lanceolatis, exterioribus maioribus.*

Bubonium. 13. I. fol. lanceolatis rigidulis denticulatis, ſubuilloſis ſeſſilibus, caule ramisque ſubbifloris, cal. ſquarroſo. *Iacq. in Litt. Fl. auſt. v. 5. app. t. 19.* M.

ſalicina. 14. I. fol. lanceolatis recuruis ſerrato-ſcabris, ramis angulatis, flor. inferioribus altioribus. *Fl. dan. t. 786.* M.

hirta. 15. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis recuruis ſubſerrato-ſcabris, caule teretiuſculo ſubpiloſo, flor. inferioribus altioribus. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 358.* M. *Folia vtrinque hirta lanugine ſubruſa.*

mariana. 16. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis ſubſerratis piloſis, pedunc. ſubunifloris ſubuiſcoſis: foliolis linearibus.

germanica. 17. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis recuruis ſcabris, flor. ſubfalcatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 134.* M. (*Cal. conſtat ſquamis duplicibus: exteriores plurimae lanceolatae acutae, apice recuruae et puncto nigricante maculatae. Iacq.*)

iaponica. 18. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis denticulatis, pedunculis virgatis vnifloris. *Thunb. iap. p. 318.* M.

dubia. 19. I. fol. ſeſſilibus oblongis ciliatis, caule vnifloro. *Thunb. l. c.* M.

enſifolia. 20. I. fol. ſeſſilibus linearibus acuminatis neruoſis glabris ſparſis, caule ſubunifloro. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 162.* M. (*Cal. ſubuilloſus.*)

crithmi-

crithmifolia. 21. I. fol. linearibus carnoſis tricuſpidatis. (*Fol. vtrinque apice dente vnico inſtructa.*)
prouincialis. 22. I. fol. ſubſerratis ſubtus tomentoſis: radicalibus petiolatis ouatis, caule erecto vnifloro.
montana. 23. I. fol. lanceolatis hirſutis integerrimis, caule vnifloro, calyce breui imbricato.
aeſtuans. 24. I. fol. ſpathulatis ſubtus tomentoſis.
bifrons. 25. I. fol. decurrentibus oblongis denticulatis, flor. congeſtis terminalibus ſubſeſſilibus.
caerulea. 26. I. fol. decurrentibus obouatis ſubſerratis, caule ſuffruticoſo, flor. ſeſſilibus terminalibus. *Mant.* 471. Inula cernua. *Berg. cap.* 288. *Antherae caudatae. Radius caeruleus.*
aromatica. 27. I. fol. linearibus integerrimis tomentoſis ſparſis, caule fruticoſo.
pinifolia. 28. I. fol. ſubulato-linearibus triquetris confertiſſimis, caule fruticoſo. *Mant.* 472.
foetida. 29. I. fol. lanceolato-linearibus integerrimis, corymb. ramoſis, radiis florum breuiſſimis. Pſeudo-Helichryſum melitenſe, retuſis foliis viridibus, flore luteo radiato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 90. *Excluſa Milleri figura. Affinis Senec. foetido. Habitus Cinerariae.*

658. ARNICA. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Corollulae* radii filamentis 5 absque antheris,

montana. 1. A. foliis ouatis integris: caulinis geminis oppoſitis. *Fl. dan. t.* 63.
piloſelloides. 2. A. fol. integerrimis ellipticis villoſis, ſcapo vnifloro aphyllo lanato, calyce radium aequante.
ſcorpioides. 3. A. fol. alternis dentatis mollibus. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 349. *Semina omnia papposa.*
Doronicum. 4. A. fol. alternis ſubſerratis, oblongis aſperis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr.* 1. *t.* 92.
maritima. 5. A. fol. lanceolatis: inferioribus ſerratis, caule folioſo multifloro.
crocea. 6. A. fol. ouatis repando-denticulatis ſubtus tomentoſis. *Folia quibusdam cordata.*
ciliata. 7. A. fol. amplexicaulibus ouatis dentatis ciliatis glabris, caule ſimplici vnifloro. *Thunb. iap. p.* 318. M.
iaponica. 8. A. fol. inciſo-palmatis denticulatis, flor. terminalibus ſubbinis. *Thunb. iap. p.* 319. M.

palmata. 9. A. foliis inciſo-palmatis dentatis, flor. paniculatis. *Thunb. l. c.* M. *Eſt ſine dubio* Arnica iaponica. *Suppl. p. 376.* M.

Gerbera. 10. A. fol. pinnatifidis: lobis rotundatis.

coronopifolia. 11. A. fol. pinnatis: laciniis linearibus.

959. DORONICVM. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Calycis* ſquamae duplicis ordinis aequales, diſco longiores. *Sem.* radii nuda pappoque deſtituta.

Pardalianches. 1. D. foliis cordatis obtuſis denticulatis: radicalibus petiolatis; caulinis amplexicaulibus. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 350.* M. *Semina radii nuda. Caulis ramoſus.* — Doronicum auſtriacum. *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 130. differt ab iſto praecipue, quod radix ligneſcens et parum prolifera ſit, in D. Pardalianche autem radix in omnem ambitum ceſpitoſe et longa diſtantia ſurculos trudat. Varietates igitur modo habeo.* M.

plantagineum. 2. D. fol. ouatis acutis ſubdentatis, ramis alternis. *Caulis ramoſus.*

Bellidiaſtrum. 3. D. caule nudo ſimpliciſſimo vnifloro. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 400.* M. *Semina pappoſa. Turr.*

960. PERDICIVM, *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. (*Papp.* ſeſſilis piloſus dentatus. *Vahl.*) *Corollulae* bilabiatae.

ſemifloſculare. 1. P. flore ſemifloſculoſo, ſcapo vnifloro nudo. (P. *taraxaci*. ſcapo 1-floro, floſculis foemineis hermaphroditisque, fol. runcinatis *Vahl. in Skrivt. af Naturhiſtorie-Selſkab. I. v. 2. p. 9. t. 1.*)

radiale. 2. P. floribus ſubradiatis, calyce exteriore tetraphyllo, caule fruticoſo.

braſilienſe. 3. P. flor. ſubradiatis, colycibus ſimplicibus, caule herbaceo. *Mant. 115.*

magellanicum. 4. P. fol. runcinatis, caule diphyllo ſimplici vnifloro. *Suppl. p. 376.* (*Vahl. l. c. t. 4.*)

tomentoſum. 5. P. fol. lyratis ſubtus tomentoſis. *Thunb. iap. p. 319.* M. (*Scapus 1-florus Vahl. l. c. t. 3.*)

1421. MVTISIA. *Recept.* nudum. *Pappus* plumoſus. *Cal.* cylindricus, imbricatus. *Corollulae radii* ouali-oblongae; *diſci* trifidae. *Suppl. p. 57.*

Clematis. 1. MVTISIA. *Suppl. p. 373.*

961.

961. HELENIVM. *Recept.* nudum: *Radii* paleaceum. *Pappus* 5-ariſtatus. *Cal.* ſimplex, multipartitus. *Corollulae* radii ſemitrifidae.

autumnale. 1. HELENIVM. foliis ſerratis. *Speciem alteram foliis integerrimis Mill. dict. non vidi.*

962. BELLIS *Recept.* nudum, conicum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphaericus: ſquamis aequalibus. *Sem.* obouata.

perennis. 1. B. ſcapo nudo. *Fl. dan. t.* 503.

annua. 2. B. caule ſubfolioſo. *Excluſo Triumfetti et Bocconis ſynonymo.* (*Flor. amoene caerulei. Gouan. illuſtr. p.* 69.)

1322. BELLIVM. *Recept.* nudum. *Rem.* conica corona paleacea 8-phylla, *Pappoque* ariſtato. *Cal.* foliolis aequalibus.

bellidioides. 1. B. ſcapis nudis filiformibus. *Mant.* 285. Bellis annua minima. *Triumph. obſ.* 82. *t.* 82. Bellis maritima minima, Roris ſolis folio, cyrenaica. *Bocc. muſ.* 149. *t.* 107. *Rai. ſuppl.* 222.

minutum. 2. B. caule folioſo. *Mant.* 286. Pectis minuta. *Sp. plant.* 1250. Bellis cretica fontana omnium minima. *Tournef. Cor.* 37. *Vaill. act.* 547. — *Schreb. in act. vpſ. nou. v.* 1. *p.* 84. *tab.* 5. *fig.* 2. M. *Planta inter omnium minutiſſimas.*

964. TAGETES *Recept.* nudum. *Pappus* ariſtis 5, erectis. *Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus, tubuloſus. *Floſculi* radii 4, perſiſtentes.

patula. 1. T. caule ſubdiuiſo patulo. (*Flor. colore aurantio et luteo variegati.*)

erecta. 2. T. caule ſimplici erecto, pedunculis nudis vnifloris.

minuta. 3. T. caule ſimplici recto, pedunc. ſquamoſis multifloris.

963. LEYSERA. *Recept.* ſubpaleaceum. *Pappus* paleaceus; diſci etiam plumoſus. *Cal.* ſcarioſus.

gnaphalodes. 1. L. foliis ſparſis, floribus pedunculatis. *Seb. muſ.* 2. *t.* 66. *f.* 6. *Caulis prolifer. Folia ſparſa, filiformia, villoſo-incana; ſetis breuiſſimis ſparſis glanduliferis. Pedunculi terminales ſolitarii, purpurei. Calyces turbinati ſquamis omnibus ſcarioſis. Margines foliorum ciliati glandulis pilo inſidentibus. Semina*

mina omnia coronata margine membranaceo, ſed inſuper diſci ſemina pappoſa. Receptaculum radii paleaceum, diſci nudum. Dav. Royen.

Callicornia. 2. L. fol. trifariis, flor. ſubſeſſilibus. *Mant.* 286. Callicornia gnaphalodes. *Burm. prodr.* 24. *Pluk. phyt.* 350. *f.* 4.

paleacea. 3. L. fol. triquetris apice calloſis recuruatis. *Roy.* Leyſera ericoides. *Berg. cap.* 294. *Folia raris pilis obſita, interius ſulco tomentoſo exarata. Receptaculum totum paleis longitudine fere florum. Seminum corona omnis membranacea; nec vlla pappoſa. Hinc* Buphthalmis *charactere conuenit, ſed adeo ſimilis priori, vt facie vix diſtinguatur.*

974. ZINNIA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* ariſtis 2 erectis. *Cal.* ouato-cylindricus, imbricatus. *Floſcula* radii 5, perſiſtentes, integri.

pauciflora. 1. Z. floribus ſeſſilibus. Verbeſina fol. oppoſitis ouatis acutis integerrimis ſcabris. *Acta petrop.* 1763. *p.* 325. *t.* 13. *Flores lutei.* (*Tota glabra. Mill. ic. t.* 64.)

multiflora. 2. Z. flor. pedunculatis. *Linn. dec.* 23. *t.* 12. *Iacq. obſ.* 2. *t.* 40. *Caulis hirtus; Folia petiolata; Radius ruber. Habitat in Louiſiana.*

965. PECTIS. *Recept.* nudum. *Pappus* ariſtatus. *Cal.* 5-phyllus, cylindricus. *Floſculi* radiantes 5.

ciliaris. 1. P. foliis linearibus ciliatis.

punctata. 2. P. fol. linearibus integerrimis ſubtus punctatis. — *Iacq. amer. pict. p.* 106. *t.* 196. M.

linifolia. 3. P. fol. linearibus integerrimis vtrinque laeuibus.

966. CHRYSANTHEMVM. *Recept.* nudum. *Pappus* marginatus. *Cal.* hemiſphaericus, imbricatus: ſquamis marginalibus membranaceis.

* *Leucanthema.*

fruteſcens. 1. C. fruticoſum, foliis carnoſis linearibus pinnatis dentatis apice trifidis.

ſerotinum. 2. C. fol. lanceolatis ſuperne ſerratis vtrinque acuminatis.

atratum. 3. C. fol. omnibus cuneiformibus oblongis inciſis carnoſis. *Folia Radicalia cuneiformia, apice lobata; Caulina lanceolata, ſerrata. Caulis vniflorus. Calyx margine atro.*

alpinum.

alpinum. 4. C. fol. cuneiformibus pinnatifidis: laciniis integris, caul. vnifloris. *Ger. prov. 206. Calycis ſquamae nigrae ſcarioſae.* (*Fol. veluti ſubpulpoſa, primo incana, dein lacte viridia Wulfen.*)

Leucanthemum. 5. C. fol. amplexicaulibus oblongis: ſuperne ſerratis; inferne dentatis. *β.* Bellis montana, folio obtuſo crenato. *Bauh. pin. 261. prodr. 121. Barr. ic. 458. f. 2. Ger. prov. 206. γ.* Leucanthemum vulgare, caule villis caneſcente. *Tournef. inſt. 492. Semina nigra ſtriis albis capitulo luteo cylindrico cauo.* (*Fl. dan. t. 994.*)

montanum. 6. C. fol. imis ſpathulato-lanceolatis ſerratis: ſummis linearibus. *Varietas* C. Leucanthemi *ſecundum Gerardum.* (C. *montanum*, fol. radicalibus ſpathulatis ſerratis longe petiolatis, caulinis ſeſſilibus linearibus ſubdenticulatis, caule 1-floro *v. Wulf. in Iacq. Coll. I. p. 332.*)

graminifolium. 7. C. fol. linearibus ſubintegerrimis.

monſpelienſe. 8. C. fol. imis palmatis: foliolis linearibus pinnatifidis. (*Schkuhr Handb. t. 253.*)

Balſamita. 9. C. fol. ouatis oblongis ſerratis auriculatis. *Simillimum Tanaceto Balſamitae, ſed radiatum. Caulis ſubangulatus, ramoſus. Folia lanceolato-ouata, obtuſiuſcula, ſerrata, ſubtomentoſa, petiolata, auricula vtrinque parua. Flos Aſteris annui. Calyx fere Achilleae. Corolla lutea radio albo. Pappus nullus.*

inodorum. 10. C. fol. pinnatis multifidis, caule ramoſo diffuſo. — *Fl. dan t. 896.* M. (Sem. *4-drangularia marginata, latere transuerſim ſulcata.* Pedunc. *nudi apice inprimis ſulcati.* Petioli *deorſum latiuſculi. Recept. conico toto nudo et ſquamis margine nigricantibus, nec non odoris defectu ab Anthemide aruenſi et Cotula etc. facile dignoſcitur.*)

Achilleae. 11. C. fol. bipinnatis: pinnis imbricatis, caule ſtricto multifloro. Parthenium foliis tenuiſſimis, Achilleae caeſuris. *Mich. gen. 34. t. 29. Habitat in Italia.* ♃. *Caulis erectus, ſubangulatus, pedalis, multiflorus. Folia Milleſolii, ſed octuplo maiora: punctis eminentibus vix conſpicuis adſperſa; ſubtus pilis albis raris; apicibus mucrone terminali albido.*

corymboſum. 12. C. fol. pinnatis inciſo-ſerratis, caule multifloro. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 379.* M.

** *Chryſanthema.*

indicum. 13. C. fol. ſimplicibus ouatis ſinuatis angulatis ſerratis acutis.

pinnatifidum. 14. C. fruticoſum, fol. ſimplicibus oblongis pinnatifidis: pinnis ſerratis. *Suppl. p. 377.*

arcticum. 15. C. fol. ſimplicibus cuneiformibus ſubpalmatis multifidis obtuſis.

pectinatum. 16. C. fol. pinnatis linearibus parallelis acutis integerrimis, pedunc. ſolitariis vnifloris.

ſegetum. 17. C. fol. amplexicaulibus: ſuperne laciniatis; inferne dentato-ſerratis. (*Fl. dan. t. 995.*)

Myconis. 18. C. fol. lingulatis obtuſis ſerratis, calyc. ſquamis aequalibus. *Caulis erectus, laeuis, teretiuſculus. Folia extrorſum latiora, obtuſa, obtuſe ſerrata, laeuia, ſemiamplexicaulia. Pedunculus terminalis, ſtriatus, obſcurior, apice non incraſſatus. Calyx ſquamis apice ſcarioſis. Corolla ſaturate lutea. Radius breuis, tridentatus. Seminum corona membranacea.*

italicum. 19. C. fol. bipinnatis ſerratis, florum radiis longitudine diſci, caule procumbente. *Mant. 116.*

millefoliatum. 20. C. fol. bipinnatis dentatis, caule decumbente, corollae radiis diſco breuioribus. Anthemis millefolia. *Sp. pl. 1265. Diſcus omnino absque palcis. Differt a C. bipinnato diſci corollarum diametro non ſuperante longitudinem calycis. at C. bipinnatum diſco duplo latiore gaudet. Affinis C. italico.*

bipinnatum. 21. C. fol. bipinnatis ſerratis villoſis, radiis diſco breuioribus.

coronarium. 22. C. fol. pinnatis inciſis extrorſum latioribus.

floſculoſum. 23. C. floſculis omnibus vniformibus hermaphroditis. β. Cotula grandis. *Sp. pl. 1257. Mant. 473. ſemperuirens. Folia obouata, ſinuato-dentata, rigidula. Flos terminalis, ſolitarius. G.* (*Non ſolum* Cotula grandis *vt diſtinctam reſtituit ſpeciem cl. Desfontaines, ſed et vna cum* C. floſculoſum *generi* Balſamita *vid. pag. 783. adſcripſit; Cfr. Act. de la Soc. I. p. 2. et Annal. d. bot. ſt. 7. p. 37 et 38.*)

† *Addo ſeorſim.*

iaponicum. 24. C. fol. petiolatis apice inciſis dentatis. *Thunb. iap. p. 321.* M.

967. MATRICARIA. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphaericus, imbricatus: marginalibus ſolidis, acutiuſculis.

Parthenium. 1. M. foliis compoſitis planis: foliolis ouatis inciſis, pedunculis ramoſis. — *Fl. dan. t. 674.* M.

maritima. 2. M. receptaculis hemiſphaericis, fol. bipinnatis ſubcarnoſis: ſupra conuexis, ſubtus carinatis.

ſuaueolens. 3. M. receptac. conicis, radiis deflexis, ſquamis calycinis margine aequalibus.

Chamomilla. 4. M. receptac. conicis, radiis patentibus, ſquamis calycinis margine aequalibus. (*Curt. Fl. lond. Tota glaberrima dilute viridis.* Fol. *multifida, capillaria.* Cal. *margine ſcarioſus.* Recept. *acute conicum.* Sem. *ſtriata.*)

argentea. 5. M. foliis bipinnatis, pedunc. ſolitariis.

aſteroides. 6. M. fol. lanceolatis integris glabris obliquis. *Mant. 116.* (Boltonia aſteroides *L'Herit. ſert. p. 27. t. 36.* Recept. *fauoſum hemiſphaericum.* Papp. *ariſtatus ſubbicornis.* Cor. *radii plurimae.* Cal. *imbricatus Ait. Kew. 3. p. 197.*)

1420. VNXIA. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* 5-phyllus: foliolis ouatis. *Flores radii et diſci* quinque. *Suppl. p. 56.*

camphorata. 1. VNXIA. *Suppl. p. 368.*

968. COTVLA. *Recept.* ſubnudum. *Pappus* marginatus. *Corollulae* diſci 4-fidae; radii fere nullae.

anthemoides. 1. C. foliis pinnato-multifidis dilatatis, floribus floſculoſis. *Murr. Fl. Gott. 230.* β. Artemiſia nilotica. *Sp. pl. 1188. Caulis piloſus. Folia pinnatifida, inciſa. Pedunculi longi, ſolitarii, vniflori. Flos globoſus, cernuus, luteus. Calyx non imbricatus.*

aurea. 2. C. fol. pinnato-ſetaceis multifidis, flor. floſculoſis cernuis. *Excluſis C. B. et Lob. ſynonymis. Flores abſque paleis floſculis quadrifidis.* (*Schkuhr. bot. Handb. t. 254.*)

ſtricta. 3. C. fol. pinnatifidis planis nudis punctatis, caule erecto ſtricto, flor. radiatis. *Mant. 287. Syſt. nat. 12. p. 734.* Lidbeckia pectinata. *Berg. cap. 306. t. 5. f. 9.* (*Caul. laeuis rore caeſio obductus. Mant. l. c.*)

corono-

coronopifolia. 4. C. fol. lanceolato-linearibus amplexicaulibus dentatis, flor. floſculoſis. *Fl. dan. t. 341.*

vmbellata. 5. C. fol. lanceolatis hirſutis, floribus vmbellatis, caule erecto. *Suppl. p. 378.*

quinqueloba. 6. C. quinquelobis ſubtomentoſis, caulibus erectis. *Suppl. p. 377.*

viſcoſa. 7. C. fol. lyrato-pinnatis, flor. radiatis.

turbinata. 8. C. receptaculis ſubtus inflatis turbinatis, flor. radiatis. *Mant. 473.*

tanacetifolia. 9. C. fol. tripinnatis: lacinulis acutis, caule erecto, flor. floſculoſis corymboſis. *Floſculi foeminei vix vlli; diſci quadrifidi.* ⊙

Verbeſina. 10. C. fol. oppoſitis trineruiis cordatis crenatis, flor. radiatis pedunculatis binis. *Mant. 473.* (*Flor. omnes hermaphroditi, ſemina ariſtata:* Lauenia decumbens *Swartz prodr. p. 112.*)

capenſis. 11. C. fol. pinnatis ſubcarnoſis teretiuſculis: infimis ſubbipinnatis, flor. radiatis. *Mant. 287.* Matricaria capenſis. *Mant. 115.* Matricaria africana. *Berg. cap. 296.* Chamaemelum africanum annuum, petalis florum breuibus magisque ſparſis. *Rai. ſuppl. 224.* Chamaemelum leucanthemum craſſioribus foliis e Cap. b. ſpei. *Pluk. mant. 45.* *Corollulae radii diſtantes, ſubpedicellatae, lineatae, neutrae. Planta Chamomillae ſimilis.*

pilulifera. 12. C. fol. bipinnatis, capitulis globoſis, caule erecto. *Suppl. p. 378.*

ſericea. 13. C. fol. ſupradecompoſitis tomentoſis linearibus. *Suppl. p. 377.*

969. ANACYCLVS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* emarginatus. *Semin.* lateralibus membranaceis.

creticus. 1. A. foliis decompoſitis linearibus: laciniis diuiſis planis.

orientalis. 2. A. fol. compoſitis ſetaceis acutis rectis. *Receptaculum nudum. Vaill. ergo dubii generis. Deſcriptio deficit.*

aureus. 3. A. fol. bipinnatis teretiuſculis incanis, excauato-punctatis. *Mant. 287.* Chamaemelum luteum capite aphyllo. *Bauh. pin. 135.* Chamaemelum aureum peregrinum, capite ſine foliis. *Bauh. hiſt. 3. p. 119.* Anthemis Chryſanthemum herbariorum. *Lob. ic. 771.*

valentinus. 4. A. fol. decompoſitis linearibus: laciniis diuiſis teretiuſculis acutis, flor. floſculoſis. *Confer.* Anthemis valentina, *cui Corollae ſimiliter ariſtatae, ſed Calyx minus ſcarioſus; forte ſola varietas eſt.*

970. ANTHEMIS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphaericus, ſubaequalis. *Floſculi* radii plures quam 5.

* *Radio diſcolore ſ. albo.*

Cota. 1. A. florum paleis rigidis pungentibus. *Mant.* 474. *Till. piſ. t.* 17. *f.* 2. *rectius.*

altiſſima. 2. A. erecta, foliis pinnatis: pinnarum baſibus denticulo reflexo aſperis. *Mant.* 474.

maritima. 3. A. fol. pinnatis denticulatis carnoſis nudis punctatis, caule proſtrato, calyc. ſubtomentoſis.

tomentoſa. 4. A. fol. pinnatifidis obtuſis planis, pedunculis hirſutis folioſis, calyc. tomentoſis. — *Fl. dan. t.* 685. ? M. *Corollae laciniis* 2 *exterioribus maioribus. Caules pedales vniflori. Folia tomentoſo-ſericea.*

mixta. 5. A. fol. ſimplicibus dentato-laciniatis.

alpina. 6. A. fol. dentato-pinnatis integerrimis linearibus, caule villoſo vnifloro, petalis ouatis, paleis ſphacelatis. — *Iacq. Fl. auſtr. v.* 5. *t.* 30. M. (*Caul. ex viridi rubeſcens. Fol. pinnae lineares integrae ſ.* 2-3-*fidae.*)

chia. 7. A. fol. pinnatifidis laciniatis, pedunc. nudis ſubvilloſis. Chamaemelum chium vernum, folio craſſiore, flore magno. *Tournef. cor.* 37.

nobilis. 8. A. fol. pinnato-compoſitis linearibus acutis ſubvilloſis. *Excluſo Tournef.*

aruenſis. 9. A. receptac. conicis: paleis ſetaceis, ſem. coronato-marginatis.

auſtriaca. 10. A. receptaculis conicis: paleis oblongis mucronatis, ſeminibus nudis, fol. bipinnatis lanuginoſo-villoſis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. t.* 444. M.

Cotula. 11. A. receptac. conicis: paleis ſetaceis, ſeminudis. (*Curt. Fl. lond. ic. Minus tomentoſa, colore flauo-viridis, odore foetidiſſima.*)

Pyrethrum. 12. A. caul. ſimplicibus vnifloris decumbentibus, fol. pinnato-multifidis. *Mill. fig. t.* 38.

** *Radio concolore ſ. luteo.*

valentina. 13. A. caule ramoſo, fol. pubeſcentibus tripinnatis ſetaceis, calyc. villoſis pedunculatis.

repanda. 14. A. fol. ſimplicibus ouato-lanceolatis repando-crenatis.

perennis. β. radice perenni. *Suppl. p. 392.*

1006. LOBELIA. *Cal.* 5-fidus. *Corolla* 1-petala, irregularis. *Capſula* infera, 2-ſ. 3-locularis.

* *Foliis integerrimis.*

ſimplex. 1. L. caule erecto, foliis linearibus integerrimis, pedunculis ſolitariis. *Mant. 291.*

pinifolia. 2. L. fruticoſa, fol. linearibus confertis integerrimis. *Berg. cap. 172.*

Dortmanna. 3. L. fol. linearibus bilocularibus integerrimis, caule ſubnudo. *Fl. dan. t. 39.*

Tupa. 4. L. fol. lanceolatis integerrimis, racemo ſpicato.

anceps. 5. L. fol. lanceolatis (*addo* M. vix dentatis) decurrentibus. *Suppl. p. 395.*

Kalmii. 6. L. caule erecto, fol. lanceolato-linearibus obtuſiuſculis alternis integerrimis, racemo terminali.

paniculata. 7. L. fol. linearibus integerrimis, panic. dichotoma.

grandis. 8. L. fol. oblongis integerrimis glabris, corymbis bracteatis, corollis hiſpidis. *Suppl. p. 394.*

cornuta. 9. L. fol. ouatis petiolatis, ſcam. longiſſimis.

** *Caule erecto, fol. inciſis.*

Phyteuma. 10. L. fol. ovato-oblongis crenatis, caule ſubnudo ſpicato, antheris hirſutis diſtinctis.

Columneae. 11. L. fol. oblongis obtuſis crenatis glaberrimis ſubtus tomentoſo-albis, caule corolliſque pulueruIentis. *Suppl. p. 393.* (L. *Columnae*, fol. oblongis obtuſis reuolutis rugoſiſſimis ſupra lucidis, ſubtus tomentoſis. *Smith ic. pl. t. 22.*)

bellidiflora, 12. L. caule erecto paniculato, fol. obouatis crenatis. *Suppl. p. 396.* (*Potius cum Retzio* bellidifolia *denominanda.*)

bulboſa. 13. L. caule erecto, foliis inferioribus pedatis. Cyphia bulboſa. *Berg. cap. 172.* (*Stam. baſi in tubum connata, hinc monodelpha.*)

triquetra. 14. L. caule erecto, fol. lanceolatis dentatis, racemo terminali aphyllo. *Mant. 120.* β. Lobelia comoſa. *Sp. plant. 1323.* Lobelia corymboſa. *Berg. cap. 344.*

longiflora. 15. L. fol. lanceolatis dentatis, pedunc. breuiſſimis lateralibus, tubo corollae filiformi longiſſimo. *Iacq. amer. 219. — Ed. 2. pict. p. 107. t. 200. Hort. v. 1. t. 27.* M. *Mant. 432. Succus corroſiuus.*

tomentoſa. 16. L. recta tomentoſa, fol. linearibus dentatis, pedunculis terminalibus longiſſimis vni- ſ. bifloris. *Suppl. p. 394.*

ſecunda. 17. L. erecta glabra, fol. infimis oblongis dentatis ſuperioribus lanceolatis integris, pedunculis ramoſis ſecundis. *Suppl. p. 395.*

patula.

patula. 18. L. herbacea diffuſa virgata glabra, fol. ouatis dentatis, pedunc. lateralibus. *Suppl. p. 395.*

aſſurgens. 19. L. fol. lanceolatis ſerratis inferne dentatis, racem. compoſitis terminalibus. (L. *aſſurgens*, fol. lato-lanceolatis ſerratis, inferne denticulatis decurrentibus, racemis compoſitis terminalibus *Swartz obſ. p. 317.*)

Cardinalis. 20. L. caule erecto, fol. lato lanceolatis ſerratis, racemo terminali ſecundo. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

laeuigata. 21. L. fol. ellipticis ſerratis glabris, capſulis groſſis globoſis, calycibus ſubulatis, corollis glaberrimis. *Suppl. p. 392.* (*Non diuerſa videtur e nr. 25.*)

ferruginea. 22. L. caule villoſo, fol. lanceolatis ſerratis acutis, anaſtomoſibus venarum vtrinque tomentoſo-ferrugineis, genitalibus elongatis. *Suppl. p. 394.*

debilis. 23. L. erecta, fol. lanceolatis ſerratis glabris, pedunculis lateralibus folio longioribus. *Suppl. p. 395.*

ſiphilitica. 24. L. caule erecto, fol. ouato-lanceolatis ſubſerratis, calycum ſinubus reflexis. *Mant. p. 482.*

ſurinamenſis. 25. L. caule ſuffruticoſo, fol. oblongis glabris ſerratis, flor. axillaribus pedunculatis.

inflata. 26. L. caule erecto, fol. ouatis ſubſerratis pedunculo longioribus, capſ. inflatis.

cliffortiana. 27. L. caule erecto, fol. cordatis laeuibus obſolete dentatis petiolatis, corymbo terminali. *Pedunculi longi ſubangulati.*

vrens. 28. L. caule erectiuſculo, fol. inferioribus ſubrotundis crenatis; ſuperioribus lanceolatis ſerratis, flor. racemoſis. *Mant. 482. Folia baſi quaſi adglutinata. Corollae palatum maculis 2, pallidis.*

minuta. 29. L. fol. radicalibus ouatis, ſcapis capillaribus. *Mant. 292.*

volubilis. 30. L. caule volubili. *Suppl. p. 396.*

bulboſa. 31. L. erecta herbacea, fol. digitatis laciniis linearibus pinnatifidis. *Suppl. p. 396.*

*** *Caule proſtrato, foliis inciſis.*

Laurentia. 32. L. caule proſtrato, fol. lanceolato-oualibus crenatis, caule ramoſo, pedunc. ſolitariis vnifloris longiſſimis. Rapuntium creticum minimum, Bellidis folio, flore maculato. *Tournef. cor. 9. Bractea ſetacea in medio pedunculi.*

Erinus. 33. L. caule patulo, fol. lanceolatis ſubdentatis, pedunc. longiſſimis. *Mant. 483.* (*Caul. angulati decumb.*

cumb. medio ramique erecti. Anth. nigro-violaceae Iacq. Collect. IV. p. 103.)

erinoides. 34. L. caulib. proſtratis filiformibus, fol. petiolatis oblongis dentatis. *Mant. 291.*

zeylanica. 35. L. caul. procumbentibus, fol. ouatis ſerratis acutis: inferioribus obtuſis, pedunc. vnifloris, capſ. ſubuilloſis.

lutea. 36. L. caul. procumbentibus, fol. lanceolatis ſerratis, flor. ſeſſilibus ſubſpicatis. *Mant. 483.*

hirſuta. 37. L. fol. oualibus crenatis lanatis, flor. lateralibus ſolitariis.

coronopifolia. 38. L. fol. lanceolatis dentatis, pedunc. longiſſimis. *Mant. 483.* (*Rad. nigra. Cal. fruticuloſus. Fol. anguſta, oblonga, ſcabriuſc. ſubpiloſa Iacq. Coll. III. p. 222.*)

tenella. 39. L. caulibus proſtratis filiformibus fruticuloſis, fol. ouato-lanceolatis glabris vtrinque bidentatis. *Mant. 120.* Lobelia paruiflora. *Berg. cap. 345.*

hirſuta. 40. L. fruticoſa hirſuta proſtrata, fol. ouatis dentatis, pedunculis lateralibus longiſſimis bi-ſ. triflorис. *Suppl. p. 395.* (*A nr. 37, quacum nomine triuiali conuenit, haud diuerſam monet ill. Retzius obſ. 5. p. 6. etiam verba* bi-ſ-trifloris *excludenda eſſent, cum pedunc. ſaepius* 1-flori *ſunt.*)

**** *Caule proſtrato, foliis integris.* M.

depreſſa. 41. L. depreſſa, fol. lanceolatis, caule carnoſo. *Suppl. p. 395.*

1007. VIOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, poſtice cornuta. *Capſ.* ſupera, 3-valuis, 1-locularis.

* *Acaules.*

palmata. 1. V. acaulis, foliis palmatis quinquelobis dentatis indiuiſisque.

pedata. 2. V. acaulis, fol. pedatis ſeptempartitis. (*Curt. mag. 89.*)

pinnata. 3. V. acaulis, fol. pinnatifidis. *Gmel. ſib. 4. p. 101. t. 49. f. 4.*

lanceolata. 4. V. acaulis, fol. lanceolatis crenatis. *Gmel. ſib. 4. t. 49. f. 2.*

primulifolia. 5. V. acaulis, fol. oblongis ſubcordatis, petiol. membranaceis. (*V. odoratae valde affinis Loureiro.*)

hirta. 6. V. acaulis, fol. cordatis piloſo-hiſpidis. — *Fl. dan. t. 618.* M. *Mant. 483.* (V. *hirta,* acaulis, fol. petio-

petiolisque hirſutis, bracteis infra medium pedunculi *Curt. Fl. lond. ic.*)

paluſtris. 7. V. acaulis, fol. reniformibus. *Fl. dan. t. 83.* (V. *paluſtris*, acaulis fol. reniformi-cordatis ſubconvolutis: petiolo glabro, ſcapo in medio vno alteroue foliolo.)

odorata. 8. V. acaulis, fol. cordatis, ſtolonibus reptantibus. *Fl. dan. t. 309. Mant. 483.*

** *Cauleſcentes.*

canina. 9. V. caule adultiore adſcendente, fol. oblongo-cordatis. *Mant. 484.*

montana. 10. V. caulibus erectis, fol. cordatis oblongis.

cenifia. 11. V. caul. filiformibus indiuiſis prorepentibus, fol. ouatis integerrimis glabris, ſtipul. indiuiſis.

canadenſis. 12. V. caule erecto, fol. cordatis acuminatis. (V. *canadenſis*, caul. erecto teretiuſculo, fol. cordatis acuminatis glabris, ſtipulis integris *Ait. Kew. 3. p. 290.*)

mirabilis. 13. V. caule triquetro, fol. reniformi-cordatis, flor. caulinis apetalis. *Iacq. auſt. t. 19.* (V. *mirabilis*, acaulis, fol. cordato-reniformibus ſubconuolutis: petiolo piloſo. *Potius priori ſectioni adnumeranda, cum poſtea ſolummodo cauleſcens fit, et vnum alterumque florem apetalum, vt hoc in V. canina locum obtinet, profert.*)

biflora. 14. V. caule bifloro, fol. reniformibus ſerratis. *Fl. dan. t. 46.* (*Flor. flaui. Pedunc. longi.*)

vniflora. 15. V. caule vnifloro, fol. cordatis dentatis. *Gmel. ſib. 4. p. 101. t. 48. f. 5.* (*Flos vnicus luteus pedunc. breuiſſimo Sp. pl. p. 1327.*)

decumbens. 16. V. cauleſcens procumbens, fol. linearibus confertis. *Suppl. p. 397.*

*** *Stipulis pinnatifidis; Stigmate vrceolato.*

tricolor. 17. V. caule triquetro diffuſo, fol. oblongis inciſis, ſtipul. pinnatifidis. — *Fl. dan. t. 623.* M. (β. V. *aruenſis*, caul. angulato, fol. ouato-lanceolatis ſerratis, calyce corolla ſublongiore.)

grandiflora. 18. V. caule triquetro ſimplici, fol. oblongiuſculis, ſtipul. pinnatifidis. *Mant. 120.* Viola caule triquetro erecto, foliis cordatis crenatis, ſtipulis dentatis, radice repente. *Hudſ. angl. 331.*

calcarata. 19. V. caule abbreuiato, fol. ſubouatis, ſtip. pinnatifidis, nectariis calyce longioribus.

cornuta. 20. V. caule elongato, fol. oblongo-ouatis, ſtip. pinnatifidis, nectariis ſubulatis corolla longioribus.

arboreſcens. 21. V. caule fruticoſo, fol. lanceolatis integerrimis.

*** *Floribus erectis, nec reſupinatis.*

enneaſperma. 22. V. caule baſi ramoſiſſimo, fol. lanceolato-linearibus integerrimis diſtantibus, calyc. poſtice aequalibus.

ſuffruticoſa. 23. V. caule procumbente, fol. lanceolatis ſubſerratis confertis, calyc. poſtice aequalibus.

Calceolaria. 24. V. caule ſimplici hirſuto herbaceo, fol. lanceolatis piloſis, flor. ſolitariis. (*Aubl. guian. t. 318.*)

oppoſitifolia. 25. V. caule ſuffruticoſo brachiato, fol. oppoſitis, flor. racemoſis.

Hybanthus. 26. V. arboreſcens ſcandens aculeata, fol. oblongis obtuſis glabris. — *Iacq. amer. pict. p. 107. t. 260. f. 12.* M. *Pedunculi multiflori.*

Ipecacuanha. 27. V. foliis oualibus margine ſubtusque piloſis. Viola grandiflora, Veronicae folio villoſo. *Barr. aequin. 113. An ſatis diuerſa a V. diandra. Suppl. p. 397. Linn. Diſſ. de Viola ſpec. p. 1.* Pombalia Ipecacuanha. *Vandell. faſc. 1771. p. 7. t. 1. Radicem Ipecacuanhae albae ex hac ſtirpe eſſe, variis placet. Certe mater Ipec. fuſcae non eſt.*

diandra. 28. V. caule ſerpente herbaceo, fol. oblongis, pedunc. vnifloris. † *Caulis filiformis ſerpendo ſcandens per ſepes. Folia alterna, remota. Pedunculi ſolitarii, vniflori, articulati, incraſſati. Bracteis 2 minutis. Calyx poſtice minime protruſus. Corolla alba: Petalum ſupremum incumbens maximum, quaſi ringens galea trifida. Pet. lateralia adſcendentia. Pet. infima minora deorſum flexa; horum ſupremum poſtice exit in nectarium ſ. calcar longiſſimum contortum. Stamina 5, horum 3 anteriora ſterilia; 2 poſtica fertilia. Allamand.*

1008. IMPATIENS. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, nectario cucullato. *Capſ.* ſupera, 5-valuis.

* *Pedunculis vnifloris.*

chinenſis. 1. I. pedunculis vnifloris ſolitariis, foliis oppoſitis ouatis: nectariis arcuatis.

latifolia. 2. I. pedunc. vnifloris ſolitaris, fol. ouatis: ſerraturis lanceolatis, nectaris flore longioribus.

oppoſiti-

oppoſitifolia. 3. I. pedunc. vnifloris aggregatis, fol. oppoſitis linearibus.

cornuta. 4. I. pedunc. vnifloris aggregatis, fol. lanceolatis, nectariis flore longioribus.

Balſamina. 5. I. pedunc. vnifloris aggregatis, fol. lanceolatis: ſuperioribus alternis, nectariis flore breuioribus.

** *Pedunculis multifloris.*

triflora. 6. I. pedunc. trifloris ſolitariis, fol. anguſto-lanceolatis.

Noli tangere. 7. I. pedunc. multifloris ſolitariis, fol. ouatis, geniculis caulinis tumentibus. *Fl. dan. t. 588.*

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

1009. ORCHIS. *Nectarium* corniculatum.
1010. SATYRIVM. *Nectarium* ſcrotiforme.
1011. OPHRYS. *Nectarium* ſubcarinatum.
1012. SERAPIAS. *Nectarium* ouatum, ſubtus gibbum.
1013. LIMODORVM. *Nectarium* pedicellatum.
1015. CYPRIPEDIVM. *Nectarium* inflato-ventricoſum.
1016. EPIDENDRVM. *Nectarium* turbinatum.
1014. ARETHVSA. *Nectarium* connatum cum corolla ringente.
1272. GVNNERA. 2-gyna. Amenti *Cal.* o. *Cor.* o. *Sem.* 1.
1423. DISA. *Spatha* 1-valuis. *Petala* 3: tertium minus, bipartitum, baſi gibboſum.
1424. FORSTERA. *Cal.* duplex: *exterior* inferus 3-phyllus; *interior* ſuperus, 6-fidus. *Cor.* tubuloſa.

TRIANDRIA.

1017. SISYRINCHIVM. 1-gyna. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala, plana. *Stigmata* 3. *Capſ.* 3-locularis, infera.
1018. FERRARIA. 1-gyna. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala, criſpa. *Stigma* cucullatum. *Capſ.* 3-locularis, infera.
1326. SALACIA. 1-gyna. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Antherae* germini inſidentes.
1273. STILAGO. 1-gyna. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Bacca.*

TETRANDRIA.

1019. NEPENTHES. 1-gyna. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* nulla. *Capſ.* 4-locularis.

PEN-

(*Nonnulla genera pro diuerſo ſtaminum numero aut mutua coniunctione nunc aliis claſſibus inſeruntur. Qua de re videſis* MEDICVS *botaniſche Beobachtungen v. I. 82. p. 114-150.* CAVANILLES *Diſſ. botanicae.* SCHREBER *gen. pl. Linn. ed. 8,* SWARTZ *obſ. bot. p. 318.* THVNB. Fl. iap. Praef.)

PENTANDRIA.

1327. GLVTA. 1-gyna. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Germen* columnae, corollae adglutinatae, inſidens.

1020. AYENIA. 1-gyna. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 5-cocca.

1021. PASSIFLORA. 3-gyna. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* pedicellata.

HEXANDRIA.

1022. ARISTOLOCHIA. 6-gyna. *Cal.* nullus. *Cor.* 1-petala. *Capſ.* 6-locularis.

* *Cleome.*

1024. PISTIA. 1-gyna. *Cal.* nullus. *Cor.* 1-petala. *Capſ.* 1-locularis.

OCTANDRIA.

1425. SCOPOLIA. *Cal.* 2-phyllus, multiflorus. *Cor.* 4-fida. *Antherae* connatae in duplici columna.

DECANDRIA.

1024. KLEINHOVIA. 1-gyna. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Nectarium* ſtaminiferum. *Capſ.* 5-cocca.

1025. HELICTERES. 1-gyna. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 5, 1-loculares, polyſpermae.

DODECANDRIA.

1232. CYTINVS. 1-gynus. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Bacca* 8-locularis.

POLYANDRIA.

1027. XYLOPIA. 1-gyna. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Drupa* ſicca.

1026. GREWIA. 1-gyna. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* locularis.

1031. POTHOS. Spatha. *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala. *Bacca* 1-ſperma.

1029. DRACONTIVM. Spatha. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* polyſperma.

1030. CALLA. Spatha. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla. *Stam.* mixta piſtillis.

1028. ARVM. Spatha. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla. *Stam.* ſupra piſtilla.

1238. AMBROSINIA. Spatha. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla. *Stamina* alterius lateris diſſepimenti, alternis *piſtilla.*

1032. ZOSTERA. Folium. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla. *Sem.* alterna, nuda.

DIANDRIA.

1009. ORCHIS. *Nectarium* corniforme pone florem.

* *Corollae galea calcarata.*

bicornis. 1. O. bulbis indiuiſis, corollis galea bicalcarata; labio quinquepartito. (Satyrium bicorne *Thunb. pl. cap. prodr. p. 6.*)

biflora. 2. O. bulbis indiuiſis, corollis galea vnicalcarata; alis patentibus; labio lanceolato acuminato.

cornuta. 3. O. bulbis indiuiſis, corollis galea vnicalcarata; alis patentibus; labio minimo ſubouato. (Satyrium cornutum *Thunb. prodr. p. 5.*)

ſpathulata. 4. O. bulbis indiuiſis, corollae galea calcarata, labio cordato longiſſime pedicellato. *Suppl. p. 398.* (Satyrium ſpathulatum *Thunb. l. c.*)

flexuoſa. 5. O. culmo flexuoſo, corollae galea calcarata, petalis duobus lineatis furcatis. *Suppl. p. 398.* (Satyrium flexuoſum *Thunb. l. c.*)

tripetaloides. 6. O. fol. lanceolatis, corollae galea fornicata obtuſa calcarata, nectario lanceolato minimo. *Suppl. p. 398.* (Satyrium excelſum *Thunb. l. c.*)

ſagittalis. 7. O. corollae galea calcarata biaurita, labio lanceolato. *Suppl. p. 399.* (Satyrium ſagittale *Thunb. l. c.*)

barbata. 8. O. corollae galea erecta calcarata, nectario ſubtrifido ciliato. *Suppl. p. 399.* (Satyrium barbatum *Thunb. l. c.*)

Draconis. 9. O. bulbis indiuiſis, corollae galea calcarata, nectario lineari apice ouato. *Suppl. p. 400.* (Satyrium Draconis *Thunb. l. c.*)

tenella. 10. O. corollae galea calcarata baſi conica, nectario lineari. *Suppl. p. 400.*

** *Bulbis indiuiſis.*

ſancta. 11. O. bulbis indiuiſis? nectarii labio lanceolato quinquedentato: cornu incuruo, petalis conniuentibus.

Suſannae.

Suſannae. 12. O. bulbis indiuiſis, nectarii alis amplioribus ciliatis.

ciliaris. 13. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio lanceolato ciliato: cornu longiſſimo.

habenaria. 14. O. bulbis . . . nectarii labio tripartito: lateralibus ſetaceis: cornu filiformi petalis decuplo longiore. *Fl. dan. t. 235.* (O. *habenaria*, bulbo ſolitario indiuiſo, nectarii labio tripartito, lateralibus ſetaceis, cornu filiformi germine multo longiore *Swartz obſ. p. 318. t. 9. Secundum quem Fl. dan. icon huc non pertinet.*)

bifolia. 15. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longiſſimo, petalis patentibus. *Mant. 485. Hall. flor. t. 35. Labium lanceolatum. Petala alba patentia.* (*Sowerby engl. bot. t. 22.*)

Ornithis. 16. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio ſubrotundo, cornu germine duplo longiori, petalis tribus exterioribus conniuentibus, reliquis patentiſſimis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 2. t. 138. Margo labii trilobatus, cornu filiforme.* M.

flexuoſa. 17. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio imbricato: petalis duobus occultatis filiformibus, ſcapo flexuoſo.

cucullata. 18. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio trifido, petalis confluentibus, caule nudo.

globoſa. 19. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio reſupinato trifido: media emarginata: cornu breui, petalis apice ſubulatis. *Mant. 484 Hall. flor. t. 27.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 265.* M. *Corolla reſupinata. Labium trifidum media emarginata. Bulbi fuſiformes. Spica denſiſſima breuis; flores reſupinati, purpuraſcentes.*

pyramidalis. 20. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio bicorni trifido aequali integerrimo: cornu longo, petalis ſublanceolatis. *Mant. 484. Hall. flor. t. 35. Riv. hex. t. 14.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 226.* M. *Labium trifidum, bicorne, integerrimum.* (*Labium baſi tuberculis duobus diſtinctum. Sowerb. engl. bot. t. 110.*)

coriophora. 21. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio trifido reflexo crenato: cornu breui, petalis conniuentibus. *Mant. 485. Hall. flor. t. 34. Riv. hex. t. 20.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 122.* M. *Labium trifidum, ſerratum.* (*Odor cimicarius.*)

cubitalis. 22. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio trifido filiformi: intermedia ouata: cornu germinibus breviore.

Morio. 23. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio quadrifido crenulato: cornu obtuſo adſcendente, petalis obtuſis conniuentibus. *Mant. 485. Hall. flor. t. 33. Riv. hexap. t. 19. Fl. dan. t. 253. Labium lateribus crenulatum, trifidum media emarginata. Petala obtuſa, (vireſcentia) lineata. (Hall. helv. ed. 2. nr. 1282. t. 32. Var. flor. albis, nect. labio latiſſimo.)*

maſcula. 24. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio quadrilobo crenulato: cornu obtuſo, petalis dorſalibus reflexis. *Mant. 485. Hall. flor. t. 33. Fl. dan. t. 457. Riv. hex. t. 10. Segu. ver. t. 15. f. 6. Differt ab O. Morione Petalis exterioribus acutioribus longioribus; Labelli lacinia media bifida lateralibus longiore. (Caul. ſolidus, apice hinc inde ſulcatus. Germ. contortum.)*

vſtulata. 25. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio quadrifido punctis ſcabro: cornu obtuſo, petalis diſtinctis. *Mant. 485. Hall. flor. t. 28. Riv. hex. t. 17. Fl. dan. t. 103. Segu. ver. t. 15. f. 4. Labium trifidum media biloba productiore punctis ſcabris. Petala diſtincta. (Flor. inexplicati ob colorem valde obſcurum quaſi aduſti. Sowerby engl. bot. t. 18.)*

militaris. 26. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio quinquefido punctis ſcabro: cornu obtuſo, petalis confluentibus. *Mant. 485. Hall. flor. 28. 31. Riv. hex. t. 15. 16. Labium trifidum media biloba productiore punctis ſcabris. Petala connata, (cinerea.)*

fuſca. 27. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio quadrifido laciniis oblongis, cornu breui, petalis confluentibus. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 4. t. 307.* M. (*Flor. ſpecioſi. Petala in galeam confluunt, obſcure ſpadicea. Nect. lab. latum albido-roſeum, punctis piloſis ſcabrum, laciniae laterales lineares. Ab hac et priore ſeſe diſtinguit* O. ouata *ſ.* variegata *nonnullorum, quae minor* et racemo ouato, flor. dilute roſeis, nect. 3-fido: lacinia intermedia latiore emarginata, punctis glabris *facile dignoſcitur.)*

morauica. 28. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio trifido, lacinia media ſubrotunda emarginata ampliſſima, petalis

talis erectis conniuentibus. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 3. Icon. rar.* M.

papilionacea. 29. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio indiuiſo crenato emarginato ampliato: cornu ſubulato, petalis conniuentibus.

rubra. 30. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio indiuiſo, crenulato integro rotundato. cornu ſubulato, petalis patulis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 3. Icon. rar.* M.

pallens. 31. O. bulbis indiuiſis, nectarii labio trifido integerrimo, cornu obtuſo mediocri, petalis patentibus. *Mant. 292. — Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 45.* M. Orchis bulboſa, floribus flaueſcentibus. *Segu. ver. t. 8. f. 3.* Orchis foetida ſyluatica praecox, flore albo, barba luteola. *Rupp. ien. 2. p. 297. Labium integerrimum, trifidum: media breuiore emarginata.*

hiſpidula. 32. O. (*addo* M. bulbis indiuiſis) culmo aphyllo, fol. reniformibus. *Suppl. p. 401.* (O. *hiſpida*, labello 5-partito: laciniis linearibus, fol. rotundo hiſpido. *Thunb. Pl. cap. prodr. p. 4.*)

ſpecioſa. 33. O. bulbis indiuiſis, ſcapo folioſo: fol. latis ouatis, labello quinquepartito: laciniis flexuoſis. *Suppl. p. 401.*

*** *Bulbis palmatis.*

latifolia. 34. O. bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico: labio trilobo lateralibus reflexo, bracteis flore longioribus. *Mant. 486. Hall. flor. t. 32. Riv. hex. 19. Fl. dan. t. 266. — Mill. illuſtr. ic.* M. *Caulis fiſtuloſus, (apice polygonus. Bract. latae flor. longiores. Fol. maculata.)*

incarnata. 35. O. bulbis palmatis, nectarii cornu conico: labio obſcure trilobo ſerrato, petalis dorſalibus reflexis. *Hall. emend. 178. flor. 1280.*

ſambucina. 36. O. bulbis ſubpalmatis erectis, nectarii cornu conico: labio ouato ſubtrilobo, bracteis longitudine florum. *Fl. ſuec. 2. n. 803. Hall. flor. 1280. Segu. ver. t. 8. f. 5. — Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 108.* M. *Labium ſerratum, trilobum medio emarginata punctis purpureis.*

maculata. 37. O. bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breuiore: labio plano, petalis dorſalibus erectis. *Mant. 487. Hall. flor. t. 32. Riv. hex. t. 8. 11. Labium crenatum, trilobum media anguſtiſ-*

anguſtiſſima integerrima. Caulis ſolidus. (Bract. longitudine floris. Fol. lanceolata maculata. Nect. rectum.)

odoratiſſima. 38. O. bulbis palmatis, nectarii cornu recuruo breviore: labio trilobo, foliis linearibus. *Mant. 487. Hall. flor. 29. — Iacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 264. Labium trifidum aequale: media latiore acuta.* (Bracteae *germine longiores, longe ariſtatae.* Flor. *dilute purpurei.* Calcar *breuius. Hall. helv. ed. 2. nr. 1274. t. 28.*)

conopſea. 39. O. bulbis palmatis, nectarii cornu ſetaceo germinibus longiore: labio trifido, petalis duobus patentiſſimis. *Mant. 487. Hall. flor. t. 29. Riv. hex. t. 11. Fl. dan. t. 224. Labium trifidum, crenulatum, aequale. (Flor. odorati. Nect. cornu longiſſimum incuruum.)*

flaua. 40. O. bulbis palmatis, nectarii cornu filiformi longitudine germinis: labio trifido integerrimo.

**** *Bulbis faſciculatis.*

fuſceſcens. 41. O. bulbis faſciculatis, nectarii cornu longitudine germinis, labio ouato baſi dentato.

ſtrateumatica. 42. O. bulbis faſciculatis, nectarii labio bilobo integerrimo: cornu longitudine germinis.

hyperborea. 43. O. bulbis faſciculatis, nectarii cornu longitudine germinis: labio lineari integerrimo truncato. *Mant. 121.* Orchis bulbis fibroſis, calcari germine breuiore, labio tripartito: laciniis aequalibus integerrimis. *Fl. dan. t. 333. (Retz. obſ. bot. 4. p. 30. t. 3. Ab hac Orchis Fl. dan. t. 333. laudatus auctor in Prodr. Fl. ſcand. p. 167. ſub nomine* Orchis Königii *vt diuerſam disiunxit ſpeciem.*)

abortiua. 44. O. bulbis faſciculatis filiformibus, nectarii labio ouato integerrimo, caule aphyllo. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 193. Hall. flor. t. 36.* Pſeudo-Limodorum auſtriacum. *Cluſ. hiſt. 1. p. 270. Caulis aphyllus. Flores violacei.*

***** *Bulbis etiamnum ignotis.*

pſycodes. 45. O. nectarii cornu ſetaceo longitudine germinis: labio tripartito ciliari.

ſpectabilis. 46. O. nectarii cornu longitudine germinis: labio ouali emarginato, caule aphyllo, fol. oualibus.

filicornis. 47. O. corollae nectario bifido, cornu capillari. *Suppl. p. 400.*

tipuloi-

tipuloides. 48. O. nectarii labio tripartito lineari ſubaequali, cornu filiformi longiſſimo. *Suppl. p. 401.*

iaponica. 49. O. bulbis ... nectarii cornu recuruo, labio ſubulato integro. *Thunb. iap. p. 26.* M. (*Thunb. ic. pl. iap. t. 3.*)

1010. SATYRIVM. *Nectarium* ſcrotiforme ſ. inflato-didymum pone florem.

hircinum. 1. S. bulbis indiuiſis, fol. lanceolatis, nectarii labio trifido: intermedia lineari obliqua praemorſa. *Mant. 487. Hall. flor. t. 25. Riv. hex. t. 18. — Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 367.* M. *Labium trifidum: intermedia lineari praemorſa longiſſima. Planta alta.*

tabulare. 2. S. bulbis rotundis, caule folioſo, labello trifido: lacinia media emarginata. *Suppl. p. 402.* (Serapias tabularis. *Thunb. prodr. p. 3.*)

triſte. 3. S. bulbis indiuiſis, galea vnicalcarata, labello integro. *Suppl. p. 402.* (Limodorum triſte. *Thunb. prodr. p. 4.*)

giganteum. 4. S. bulbis rotundis, caule nudo, labello ſagittato. *Suppl. p. 402.* (Limodorum giganteum. *Thunb. l. c.*)

aculeatum. 5. S. bulbis rotundis, caule folioſo, labello integro inermi aculeato. *Suppl. p. 402.*

viride. 6. S. bulbis palmatis, fol. oblongis obtuſis, nectarii labio lineari trifido: intermedia obſoleta. *Mant. 488. Hall. flor. t. 26. Fl. dan. t. 77. Segu. ver. 2. t. 16. f. 18.* (*Caul. anguloſus. Fol. erecta obtuſa. Nect. labium planum ſublineare 3-dentatum: dente intermedio 2 lateralibus breuiore. Pet. vireſcentia margine rubicunda.*)

nigrum. 7. S. bulbis palmatis, fol. linearibus, nectarii labio reſupinato indiuiſo. *Mant. 488. Segu. ver. t. 15. f. 17. Hall. flor. t. 27. — Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 368.* M. *Labium ouato-lanceolatum, crenatum.*

albidum. 8. S. bulbis faſciculatis, fol. lanceolatis, nectarii labio trifido acuto: intermedia obtuſa. *Fl. dan. t. 115. Mant. 488. Hall. flor. t. 26. Riv. hex. t. 3.* (*Fl. parui conferti albidi.*)

Epipogium. 9. S. bulbis compreſſis dentatis, caule vaginato, nectarii labio reſupinato indiuiſo. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 84.* M. Epipactis caule aphyllo, flore ſupinato: labello ouato-lanceolato, calcare ouato turgido. *Act. bernenſ. 5. p. 309.* (*Nect. labium inflatum*

ſtatum obtuſiſſimum ſubincuruum pallidum lineis purpuraſcentibus pictum.)

plantagineum. 10. S. bulbis ſubſibroſis, fol. caulinis ouatis petiolatis vaginantibus, nectarii labio integro. — *Iacq. amer. pict. 2. p. 108.* M.

repens. 11. S. bulbis fibroſis, fol. ouatis radicalibus, floribus ſecundis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 369. Fl. dan. 812.* M. Epipactis foliis petiolatis ouato-lanceolatis, floribus tetrapetalis hirſutis. *Mant. 488. Trew. norimb. 1736. p. 409. t. 6. f. 7. Hall. flor. t. 22. Act. helv. 4. p. 114. Petala 3 pubeſcentia, conglutinata, albida.*

capenſe. 12. S. bulbis ... nectarii labio latiore obtuſo emarginato vtrinque vndulato.

hians. 13. S. bulbis ... corollae galea calcarata hiante, nectario ouato, fol. linearibus radicalibus. *Suppl. p. 401.*

orobanchoides. 14. S. bulbis ... corollae galea poſtice biloba ſubbicornuta, fol. bifariis. *Suppl. p. 402.*

pedicellatum, 15. S. bulbis ... ſcapo ſubnudo, racemo pedicellis filiformibus laxis. *Suppl. p. 402.* (Serapias pedicellata. *Thunb. prodr. p. 3.*)

1001. OPHRYS. *Nectarium* ſubtus ſubcarinatum.

* *Bulbis ramoſis.*

Nidus auis. 1. O. bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio bifido. *Mant. 448. Hall. flor. t. 37. Riv. hex. t. 7.* (*Sowerby engl. bot. t. 78.*)

Corallorhiza. 2. O. bulbis ramoſis flexuoſis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio trifido. *Fl. dan. t. 451. Hall. flor. t. 44. Stamina 4 ſ. in ſingulis loculis 2.*

ſpiralis. 3. O. bulbis aggregatis oblongis, caule ſubfolioſo; flor. ſpirali-ſecundis, nectarii labio indiuiſo crenulato. *Fl. dan. 387. Riv. hex. t. 14. Hall. flor. t. 38. Segu. ver. t. 8. f. 9.* δ. Epipactis foliis pleriſque ex lineari-lanceolatis. *Gmel. ſib. 2. p. 13. t. 3. f. 1. Petala exteriora 3 conglutinata. Labium ſubrotundum, ciliatum.*

cernua. 4. O. bulbis faſciculatis, caule folioſo, flor. cernuis, nectarii labio oblongo integro acuto.

ouata. 5. O. bulbo fibroſo, caule bifolio, fol. ouatis, nectarii labio bifido. *Fl. dan. t. 137.*

cordata. 6. O. bulbo fibroſo, caule bifolio, fol. cordatis. *Act. helv. 2. p. 75. t. 6. Labellum bifidum, baſi vtrin-*

vtrinque dente notatum, quod non in O. ouata. (*Hall. helv. ed. 2. nr. 1292. t. 22.*)

** *Bulbis rotundis.*

lilifolia. 7. O. bulbo ſubrotundo, ſcapo nudo, fol. lanceolatis, nectarii labio integro, petalis dorſalibus linearibus. *Ehret. act. angl. 1764. n. 53. p. 81. t. 4.* β. Epipactis foliis binis ouatis, bulbis pyriformibus folioſa vagina cinctis. *Hall. act. 4. p. 120.* Bifolium bulboſum. *Dod. pempt. 292. Scapus nudus, triqueter. Folia radicalia neruoſa. Flores rubri, ſed petala 3 anguſta, linearia, viridia. (Solummodo in America creſcit. Hinc nonnulla Synonyma ab ipſo Linnaeo ex Floriſtis europaeis huic ſpeciei adiecta potius ad ſequentem referenda Sowerby engl. bot. p. 47.)*

Loeſelii. 8. O. bulbo ſubrotundo, ſcapo nudo trigono, nectarii labio ouato. (*Sow. engl. bot. t. 47. Flor. flaui.*)

paludoſa. 9. O. bulbo ſubrotundo, ſcapo ſubnudo pentagono, foliis apice ſcabris, nectarii labio integro. *Fl. ſuec. 813.* (Malaxia paludoſa. *Swartz in Act. ſtockh. 1789. p. 127. t. 6. f. 2.*)

monophyllos. 10. O. bulbo rotundo, ſcapo nudo, folio ouato, nectarii labio integro. *Hall. flor. t. 36.* (*v. Wulf. apud Iacq. Coll. IV. p. 340. t. 13. f. 2.*)

alata. 11. O. bulbis rotundis, caule folioſo, fol. lanceolatis, labello trifido; lacinia media breuiſſima. *Suppl. p. 404.*

myodes. 12. O. bulbis ſubrotundis, ſcapo folioſo, nectarii labio oblongo, quadripartito, laciniis duabus mediis elongatis lanceolatis. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 375. Icon. rar.* Orchis muſciflora. *Hall. hiſt. n. 1265. t. 24.*

arachnites. 13. O. bulbis ſubrotundis, ſcapo folioſo, nectarii labio lato emarginato appendiculato. *Murr.* Orchis fuciflora. *Hall. hiſt. n. 1266. t. 24. Haec et praecedens olim, Syſt. ed. 13. p. 678., iunctae nomine O. inſectiferae a Linneo fuerunt, ſed ob diverſitatem floris in duas ſpecies diuelli debent.* M. (*Cfr. Sowerby l. c. p. 65.*)

Monorchis. 14. O. bulbo globoſo, ſcapo nudo, nectarii labio trifido cruciato. *Fl. dan. t. 102. Hall. flor. t. 22. f. 3. Labium cruciatum. (Nectario ſubgibboſo accedit generi Satyrio. Sowerb. l. c. p. 71.)*

alpina. 15. O. bulbis ouatis, ſcapo nudo, fol. ſubulatis, nectarii labio indiuiſo obtuſo vtrinque vnidentato. *Fl. dan. t. 452. Hall. flor. t. 22. f. 1.*

camtſchatca. 16. O. bulbis ... ſcapo filiformi vaginato, racemo laxo, nectarii labio lineari bifido.

anthropophora. 17. O. bulbis ſubrotundis, ſcapo folioſo, nectarii labio lineari tripartito, medio elongato bifido. *Hall. flor. t. 23.* (*Lab. inferius lineare flauum. Pet. ſuperiora inprimis externe viridia.*)

crucigera. 18. O. bulbis ſubrotundis, ſcapo folioſo, nectarii labio indiuiſo conuexo cruce inſignito. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 3. Icon. rar.* M.

Volucris. 19. O. bulbis ſubrotundis, labro triangulari ſagittato. *Suppl. p. 403.*

bracteata. 20. O. bulbis ſubrotundis, ſpica bracteis longioribus mixta, labio trilobo. *Suppl. p. 403.* (Satyrium bracteatum. *Thunb. prodr. p. 6.*)

atrata. 21. O. bulbis ... florum cucullo ſtaminifero bicorni. *Mant. 121.*

catholica. 22. O. bulbis fibroſis, flor. tripetalis: galea ventricoſa magna: labio cruciato, ſcapo folioſo.

circumflexa. 23. O. bulbis indiuiſis, flor. tripetalis: alis emarginatis; labio trifido lateralibus circumflexis. (Arethuſa ſecunda. *Thunb. prodr. p. 3.*)

caffra. 24. O. bulbis ... nectarii labio reniformi latiſſimo emarginato.

biualuata. 25. O. bulbis ... flor. faſciculatis, labio lanceolato. *Suppl. p. 403.* (Serapias Melaleuca. *Thunb. l. c. p. 3.*)

alaris. 26. O. bulbis ... nectario labio integro vndato. *Suppl. p. 404.* (Arethuſa alaris. *Thunb. l. c.*)

patens. 27. O. bulbis ... fol. ſubulatis, nectarii labio breviſſimo capillari. *Suppl. p. 404.* (Serapias patens. *Thunb. l. c.*)

1012. SERAPIAS. *Nectarium* ouatum, gibbum, labio ouato.

latifolia. 1. S. bulbis fibroſis, fol. ouatis amplexicaulibus, flor. pendulis. *Fl. ſuec. 819. — Fl. dan. t. 811. nov. t. 267.* M. Serapias bulbis fibroſis, nectarii labio obtuſo crenato petalis aequali, fructibus pendulis. *Hudſ. angl. 341.* Serapias bulbis fibroſis, floribus ſecundis, labello planiuſculo, petalis ouatis. *Scop. carn. 255.* Serapias bulbis fibroſis; caule multifloro, floribus ſpicatis, nectarii labio petalis breuiore. *Ger. prov. 132.* Epipactis foliis amplexi-

amplexicaulibus ouato - lanceolatis, labello lanceolato. *Hall. ſlor. t. 40. act. helv. 4. p. 108.* Epipactis ſ. Helleborine. *Cam. epit. 187. Riv. hex. t. 6.* Helleborine floribus e viridi et purpureo variis labello acuminato, foliis breuiſſimis. *Hall. helv. 275.* Helleborine latifolia montana. *Bauh. pin. 186. Folia amplexicaulia. Spica multiflora, longa. Flores, fructusque penduli. Nectarium lineis nullis.* (*Creſcit in montoſis ad rupes calcarios. Fol. vaginantia, media lata ouata, ſumma lanceolata, infimum minus, infundibuliforme. Ab hac omnino diuellenda:* Serapias *ſylueſtris*, caul. elongato ſtricto, fol. inferioribus ouatis: ſummis lanceolatis, bracteis lanceolatis flor. longioribus. *Huc ſpectant Fl. dan. t. 811. et Hall. helv. ed. 2. t. 44. Hab. in ſyluis. Nect. ſubrotundum concauum roſeum albido - ſtriatum, eiusque labium dependens cordatum et in medio maculam cordiformem roſeam gerens.*)

longifolia. 2. S. bulbis fibroſis, fol. enſiformibus ſeſſilibus, flor. pendulis. Serapias bulbis fibroſis, nectariis labio obtuſo longitudine petalorum. *Ger. prov. 132.* Serapias bulbis fibroſis, floribus ſparſis patulis, labello concauo petalis longiore. *Scop. carn. 256.* Epipactis foliis enſiformibus, floribus pendulis labello obtuſo oris plicatis. *Hall. act. helv. 4. p. 111. flor. t. 39.* Helleborine anguſtifolia paluſtris ſ. pratenſis. *Bauh. pin. 87. Riv. hex. 3. Caulis altior. Spica longa multiflora. Flores fructusque penduli. Flores duplo maiores petalis latioribus. Nectarium reliquis petalis cohaerens: cymba lineis purpureis. H.* (Serapias paluſtris *Lightfoot*, fol. amplexicaulib. inferioribus ouatis: caulinis lanceolatis, flor. albidis ſecundis: nect. labio vndulato - crenato. *Sowerb. engl. bot. t. 270. Creſcit in pratis humidis.*)

enſifolia. 3. S. bulbis fibroſis, fol. enſiformibus diſtichis, bracteis minutiſſimis, flor. erectis: nectarii labio obtuſo petalis breuiore. *Suppl. p. 404.* Serapias *grandiflora*, bulbis fibroſis, fol. enſiformibus, flor. erectis, nectarii labio obtuſo petalis breuiore. *Syſt. ed. 13. p. 679. It. oel. 144. Hudſ. angl. 341.* Serapias bulbis fibroſis, caule paucifloro, flor. diſtantibus, nectarii labio petalis breuiore. *Ger. prov.*

prov. 132. Epipactis caule folioſo paucifloro, lineis laeuibus labelli obtuſi. *Hall. act. helv. 4. p. 105. flor. t. 41. Riv. hex. t. 54. Fl. dan. t. 506. Flores albi, magni Fructusque erectus; Labellum breue minus acutum lineis eminentibus. H.*

lancifolia. 4. S. bulbis fibroſis, fol. ouato-lanceolatis, bracteis longitudine capſulae, flor. erectis: nectarii labio obtuſo petalis breuiore. Serapias grandiflora. *Syſt. ed. 13. p. 679. Iterum hic locus citatus in Suppl. l. c.* M.

rubra. 5. S. bulbis fibroſis, fol. enſiformibus, flor. erectis: nectarii labio acuto. *Fl. dan. t. 345. Riv. hex. t. 6.*. Epipactis caule folioſo paucifloro, lineis vndulatis labelli acutiſſimi. *Hall. flor. t. 42.* Helleborine longifolia, paucis purpureis floribus. *Hall. helv. 274.* Helleborine montana anguſtifolia purpuraſcens. *Bauh. pin. 187.* Elleborines genus 5. *Cluſ. pan. 275. Flores purpurei magni Fructusque erecti. Labellum longius acutum lineis vndulatis. H.*

Lingua. 6. S. bulbis ſubrotundis, nectarii labio trifido acuminato glabro petalis longiore.

cordigera. 7. S. bulbis ſubrotundis, nectarii labio trifido acuminato maximo baſi barbato. *Praecedenti affinis. (Nect. lab. ſubcordatum, baſi media barbatum, lateribus vtrinque auricula erecta obtuſa Spec. pl. p. 1345.)*

capenſis. 8. S. fol. conduplicato-enſiformibus: caule ſuperne nudiuſculo, vaginis ſpathaceis. *Mant. 293. Labium bifidum.* (Limodorum barbatum. *Thunb. prodr. p. 4.*)

erecta. 9. S. bulbis . . . fol. ouatis amplexicaulibus, floribus erectis. *Thunb. iap. p. 27.* M. (*Thunb. ic. pl. iap. t. 4.*)

falcata. 10. S. bulbis . . . fol. enſiformibus conuolutis falcatis, flor. erectis. *Thunb. iap. p. 28.* M. (*Thunb. ic. pl. iap. t. 5.*)

1013. LIMODORVM. *Nectarium* monophyllum, concavum, pedicellatum, intra petalum infimum.

tuberoſum. 1. L. floribus ſeſſilibus racemoſis alternis. (L. *tuberoſum*, flor. ſubſpicatis barbatis. *Ait. Kew. 3. p. 301.*)

altum. 2. L. flor. pedunculatis ſparſis. *Plum. ic. 189. Diſtincta a praecedenti: nulla in floribus barba et floribus*

ribus ſparſis numeroſiſſimis. (L. *altum*, flor. imberbibus, ſpicis ſubpaniculatis. *Ait. l. c.*)

falcatum. 3. L. cornu filiformi longiſſimo, fol. enſiformi-canaliculatis falcatis. *Thunb. in Transact. of the Lin. Soc. 2. p. 326.* Orchis falcata. *Thunb. iap. p. 26. Eiusd. ic. pl. iap. t. 6.*

monile. 4. L. ſcapo tereti ſtriato moniliformi articulato ſimplici, fol. linearibus acutis. *Thunb. l. c. p. 327.* Epidendrum monile. *Thunb. iap. p. 30.*

1014. ARETHVSA. *Nectarium* tubuloſum intra corollae fundum: labio inferiore ſtylo adnato.

bulboſa. 1. A. radice globoſa, ſcapo vaginato, ſpatha diphylla.

ophioglоſſoides. 2. A. radice fibroſa, ſcapi folio ouali, foliolo ſpathaceo lanceolato.

diuaricata. 3. A. radice ſubpalmata, ſcapi folio folioloque ſpathaceo lanceolatis, petalis exterioribus adſcendentibus.

capenſis. 4. A. bulbo rotundo, caule diphyllo ſimplici vnifloro. *Suppl. p. 405.*

villoſa. 5. A. bulbo rotundo, foliis ouatis ciliatis, pubeſcens. *Suppl. p. 403.*

ciliaris. 6. A. radice carnoſa, folio reniformi orbiculato, labio ciliari. *Suppl. p. 405.* Orchis burmanniana. *Syſt. ed. 13. p. 405.* (Orchis *pectinata*, labello multipartito: laciniis capillaribus, fol. orbiculato ciliato. *Thunb. prodr. p. 4.*)

biplumata. 7. A. ſcapo vaginato, ſpatha cucullata, petalis duobus inferioribus elongatis ſuperiore latere barbatis. *Suppl. p. 405.* (*Smith ic. pl. t. 23.*)

1423. DISA. *Spatha* 1-valuis. *Petala* tria: tertium minus, bipartitum, baſi gibboſum. *Suppl. p. 59.**)

grandiflora. 1. D. cornu petalis breuiore, caule ſubbifloro. *Suppl. p. 406.* Diſa vniflora. *Berg. cap. p. 348. t. 4. f. 7.* (Satyrium grandiflorum. *Thunb. prodr. p. 4.*)

racemoſa. 2. D. cornu petalis breuiore; floribus racemoſis. *Suppl. p. 406.* (Satyrium ſecundum. *Thunb. l. c.*)

longi-cornu. 3. D. cornu petalis longiore, ſcapo vnifloro. *Suppl. p. 406.* (Diſa *longicornis*, cornu cylindrico longiore. *Thunb. prodr. p. 4.*)

maculata.

---

*) DISA. Cor. *ringens: petalum vnum ſaccatum petala duo includens!* Cornu *anticum.* THVNB. Pl. cap. prodromus.)

maculata. 4. D. cornu conico breuiſſimo, ſcapo vnifloro. *Suppl. p. 407.*

1015. CYPRIPEDIVM. *Nectarium* ventricoſum inflatum cauum.

Calceolus. 1. C. radicibus fibroſis, fol. ouato-lanceolatis caulinis. *Mill. ic. t. 242. Flos tetrapetalus.*

bulboſum. 2. C. bulbo ſubrotundo, fol. ſubrotundo radicali. *Flos pentapetalus.* (*Smith ſpicil. t. 11.*)

iaponicum. 3. C. fol. caulinis ſubrotundis ſuboppoſitis neruoſis. *Thunb. iap. p. 30.* M. (*Thunb. ic. pl. iap. t. 1.*)

1016. EPIDENDRVM. *Nectarium* turbinatum, obliquum, reflexum.

* *Scandentes.*

Vanilla. 1. E. ſcandens, foliis ouato-oblongis neruoſis ſeſſilibus caulinis, cirrhis ſpiralibus. *Plum. ic. 188.* (*Cfr. Swartz. obſ. p. 325.*)

Flos aëris. 2. E. caule ſcandente tereti ſubramoſo, fol. lanceolatis, petalis linearibus obtuſis. *Flores Araneae ſimiles.*

** *Caule erecto folioſo.*

tenuifolium. 3. E. fol. caulinis ſubulatis canaliculatis.

ſpathulatum. 4. E. fol. caulinis oblongis alternis obtuſis aueniis, nectarii labio bifido diuaricato.

furuum. 5. E. cauleſcens, fol. imbricatis lanceolatis, racem. axillaribus. *105 lege 46.*

coccineum. 6. E. fol. caulinis enſiformibus obtuſis, pedunc. vnifloris axillaribus confertis. — *Iacq. amer. pict. p. 109. t. 205.* M.

ſecundum. 7. E. fol. caulinis oblongis, ſpicis ſecundis, nectarii tubo longitudine corollae — *Iacq. amer. pict. p. 109. t. 209.* M.

lineare. 8. E. fol. caulinis linearibus obtuſis emarginatis, caule ſimplici. — *Iacq. amer. pict. p. 108. t. 201.* M.

punctatum. 9. E. fol. lanceolatis neruoſis: vaginis imbricatis, ſcapo paniculato corollisque punctatis.

caudatum. 10. E. fol. lanceolatis neruoſis, ſcapo paniculato: petalis maculatis caudatis: duobus longiſſimis.

ouatum. 11. E. fol. caulinis ouatis acutis amplexicaulibus nervoſis, ſcapis paniculatis.

ciliare. 12. E. fol. oblongis aueniis, nectarii labio tripartito ciliato: intermedia lineari, caule bifolio. — *Iacq. amer. pict. p. 110. t. 209.* M.

noctur-

nocturnum. 13. E. fol. oblongis aueniis, nectarii labio tripartito integerrimo: intermedia lineari, caule multifolio. — *Iacq. amer. pict. p. 110. t. 210.* M. *Catesbyi et Iacquini forte diſtinctae ſpecies.*

cucullatum. 14. E. fol. ſubulatis, ſcapo vnifloro, nectarii labio ouato ciliato acuminato, petalis elongatis.

teres. 15. E. caule vaginato decumbente, fol. teretibus. *Thunb. iap. p. 30.* M. (*Thunb. ic. pl. iap. t. 7.*)

*** *Scapo nudo, foliis radicalibus.*

nodoſum. 16. E. fol. vnico ſubradicali, ſpadice ſubquadrifloro. *Iacq. amer. pict. p. 110. t. 213.* M.

carinatum. 17. E. fol. oblongis obtuſis compreſſis articulatis.

aloifolium. 18. E. fol. radicalibus oblongis obtuſis ſuperne latioribus.

guttatum. 19. E. fol. radicalibus lanceolatis canaliculatis, petalis cuneiformibus retuſis.

iuncifolium. 20. E. fol. ſubulatis ſulcatis, ſcapo petalisque punctatis: labio immaculato dilatato.

ſcriptum. 21. E. fol. ouato-oblongis trineruiis, floribus racemoſis maculatis.

retuſum. 22. E. fol. radicalibus linearibus apice bifariam retuſis, flor. racemoſis maculatis.

amabile. 23. E. fol. radicalibus lato-lanceolatis aueniis, petalis lateralibus orbiculatis.

cochleatum. 24. E. fol. oblongis geminis glabris ſtriatis bulbo innatis, ſcapo multifloro, nectario cordato. (*Curt. bot. Mag. t. 152. Iacq. coll. III. p. 214.*)

tuberoſum. 25. E. fol. lato-lanceolatis neruoſis, membranaceis bulbo innatis, ſcapo vaginato, nectario cymbiformi bifido.

puſillum. 26. E. fol. enſiformibus ſubcarnoſis, ſcapo paucifloro. *Mant. 491.*

enſifolium. 27. E. caule tereti laeui, fol. enſiformibus ſtriatis, petalis lanceolatis glabris: labio recuruato latiore. (E. *enſifolium*, ſcapo tereti laeui, fol. enſiformibus, petalis lanceolatis, nect. labio lanceolato recuruo punctato. *Smith Spicil. t. 24.* Epidendrum enſifolium. *Thunb. Transact. of the Lin. Soc. 2. p. 337. Pl. iap. t. 9.*)

moniliforme. 28. E. caule tereti articulato ſtriato moniliformi nudo ſimpliciſſimo, foliis linearibus acutis.

ophiogloſſoides. 29. E. caule vnifolio, floribus racemoſis ſecundis. — *Iacq. amer. pict. p. 110. t. 211.* M.

ruſcifo-

ruſcifolium. 30. E. caule vnifolio, flor. e ſinu folii aggregatis. — *Iacq. amer. pict. p. 110. t. 212.* M.

graminifolium. 31. E. caule vnifolio, flor. e ſinu folii geminis.

capenſe. 32. E. ſcapo nudo, fol. imbricatis bifariis linearibus obtuſis, flor. ſecundis, cornu longiſſimo. *Suppl. p. 407.*

ſtriatum. 33. E. ſcapo angulato glabro, fol. enſiformibus neruoſis, petalis lanceolatis, labello oblongo plano. *Thunb. in Transact. of the Lin. Soc. 2. p. 327.* Limodorum ſtriatum. *Thunb. iap. p. 28. Pl. iap. t. 9.*

neruoſum. 34. E. ſcapo angulato, fol. ouatis neruoſis, labello integro reflexo. *Thunb. l. c.* Ophrys neruoſa. *Thunb. iap. p. 27. Pl. iap. t. 10.*

1424. FORSTERA. *Cal.* duplex: *exterior* inferus, 3-phyllus; *interior* ſuperus, 6-fidus. *Cor.* tubuloſa. *Suppl. p.* 59.

ſedifolia. 1. FORSTERA. *Suppl. p. 407. Forſt. in act. vpſ. v. 3. p. 184. t. 9.*

1272. GVNNERA. Amentum ſquamis vnifloris. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Germen* 2-dentatum. *Styli* 2, *Sem.* 1.

perpenſa. 1. GVNNERA. *Mant 121. Amoen. acad. 7. p. 495.* Perpenſum blitiſpermum. *Burm. prodr. 26.*

TRIANDRIA.

1017. SISYRINCHIVM. Monogyna. *Spatha* diphylla. *Petala* 6, plana. *Capſ.* 3-locularis, infera.

Bermudiana. 1. S. foliis enſiformibus eneruiis. — *Mill. illuſtr. ic.* M. (*Cfr. Cyrilli Comment. p. 51 et 52.*)

palmifolium. 2. S. fol. enſiformibus neruoſis. *Mant. 122.* Siſyrinchium american. foliis plicatis et neruoſis. *Magn. hort. 185.* (Moraea palmifolia. *Iacq. Collect. 3. p. 192. Ic. pl. rar. t. 227.*)

1018. FERRARIA. Monogyna. *Spathae* vniflorae. *Petala* 6, vndulato-criſpata. *Stigmata* cucullata. *Capſ.* 3-locularis, infera.

vndulata. 1. F. caule multifloro. *Murr. Iacq. hort. t. 63.*

pauonia. 2. F. ſcapo vnifloro. *Murr.* Ferraria petalis inferioribus minoribus haſtatis. *Suppl. p. 407.*

1326.

1326. SALACIA. Monogyna. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Antherae* germinis apici inſidentes.

chinenſis. 1. SALACIA. *Mant.* 293.

1273. STILAGO. Monogyna. *Cal.* 1-phyllus ſubtrilobus. *Cor.* o. *Bacca* globoſa.

Bunius. 1. STILAGO. *Mant.* 122. *Burm. ind.* 16.

TETRANDRIA.

1019. NEPENTHES. Monogyna. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Capſ.* 4-locularis.

deſtillatoria. 1. NEPENTHES. (*Pluk. alm. t.* 237. *f.* 3. *Eſt planta dioica Retz. obſ.* 5. *p.* 7.)

PENTANDRIA.

1020. AYENIA. Monogyna. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* connata in ſtellam vnguibus longis. *Antherae* 5, ſub ſtella. *Capſ.* 5-locularis, (pedicellaris, 5-cocca *Gaertn.*)

puſilla. 1. A. foliis cordatis glabris. *Flores varii abortiunt, an ſexu?* (*Vogel Suppl. pl. ſelect. faſc.* 2.)

tomentoſa. 2. A. fol. ouato-ſubrotundis tomentoſis.

magna. 3. A. fol. cordatis pubeſcentibus, florum germine ſeſſili. — *Iacq. amer. pict. p.* 112. M.

1327. GLVTA. Monogyna. *Cal.* campanulatus, deciduus. *Petala* 5, inferne adglutinata columnae germinis. *Filamenta* apici columnae inſerta. *Germen* columnae inſidens.

Benghas. 1. GLVTA. *Amoen.* 293. *Separatis Petalis a columna germinis, Staminum ſitus erit vt Paſſiflorae.*

1021. PASSIFLORA. Trigyna. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* corona. *Bacca* pedicellata.

* *Foliis indiuiſis.*

ſerratifolia. 1. P. foliis indiuiſis ouatis ſerratis. *Iacq. hort. t.* 10.

pallida. 2. P. fol. indiuiſis ouatis integerrimis: petiolis biglanduloſis.

cuprea.

Ayeniae *Florem qui intelligat, ſeparet petala a baſi germinis.*

cuprea. 3. P. fol. indiuiſis ouatis ſubintegerrimis: petiolis aequalibus. (*Cauan. Diſſ. 10. de Paſſiflora. t. 273.*)

tiliaefolia. 4. P. fol. indiuiſis cordatis integerrimis: petiolis aequalibus. (*Cauan. l. c. t. 285.*)

maliformis. 5. P. fol. indiuiſis cordato-oblongis integerrimis: petiolis biglanduloſis, inuolucris integerrimis.

quadrangularis. 6. P. fol. indiuiſis ſubcordatis integerrimis, petiolis ſex glanduloſis, caule membranaceo-tetragono. *Iacq. amer. 231. t. 143. — Ed. 2. pict. p. 113. t. 218.* M. (*Numerus glandularum in fol. haud conſtantes 6. Pedunculus triangularis Sowerby in Transact. of the Lin. Soc. 2. p. 21.*)

laurifolia. 7. P. fol. indiuiſis ouatis integerrimis: petiolis biglanduloſis, inuolucris dentatis. *Iacq. obſ. 35. — Hort. v. 2. t. 162. Amer. pict. p. 113. t. 219.*

multiflora. 8. P. fol. indiuiſis oblongis integerrimis, flor. confertis. (*Petioli glandulis 2 pedicell. Cauan. l. c. t. 272.*)

adulterina. 9. P. fol. (*addo* M. indiuiſis) oblongo-oualibus integris, flor. tubuloſis. *Suppl. p. 408.* (Cal. *3-phyllus glaber deciduus.* Cor. *tubuloſa.* Bacca *maculata. Smith ic. pl. t. 24.*)

** *Foliis bilobis.*

perfoliata. 10. P. fol. bilobis oblongis transuerſis amplexicaulibus petiolatis ſubtus punctatis. (*Nectar. ſimplex multipartitum. Swartz obſ. p. 335.*)

* *Oppoſitifoliae.*

pilulifera. 1. V. foliis oppoſitis ouatis ſerratis, amentis fructiferis globoſis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

balearica. 2. V. fol. oppoſitis cordatis ſerratis, amentis fructiferis globoſis. (*An a priori ſatis diſtincta? Cfr. With. bot. Arrang. 1070.*)

Dodartii. 3. V. fol. oppoſitis ouatis ſubintegerrimis, amentis fructiferis globoſis.

pumila. 4. V. fol. oppoſitis ouatis, racemis bipartitis breviſſimis.

grandifolia. 5. V. fol. oppoſitis ouatis, ſtipulis cordatis indiuiſis, racemis paniculatis longitudine foliorum.

vrens. 6. V. fol. oppoſitis oualibus. — *Fl. dan. t. 739.* M.

dioica. 7. V. fol. oppoſitis cordatis, racemis geminis. — *Fl. dan. t. 746.* M. (V. *dioica*, fol. oppoſitis cordatis, racemis geminis racemoſis patentibus. *Vahl. Symb.*

Symb. II. p. 95. Cl. Auctor Vrt. dioica β. Lin. Spec. pl. p. 1396. ita l. c. p. 96. determinat: Vrtica *caudata*, fol. oppoſitis cordatis, racemis geminis ſimpliciſſimis longiſſimis.)

cannabina. 8. V. fol. oppoſitis tripartitis inciſis.

alienata. 9. V. fol. oppoſitis ouatis integerrimis lineatis. Parietaria zeylanica. *Sp. plant. 1492. Caulis palmaris, ſcaber, teres, rigidulus, erectiuſculus. Rami oppoſiti, horizontales, diffuſi. Folia petiolata, nutantia, ſcabra praeſertim margine. Stipulae vtrinque binae. Flores axillares, ſeſſiles; Maſculi bini. Cal. 4-partitus. Stam. 4, alba. Foemineus maſculis adſidens, Stylo 1, longo, pubeſcente, albo. Fructus ouatus, emarginatus, ſulcatus 8 torulis. Semen glaberrimum, ouatum, atrum baſi alba. Plantula ſemperuirens. Ex floribus maſculis Vrtica; ex foemineis et fructu Parietaria; adeoque intermedia.*

cylindrica. 10. V. fol. oppoſitis oblongis, amentis cylindricis ſolitariis indiuiſis ſeſſilibus. (Böhmeria cylindrica. *Swartz prodr. p. 34. Monoica.* ♂. Cal. *4-partitus.* Cor. o. ♀. Cal. *o.* Styl. *1.* Sem. *1. Sw. l. c. p. 2.*)

parietaria. 11. V. fol. oppoſitis lanceolatis integerrimis: hinc anguſtioribus. (V. *Parietaria,* fol. oppoſitis ouato-lanceolatis integris, caule ramoſiſſimo, flor. dioicis. *Swartz obſ. p. 357.*)

ciliaris. 12. V. fol. oppoſitis ouatis ciliatis, racemis diuaricatis. *Plum. ic. 120. f. 2.*

ſpicata. 13. V. fol. oppoſitis ouatis acutis ſerratis glabris, ſpicis capillaribus interruptis. *Thunb. iap. p. 69.* M.

macrophylla. 14. V. fol. oppoſitis ſubrotundis duplicato-ſerratis, floribus paniculatis. *Thunb. loc. cit.* M.

rhombea. 15. V. fol. oppoſitis integerrimis ſubrhombeis trinerviis. *Suppl. p. 417.*

** *Alternifoliae.*

aeſtuans. 16. V. fol. alternis cordatis, racem. dichotomis, fruct. orbiculato-corymboſis.

capitata. 17. V. fol. alternis cordatis, glomerulis ſpicatis.

diuaricata. 18. V. fol. alternis ouatis, racemis compoſitis diuaricatis. (*Racemi diſtichi. Flor. minuti ſecundi.*)

canadenſis. 19. V. fol. alternis cordato-ouatis, amentis ramoſis diſtichis erectis.

inter-

interrupta. 20. V. fol. alternis ouato-cordatis ſerratis petiolo ſubbreuioribus, ſpicis ſolitariis interruptis. *Rumph. amb. 6. t. 20.*

niuea. 21. V. fol. alternis ſuborbiculatis vtrinque acutis ſubtus tomentoſis. *Rumph. amb. 5. t. 79. — Iacq. hort. v. 2. t. 166.* M.

baccifera. 22. V. fol. alternis cordatis dentatis aculeatis, caule fruticoſo, calyc. foemineis baccatis.

arborea. 23. V. fol. alternis ellipticis acuminatis ſubtus villoſis, panicula terminali ex ſpicis ramoſis. *Suppl. p. 417.*

capenſis. 24. V. fol. alternis cordatis inertibus ſubtus pubeſcentibus, ſpicis interruptis. *Suppl. p. 417.*

fruteſcens. 25. V. fol. alternis oblongis cuſpidatis ſubtus niueis. *Thunb. iap. p. 70.* Vrtica *fruticoſa*, foliis ouatis alternis cordatis integris ſubtus argenteis, caule tomentoſo, racemis axillaribus ramoſis, floribus glomeratis. *Suppl. p. 417.* M.

ſtimulans. 26. V. fol. alternis oblongis baſin verſus attenuatis integris, paniculis axillaribus. *Suppl. p. 418.*

iaponica. 27. V. fol. alternis cordatis villoſis, floribus glomerato-capitatis. *Thunb. iap. p. 70. Differt ab* Vrtica iaponica. *Suppl. p. 48.* M. (*quae eſt* V. ſpicata. *Thunb. vid. Retz. obſ. bot. 6. p. 34.*)

villoſa. 28. V. fol. alternis cordatis hirtis, globulis ſeſſilibus. *Thunb. l. c.* M.

1055. MORVS. MASC. *Cal.* 4 partitus. *Cor.* 0.
FOEM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Cal.* baccatus. *Sem.* 1.

alba. 1. M. foliis oblique cordatis laeuibus.

nigra. 2. M. fol. cordatis ſcabris.

papyrifera. 3. M. fol. palmatis, fructibus hiſpidis. (*De vſu et praeparandi modo cfr. Thunberg Fl. iap. p. 72-76.*)

rubra. 4. M. fol. cordatis ſubtus villoſis, amentis cylindricis.

indica. 5. M. fol. ouato-oblongis vtrinque aequalibus inaequaliter ſerratis.

tatarica. 6. M. fol. ouato-oblongis vtrinque aequalibus aequaliter ſerratis. *In Wolgae et Tanais inundatis. Pro ſerico praeſtantiſſimo. Forſter.*

tinctoria. 7. M. fol. oblongis hinc productioribus, ſpinis axillaribus. *Iacq. amer. 247. t. 180. — Ed. 2. pict. p. 121. t. 263. quoad folium.* M. *Species 2 habet Millerus:* Morus *tinctoria*, fol. oblique cordatis acumi-

acuminatis hirſutis. *Mill. dict.* M. *Zanthoxylum*, fol. ouato-oblongis acuminatis obliquis, ramis aculeatis. *Mill. dict. Prior magis tinctoria.*

PENTANDRIA.

1277. NEPHELIVM. MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* nulla.
FOEM. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Germina* 2. *Styli* 2 ſingulis. *Drupae* ſiccae 2, muricatae, 1-ſpermae.

lappaceum. 1. NEPHELIVM. *Mant.* 125.

1056. XANTHIVM. MASC. *Cal.* communis imbricatus. *Cor.* 1-petalae, 5-fidae, infundibulif. *Recept.* paleaceum.
FOEM. *Cal.* inuolucrum 2-phyllum, 2-florum. *Cor.* o. *Drupa* ſicca, muricata, 2-fida. *Nucleus* 2-locularis.

ſtrumarium. 1. X. caule inermi, foliis cordatis trineruiis. (*Fl. dan. t.* 770.)

orientale. 2. X. caule inermi, fol. cuneiformi-ouatis ſubtrilobis. *Linn. dec.* 33. *t.* 17.

echinatum. 3. X. caule inermi, fructu ouali aculeato: aculeis vncinatis confertis baſi echinatis. *Murr. in comm. gott.* 1784. *c. ic.* M.

ſpinoſum. 4. X. ſpinis ternatis, fol. trilobis.

fruticoſum. 5. X. foliis pinnatifidis: laciniis inciſis, caule fruticoſo. *Suppl. p.* 418. (*L'Herit. Stirp.* 2. *t.* 91.)

1057. AMBROSIA. MASC. *Cal.* communis, 1-phyllus. *Cor.* 1-petalae, 3-fidae, infundibulif. *Recept.* nudum.
FOEM. *Cal.* 1phyllus, integer, ventre 5-dentato, 1-florus, *Cor.* o. *Nux* e calyce indurato, 1-ſperma.

trifida. 1. A. foliis trilobis ſerratis.

elatior. 2. A. fol. bipinnatifidis, racemis paniculatis terminalibus glabris.

artemiſifolia. 3. A. fol. bipinnatifidis: primoribus ramulorum indiuiſis integerrimis.

maritima. 4. A. fol. multifidis, ſpicis ſolitariis piloſis ſubſeſſilibus.

1058.

1058. PARTHENIVM. MASC. *Cal.* communis, 5-phyllus. *Cor.* diſci monopetalae.

FOEM. *Cor.* radii 5, ſingulae 2, maſculae: intermedia foeminea ſupera. *Sem.* nudum.

Hyſterophorus. 1. P. fol. compoſito-multifidis.

integrifolium. 2. P. fol. ouatis crenatis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

1059. IVA. MASC. *Cal.* communis, 3-phyllus. *Cor.* diſci 1-petalae, 5-fidae. *Recept.* pilis diſtinctum.

FOEM. *Cal.* floſculi radii 5. *Cor.* o. *Styli* 2. longi. *Sem.* nudum, obtuſum.

annua. 1. I. foliis lanceolato-ouatis, caule herbaceo. (*Schmidel ic. et anal. pl. p. 59-63. t. 16. Tota purpuraſcens. Cal. vt plurimum 5-phyllus.*)

fruteſcens. 2. I. fol. lanceolatis, caule fruticoſo.

1329. CLIBADIVM. MASC. *Cal. communis* imbricatus. *Cor.* diſci 5-fidae.

FOEM. *Cal. communis* idem. *Cor.* radii foeminei 3-ſ. 4. *Sem.* Drupa vmbilicata.

ſurinamenſe. 1. CLIBADIVM. *Mant. 294.* Clibadium foetidum. *Allam. mſſ. Folia oppoſita.*

1060. AMARANTHVS. MASC. *Cal.* 3-ſ. 5-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* 3-ſ. 5.

FOEM. *Cal.* 3-ſ. 5-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 1-locularis, circumſciſſa. *Sem.* 1. (Cfr. *C. L. Willdenow Hiſtoria Amaranthorum. Turici,* 1790. *cum tab.* 12. *pictis.*)

* *Triandri.*

albus. 1. A. glomerulis triandris axillaribus bipartitis, bracteis ſubulatis, fol. ouatis emarginatis lineatis ſtrictis. Blitum maritimum minus, calycibus aculeatis. *Till. piſ. 25.*

graecizans. 2. A. glomerulis triandris axillaribus, fol. lanceolatis repandis obtuſis. *Affinis admodum A. albo.*

melancholicus. 3. A. glomerulis triandris axillaribus ſubrotundis ſeſſilibus, fol. lanceolatis acuminatis. *Folia in caldario natae, laetiſſime ſanguinea.*

tricolor. 4. A. glomerulis triandris axillaribus ſubrotundis amplexicaulibus, fol. lanceolato-ouatis coloratis.

polygamus. 5. A. glomerulis diandris ſubſpicatis ouatis, flor. maphroditis foemineisque, fol. lanceolatis.

gangeticus. 6. A. glomerulis triandris ſubſpicatis ouatis, fol. lanceolato-ouatis emarginatis.

mangoſtanus. 7. A. glomerulis triandris ſubſpicatis rotundatis, fol. rhombeis.

triſtis. 8. A. glomerulis triandris rotundatis ſubſpicatis, fol. ouato-cordatis emarginatis petiolo breuioribus.

liuidus. 9. A. glomerulis triandris ſubſpicatis rotundatis, fol. rotundato-ouatis retuſis. *Affinis A. oleracei.*

oleraceus. 10. A. glomerulis triandris pentandrisque, fol. ouatis obtuſiſſimis emarginatis rugoſis.

Blitum. 11. A. glomerulis lateralibus, floribus trifidis, fol. ouatis retuſis, caule diffuſo. (A. *Blitum*, glomerulis triandris ſubſpicatis, flor. triphyllis, fol. ouatis retuſis, caule diffuſo. *Willd. l. c. p. 22.*)

viridis. 12. A. glomerulis triandris, flor. maſculis trifidis, fol. ouatis emarginatis, caule erecto. (A. *viridis*, glomerulis axillaribus geminatis triandris, flor. maſculis triphyllis, fol. ellipticis emarginatis, margine vndulatis. *Willd. l. c. p. 18. t. 8. f. 16.*)

deflexus. 13. A. flor. triandris, ſpicis fruteſcentibus nutantibus carnoſis, caule diffuſo. *Mant. 295. Folia ouata ſubundulata, lineata, ſaepius emarginata cum ſetula.*

polygonoides. 14. A. glomerulis triandris axillaribus, fol. ouatis emarginatis, flor. foemineis infundibuliformibus obtuſis.

ſcandens. 15. A. flor. triandris, fol. ouatis, ſpicis interruptis compoſitis: ſpiculis inflexis, caule debili. *Suppl. p. 419.*

** *Pentandri.*

hybridus. 16. A. racemis pentandris decompoſitis congeſtis nudis, ſpiculis coniugatis.

paniculatus. 17. A. racemis pentandris ſupradecompoſitis: partialibus patentibus. (*Ramis pubeſcentibus et calyc. mucronatis a ſequente differt Willdenow.*)

ſanguineus. 18. A. racemis pentandris compoſitis erectis: lateralibus patentiſſimis, fol. ouato-oblongis. (*Mill. ic. t. 22.*)

retroflexus. 19. A. racemis pentandris lateralibus terminalibusque, caule flexuoſo villoſo, ramis recuruatis.

flauus. 20. A. racemis pentandris compoſitis: ſummo infimisque nutantibus, fol. obouatis mucronatis.

hypochon-

hypochondriacus. 21. A. racemis pentandris compoſitis confertis erectis, fol. ouatis mucronatis.

cruentus. 22. A. racemis pentandris decompoſitis ramotis patulo-nutantibus, fol. lanceolato-ouatis.

caudatus. 23. A. racemis pentandris decompoſitis cylindricis pendulis longiſſimis.

ſpinoſus. 24. A. racemis pentandris cylindricis erectis, axillis ſpinoſis. *Rumph. amb. 5. t. 83.*

1276. LEEA. MASC. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida nectario cylindrico tubi.

FOEM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida cum nectario. *Peric.* ſexloculare. *Sem.* ſolitaria.

aequata. 1. L. caule tereti pubeſcente. *Mant. 124.*

criſpa. 2. L. caule angulato fimbriato. *Mant. 124.*

HEXANDRIA.

1062. ZIZANIA. MASC. *Cal.* 0. *Cor.* Gluma 2-valuis, mutica, foemineis mixta.

FOEM. *Cal.* 0. *Cor.* Gluma 1-valuis, cucullata, ariſtata. *Stylus* 2-partitus. *Sem.* 1, corolla plicata veſtitum.

aquatica. 1. Z. paniculata effuſa.

paluſtris. 2. Z. panicula inferne racemoſa maſcula, ſuperne ſpicata foeminea. *Mant. 295.* Zizania ſylueſtris aſſurgens tenuis ramoſa, panicula laxa racemoſa. *Brown. iam. 340. — Schreb. gram. P. 2. p. 54. t. 29.* M.

terreſtris. 3. Z. panicula ſubracemoſa.

1063. PHARVS. MASC. *Cal.* Gluma 2-valuis, vniflora. *Cor.* Gluma biualuis.

FOEM. *Cal.* Gluma 2-valuis, 1-flora. *Cor.* Gluma vniualuis, longa inuoluens. *Sem.* 1.

latifolius. 1. PHARVS.

HEPTANDRIA.

1064. GVETTARDA. MASC. *Cal.* cylindricus. *Cor.* 7-fida, infundibuliformis.

FOEM. *Cal.* cylindricus. *Cor.* 7-fida. *Piſt.* 1. *Drupa* ſicca.

ſpecioſa. 1. GVETTARDA. (*Eſt planta hexandra rarius pentandra; etiam quoad partes fructificationis variat. Swartz obſ. p. 361.*)

POLYANDRIA. *Stamina vltra VII.*

1065. CERATOPHYLLVM. MASC. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Stam.* 16-20.

FOEM. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Styl.* o. *Sem.* 1, nudum.

demerſum. 1. C. foliis dichotomo-bigeminis fructibus triſpinoſis. (*Capſ. ouata inflata terminata roſtro ſpinaeformi, ad baſin ſpinis 2 rectis praedita. Roth. Germ. 3. p. 484.*)

ſubmerſum. 2. C. fol. dichotomo-trigeminis, fruct. muticis. *Fl. dan. t. 510.* (*Fol. inferiora ſubinflato-tubuloſa extrorſum dentata: ſuperiora capillaria flexiliora. Roth l. c. Secundum quem icon Fl. dan. huc non pertinet.*)

1066. MYRIOPHYLLVM. MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* 8.

FOEM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Piſt.* 4. *Stylus* o. *Sem.* 4, nuda.

ſpicatum. 1. M. floribus maſculis interrupte ſpicatis. — *Fl. dan. t. 681.* M. *Spica aphylla.* (*Petala 4 in flor. maſcul. omnino adſunt, quae ſubrotunda concaua rubeſcentia, antheris vero ſeſe expandentibus, mox et elaſtice quaſi decidunt.*)

verticillatum. 2. M. flor. omnibus verticillatis hermaphroditis. *Folia quaterna. Flores hermaphroditi.* Turra. (*Frequentius dioicum: flor. maſculini nimirum ſuperiorem ſpicae partem; foeminini inferiorem occupant. Sowerb. engl. bot. p. 218. t. 218. Etiam petala oualia decidua a laudato auctore ſunt obſeruata.*)

1067. SAGITTARIA. MASC. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Filamenta* fere 24.

FOEM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Piſt.* multa. *Sem.* multa, nuda. (*Capſ.* vtriculares ſemilunatae *Gaertn.*)

ſagittifolia. 1. S. foliis ſagittatis acutis. *Fl. dan. t. 172.*

obtuſifolia. 2. S. fol. ſagittatis obtuſis, caul. ramoſo.

lanci-

lancifolia. 3. S. fol. lanceolato-ouatis. *Iacq. amer. 248. — Ed. 2. pict. p. 121.* M.

acutifolia. 4. S. fol. ſubulatis. *Suppl. p. 419.*

trifolia. 5. S. fol. ternatis.

1156. BEGONIA. MASC. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala. Petalis cordatis: 2 oppoſitis obcordatis. *Stam.* numeroſa.

FOEM. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala, vt maſcula. *Styli* 3, bifidi: *Capſ.* infera, triangularis, inaequalis, 3-locularis, polyſperma.*)

ferruginea. 1. B. fruticoſa, foliis integerrimis, floribus paniculatis. *Suppl. p. 419.* (B. *ferruginea*, cauleſc., fol. inaequaliter cordatis dentatis, floris maſculi petalis oblongis ſubaequalibus. *Dryand. l. c. p. 163. Smith icon. ined. t. 44.*)

capenſis. 2. B. acaulis, fol. inaequaliter denticulatis. *Suppl. p. 420.* Begonia obliqua. *Syſt. ed. 13. p. 716. Mant. 502. Iacq. obſ. 2. t. 35.* (B. *diptera*, acaul., fol. inaeq. cordatis, pedunc. dichotomis, capſ. ala 1ma maxima: 2da anguſta; 3tia obſoleta. *Dryand. l. c. p. 170.*)

Vrticae. 3. B. herbacea diffuſa, fol. biſerratis hiſpidis, pedunculis axillaribus elongatis vnifloris, fructu hiſpido. *Suppl. p. 420.* (B. *Vrticae*, cauleſc., radicans, fol. vtrinque hiſpidis inaequaliter ouatis, duplicato-ſerratis, capſ. baſi 3-cornibus. *Dryand. l. c. p. 167.* B. vrticaefolia. *Smith l. c. t. 45.*)

1098. THELIGONVM. MASC. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* o. *Stam.* fere 12.

FOEM. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Capſ.* coriacea, 1-locularis, 1-ſperma.

Cynocrambe. 1. THELIGONVM. *In India orientali vulgaris.*

1069. POTERIVM. MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-partita. *Stam.* 30-40.

FOEM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-partita. *Piſt.* 2. *Bacca* e tubo corollae indurato.

 Sangui-

---

*) BEGONIA. *Maſc.* Cal. *o.* Cor. *polypetala.* Stam. *numeroſa. F[illegible]* Cal. *o.* Cor. *polypet.*, *ſupera* Capſ. *alata*, *polyſperma.* DRYANDER *de ge[illegible]re* Begonia *in* Transact. of the Lin. Soc. I. p. 159.)

Sanguiſorba. 1. P. inerme, caulibus ſubanguloſis. (*Curt. Fl. lond. ic. Stigmata peniciliformia.*)
hybridum. 2. P. inerme, caul. teretibus ſtrictis.
ſpinoſum. 3. P. ſpinis ramoſis.

1070. QVERCVS. MASC. *Cal.* 5-fidus fere. *Cor.* 0. *Stam.* 5-10.
FOEM. *Cal.* 1-phyllus, integerrimus, ſcaber. *Cor.* 0. *Styli* 2-5. *Sem.* (*Nux*) 1, ouatum.

Phellos. 1. Q. foliis lanceolatis integerrimis glabris.
molucca. 2. Q. fol. lanceolato-ouatis glabris integerrimis.
glabra. 3. Q. fol. lanceolato-oblongis acuminatis glabris. *Thunb. iap. p. 175.* M.
acuta. 4. Q. fol. oblongis cuſpidatis integris, iunioribus tomentoſis. *Thunb. l. c.* M.
glauca. 5. Q. fol. obouatis acuminatis apice ſerratis, ſubtus glaucis. *Thunb. l. c.* M.
cuſpidata. 6. Q. fol. ouatis cuſpidatis ſerratis glabris. *Thunb. iap. p. 176.* M.
ſerrata. 7. Q. fol. oblongis (parallelo-neruoſis villoſis tomentoſisque. *Thunb. l. c.*)
Ilex. 8. Q. fol. ouato-oblongis indiuiſis ſerratisque ſubtus incanis, cortice integro. *β.* Quercus gramuntia. *Sp. pl. 1418. Gerard. prov. 531.*
Suber. 9. Q. fol. ouato-oblongis indiuiſis ſerratis ſubtus tomentoſis, cortice rimoſo fungoſo.
coccifera. 10. Q. fol. ouatis indiuiſis ſpinoſo-dentatis vtrinque glabris.
Prinus. 11. Q. fol. ouatis vtrinque acuminatis ſinuato-ſerratis: denticulatis rotundatis vniformibus.
dentata. 12. Q. fol. obouato-oblongis obtuſis inciſo-dentatis ſubtus tomentoſis. *Thunb. iap. p. 177.* M.
nigra. 13. Q. fol. cuneiformibus obſolete trilobis.
rubra. 14. Q. fol. obtuſe ſinuatis ſetaceo-mucronatis.
alba. 15. Q. fol. oblique pinnatifidis: ſinuatis angulisque obtuſis.
Eſculus. 16. Q. fol. pinnatifidis: laciniis lanceolatis remotis acutis, poſtice angulatis. *Mant. 496.*
Robur. 17. Q. fol. deciduis oblongis ſuperne latioribus: ſinubus acutioribus, angulis obtuſis. *β.* Quercus latifolia foemina. *Bauh. pin. 419. It. wgoth. 214. Mant. 496.* (*Ambae varietates nunc vt ſpecies quoad fructus ſeparantur, qui in* Q. Robur *ſeſſiles*

les in Q. fructipendula *Schrank ſ.* pedunculata *Ehrh. pedunculis longis inſtructi ſunt.*)

Aegilops. 18. Q. fol. ouato-oblongis glabris ſerrato-repandis.

Cerris. 19. Q. fol. oblongis lyrato-pinnatifidis: laciniis transuerſis acutis; ſubtus ſubtomentoſis.

1071. IVGLANS. MASC. *Cal.* 1-phyllus, ſquamiformis. *Cor.* 6-partita. *Filamenta* 18.

FOEM. *Cal.* 4-fidus, ſuperus. *Cor.* 4-partita. *Styli* 2. *Drupa* nucleo ſulcato.

regia. 1. I. foliolis oualibus glabris ſubſerratis ſubaequalibus. — *Mill. illuſtr. ic.* M. *Habitat in Perſia. D. Lerche. Mant.* 496.

alba. 2. I. foliol. ſeptenis lanceolatis ſerratis: impari ſeſſili. (*Cfr. Willdenow Berl. Baumz. p.* 154-155.)

nigra. 3. I. foliol. quindenis lanceolatis: exterioribus minoribus, geminis ſuperaxillaribus.

cinerea. 4. I. foliol. vndenis lanceolatis baſi altera breuiore.

baccata. 5. I. foliol. ternis.

1072. FAGVS. MASC. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Cor.* o. *Stam.* 12.

FOEM. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſula* (Calyx antea) muricata, 4-valuis. *Sem.* (*Nuces*) 2.

Caſtanea. 1. F. foliis lanceolatis acuminato-ſerratis ſubtus nudis. (Caſtanea veſca *Gaertn. de fr.* 1. *p.* 181. *t.* 37.)

pumila. 2. F. fol. lanceolato-ouatis acute ſerratis ſubtus tomentoſis, amentis filiformibus nodoſis.

ſyluatica. 3. F. fol. ouatis obſolete ſerratis. (*Fol. ternis.* β. foliis ſanguineis. γ. fol. alternis inciſo-ſerratis. *A. v. Vignet Anzeige einer neuentdeckten Buchenabart in Schmidt's Samml. phyſ. ökonom. Auſſ. I. p.* 173. *t.* 1.)

1073. CARPINVS. MASC. *Cal.* 1-phyllus: ſquama ciliata. *Cor.* o. *Stam.* 20.

FOEM. *Cal.* 1-phyllus: ſquama ciliata. *Cor.* o. *Germina* 2. *Styli* ſingulis 2. *Nux* ouata.

Betulus. 1. C. ſquamis ſtrobilorum planis.

Oſtrya. 2. C. ſquam. ſtrobilorum inflatis. *Mant.* 496.

1074. CORYLVS. MASC. *Cal.* 1-phyllus: 3-fidus, ſquamiformis, 1-florus. *Cor.* o. *Stam.* 8.
FOEM. *Cal.* 2-phyllus: lacerus. *Cor.* o. *Styli* 2. *Nux* ouata.

Auellana. 1. C. ſtipulis ouatis obtuſis. (C. *Auellana*, ſtipulis lanceolatis, fol. cordatis ſubrotundis, ramulis piloſis. *Ait. Kew.* 3. *p.* 363. *β. C. barbata*, arboreſcens, cal. laciniis pinnatifidis.)

Colurna. 2. C. ſtipul. linearibus acutis.

1075. PLATANVS. MASC. *Cal.* Amentum globoſum. *Cor.* vix manifeſta. *Antherae* filamentum circumnatae.
FOEM. *Cal.* Amentum globoſum. *Cor.* polypetala. *Styli* ſtigmate recuruo. *Sem.* ſubrotunda, ſtylo mucronata, baſi pappoſa.

orientalis. 1. P. foliis palmatis, (vtrinque glabris.)

occidentalis. 2. P. fol. lobatis, (neruis ſubtus tomentoſis. *Ait. Kew.* 3. *p.* 365. *Cfr. Willd. Berl. Baumz. p.* 225.)

1076. LIQVIDAMBAR. MASC. *Cal.* communis 4-phyllus. *Cor.* o. *Filam.* numeroſa.
FOEM. *Cal.* in globum, 4-phylli. *Cor.* o. *Styli* 2. *Capſ.* multae in globum, biualues, polyſpermae.

Styraciflua. 1. L. foliis palmato-angulatis: lobis indiuiſis acutis. (*Sinus baſeos venarum villoſi. Aiton.*)

peregrinum. 2. L. fol. oblongis alternatim ſinuatis. *)

MONADELPHIA.

1077. PINVS. MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* plurima. *Antherae* nudae.
FOEM. *Cal.* ſtrobili: ſquama 2-flora. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Nux* ala membranacea excepta.

* *Foliis pluribus ex eadem baſi vaginali.*

ſylueſtris. 1. P. foliis geminis: primordialibus ſolitariis glabris. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

Pinea.

*) COMPTONIA. ♂ *Amentum.* Cal. 2-*phyllus.* Cor. o. Anth. 2-*partitae.* ♀ *Amentum.* Cal. 6-*phyllus.* Cor. o. Styli 2. Nux *ouata.* C. aſplenifolium L'HERIT. *ſtirp. nov.* 2. *t.* 58. SCHMIDT *Oeſterr. Baumz.* 2. *p.* 3. *t.* 61.)

Pinea. 2. P. fol. geminis: primordialibus ſolitariis ciliatis.

Taeda. 3. P. fol. trinis. *Obſ.* Pinus fol. trinis longiſſimis et Pinus fol. trinis, ſtrobilis longioribus: ſquamis rigidioribus. *Milleri diuerſa ſpecies a Taeda; ſed qua nota, praeter foliorum longitudinem?*

Cembra. 4. P. fol. quinis laeuibus. *Scop. ann. 2. p. 65.*

Strobus. 5. P. fol. quinis margine ſcabris, cortice laeui.

Cedrus. 6. P. fol. faſciculatis acutis.

Larix. 7. P. fol. faſciculatis obtuſis. (*Reiter und Abel Abbild. teutſch. Holzart. t. 96.*)

** *Foliis ſolitariis et baſi diſtinctis.*

Picea. 8. P. fol. ſolitariis emarginatis. (*Reiter u. Abel l. c. t. 98.*)

Balſamea. 9. P. fol. ſolitariis ſubemarginatis: ſubtus linea duplici punctata.

canadenſis. 10. P. fol. ſolitariis linearibus obtuſiuſculis ſubmembranaceis.

Abies. 11. P. fol, ſolitariis ſubulatis mucronatis laeuibus bifariam verſis. (*Reit. u. Abel l. c. t. 99. Rami verticillati.*)

orientalis. 12. P. fol. ſolitariis tetragonis.

1078. THVIA. MASC. *Cal.* Amenti ſquama. *Cor.* 0. *Stam.* 4.

FOEM. *Cal.* ſtrobili: ſquama 2-flora. *Cor.* 0. *Piſt.* 1. *Nux* 1, cincta ala emarginata.

occidentalis. 1. T. ſtrobilis laeuibus: ſquamis obtuſis. *Rami patuli.*

orientalis. 2. T. ſtrobilis ſquarroſis: ſquamis acutis. *Rami erecti.*

aphylla. 3. T. ſtrobilis quadriualuibus, fol. turbinatis vaginantibus, hinc mucronatis. *β.* Thuia cupreſſoides. *Mant. 125.* (Tamarix *articulata*, ramis articulatis: articulis turbinatis mucronatis, ſpicis racemoſis. *Vahl. Symb. II. p. 48. t. 32.*)

dolabrata. 4. T. ſtrobilis ſquarroſis, fol. trifariam imbricatis ſubtus excauatis niueis. *Thunb. iap. p. 266.* Thuia *dolabrata*, frondibus ancipitibus, fol. trifarie incumbentibus proliferis conuexis viridibus, ſubtus excauatis albis. *Suppl. p. 420.* M.

1079. CVPRESSVS. MASC. *Cal.* Amenti ſquama. *Cor.* o. *Antherae* 4, ſeſſiles absque filamentis.
FOEM. *Cal.* ſtrobili: ſquama 1-floro. *Cor.* o. *Styli?* puncta concaua. *Nux* angulata.

ſemperuirens. 1. C. foliis imbricatis, frondibus quadrangulis.
diſticha. 2. C. fol. diſtichis patentibus.
thyoides. 3. C. fol. imbricatis, frondibus ancipitibus.
iuniperoides. 4. C. fol. oppoſitis decuſſatis ſubulatis patulis.
pendula. 5. C. fol. oppoſitis ouatis, ramulis dichotomis pendulis. *Thunb. iap. p.* 265. M.
iaponica. 6. C. fol. quadrifariis falcatis compreſſis ſulcatis decurrentibus. *Thunb. l. c.* Cupreſſus *iaponica*, fol. tri- ſ. quadrifariis aceroſis falcatis quadriſulcatis compreſſis carina decurrentibus confluentibus. *Suppl. p.* 421. M.

1080. PLVKENETIA. MASC. *Cal.* o. *Petala* 4. *Stam.* 8. *Nectaria* 4, barbata.
FOEM. *Cal.* o. *Petala* 4. *Stylus* longiſſimus ſtigmate peltato 4-lobo. *Capſ.* 4-cocca.

volubilis. 1. PLVKENETIA fructibus angulis verrucoſis. *Suppl. p.* 421. — *Syſt. ed.* 13. *p.* 720. (*Rumph. amboin.* 1. *p.* 194. *t.* 79. *f.* 2.)

1081. DALECHAMPIA. *Inuolucrum* commune exterius foliolis 4, interius foliis 2 trifidis.
MAS. *vmbella* 10-flora: *inuolucello* 2-phyllo: paleis numeroſis. *Perianth. proprium* 5-phyllum. *Cor.* nulla. *Filam.* plurima, connata.
FOEM. *Floſculi* 3. *Inuolucello* 3-phyllo. *Perianth. proprium* foliolis 11. *Cor.* o. *Stylus* filiformis. *Capſ.* 3-cocca. *Mant.* 169.

colorata. 1. D. foliis integerrimis. *Suppl. p.* 421.
ſcandens. 2. D. fol. trifidis ſerratis. *Suppl. p.* 421. Dalechampia ſcandens. *Syſt. ed.* 13. *p.* 720. *Mant.* 496. — *Iacq. amer. pict. p.* 123. *t.* 239. M.

1082. ACALYPHA. MASC. *Cal.* 3-ſ. 4-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* 8-16.
FOEM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 3-cocca, 3-locularis. *Sem.* 1.

virginica.

virginica. 1. A. inuolucris foemineis cordatis inciſis, foliis ouato-lanceolatis petiolo longioribus. (*Pluk. phyt. 99. f. 4.*)

virgata. 2. A. ſpicis foemineis inuolucris cordatis ſerratis; maſculis diſtinctis aphyllis, fol. lanceolato-ouatis.

indica. 3. A. inuolucris foemineis cordatis ſubcrenatis, fol. ouatis petiolo breuioribus.

villoſa. 4. A. inuolucris foemineis minimis dentatis villoſiſſimis, ſpicis elongatis, fol. ouatis acuminatis ſerratis petiolo longioribus. *Suppl. p. 422.* Acalypha villoſa. *Iacq. amer. p. 254. Iacq. hort. v. 3. p. 26. t. 47.*

auſtralis. 5. A. inuolucris foemineis integerrimis, fol. lanceolatis obtuſis.

1083. CROTON. MASC. *Cal.* cylindricus, 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 10-15.
FOEM. *Cal.* polyphyllus. *Cor.* 0. *Styli* 3, bifidi. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* 1.

variegatum. 1. C. foliis lanceolatis integerrimis glabris pictis petiolatis.

Caſcarilla. 2. C. fol. lanceolatis acutis integerrimis petiolatis ſubtus tomentoſis, caule arboreo. (*β. C. lineare*, fol. linearibus integerrimis obtuſis ſubtus tomentoſis, caule fruticoſo. *Ait. Kew. 3. p. 374. Iacq. hiſt. t. 162. f. 4. Swartz obſ. p. 363.*)

caſtaneifolium. 3. C. fol. lanceolatis obtuſis ſerratis petiolatis glabris.

paluſtre. 4. C. fol. ouato-lanceolatis plicatis ſerratis ſcabris.

glabellum. 5. C. fol. ouatis obtuſiuſculis integerrimis laeuibus, fructibus pedunculatis.

tinctorium. 6. C. fol. rhombeis repandis, capſulis pendulis, caule herbaceo. *Burm. ind. t. 62. f. 1. Cal. 5-phyllus. Petala 5. lanceolata. Stam. 8, monadelpha.* (*Gaertn. de fr. 2. p. 118. t. 107.*)

glanduloſum. 7. C. fol. oblongis ſerratis baſi biglanduloſis, fructibus ſeſſilibus.

argenteum. 8. C. fol. cordato-ouatis ſubtus tomentoſis integris ſerratis. *Fructus capitulum Bracteis 3, oualibus, hirſutis, dentatis.* — Croton argenteum. *Murr. in comm. gott. 1781. p. 41. t. 4.* M.

ſebiferum. 9. C. fol. rhombeo-ouatis acuminatis integerrimis glabris. *Foliola latiora quam longa, inuoluta: baſis folii glandulis 2.*

iaponicum. 10. C. fol. indiuiſis trilobisque ouatis acuminatis integris glabris. *Thunb. iap. p. 270. t. 28 et 29.* M. Crocon *iaponicum*, foliis rhombeo ouatis acuminatis glabris quinqueneruiis, panicula terminali villoſa. *Suppl. p. 422.*

acutum. 11. C. fol. ouatis ſerratis acuminatis biglanduloſis caule herbaceo. *Thunb. iap. p. 269.* M.

Tiglium. 12. C. fol. ouatis glabris acuminatis ſerratis, caule arboreo.

lucidum. 13. C. fol. ouatis glabris, flor. ſpicatis, ſtylis multifidis depreſſo-pubeſcentibus, caule fruteſcente. *Loefl. it. 234. Mant. 497.* Croton foliis ouatis glabris, ramis nudis, racemis ſpicatis. *Berg. act. lond. 58 (1768). p. 132. t. 7. Maſculi Calyx 10-phyllus, Cor. 0. Stam. 10. Foeminei calyx 5-phyllus, Germen hirſutum, Styli 3 ſexpartiti.*

lacciferum. 14. C. fol. ouatis tomentoſis ſerrulatis petiolatis, calycibus tomentoſis. Halecus terreſtris. *Rumph. amb. 3. p. 197. t. 127. (Burm. Fl. zeyl. p. 201. t. 91.)*

balſamiferum. 15. C. fol. ouato-lanceolatis ſcabris integerrimis ſubtus tomentoſis. *Mant. 125. — Iacq. hort. v. 3. t. 46. Amer. pict. p. 124. t. 242.* M.

aromaticum. 16. C. fol. cordatis ſcabris ſubſerratis petiolatis, caule arboreo. *Rumph. amb. 3. p. 196. t. 126.*

humile. 17. C. fol. cordatis integerrimis ſcabris ſubciliatis ſubtus tomentoſis, caule fruticoſo.

Ricinocarpos. 18. C. fol. ſubcordatis crenatis, pedunc. racemoſis oppoſitifoliis, caule herbaceo.

moluccanum. 19. C. fol. cordatis angulatis ſcabris ſubtus tomentoſis. Ricinus dulcis arboreſcens foliis Populi nigrae argenteis. *Pluk. alm. 320. t. 220. f. 5.*

flauens. 20. C. fol. cordatis oblongis integerrimis vtrinque tomentoſis, ramulis denſius tomentoſis. *Brown. iam. 347. n. 3.*

capenſe. 21. C. fol. haſtatis indiuiſisque lanceolatis integerrimis glaberrimis. *Suppl. p. 433.*

lobatum. 22. C. fol. inermi-ſerratis: inferioribus quinquelobis; ſuperioribus trilobis.

ſpinoſum. 23. C. fol. palmatis quinquelobis trilobisque ſpinoſo-ſerratis, floribus cauli adſperſis ſubſeſſilibus.

279. CVPANIA. MASC. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.

FOEM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Styl.* 3-fidus. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* bina.

americana. 1. CVPANIA. *Flores non vidi: e figuris Plumieri monoicos eſſe iudico. Stamina non noui.* (*Cfr. Swartz prodr. p. 61. et Obſ. bot. p. 364 et 365.*)

1084. IATROPHA. MASC. *Cal.* 0, (aut 5-fidus.) *Cor.* 1-petala, (aut 5-petala *Sw.*) infundibuliformis. *Stam.* 10: alterna breuiora.

FOEM. *Cal.* 0. *Cor.* 5-petala, patens. *Styli* 3, bifidi. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* 1.

goſſypifolia. 1. I. foliis quinquepartitis: lobis ouatis integris: ſetis glanduloſis ramoſis. (*Fol. ſemitriloba, rarius quinqueloba. Iacq. coll. 1. p. 115. Ic. pl. rar.*)

moluccana. 2. I. fol. ouatis integerrimis ſubdentatis. (*Cfr. Swartz obſ. p. 367.*)

Curcas. 3. I. fol. cordatis angulatis. *Stamina 10. — Iacq. hort. v. 3. t. 63.* M.

multifida. 4. I. fol. multipartitis laeuibus, ſtipulis ſetaceis multifidis.

Manihot. 5. I. fol. palmatis: lobis lanceolatis integerrimis laeuibus. *Stam. 10.*

Ianipha. 6. I. fol. palmatis: lobis integerrimis: intermediis vtrinque ſinu lobatis. *Mant. 126.* — Iatropha carthagenenſis. *Iacq. hort. v. 3. t. 77. Amer. pict. p. 125. t. 244.* M.

vrens. 7. I. fol. palmatis dentatis aculeatis. *Iacq. hort. t. 21. Stamina 10.*

herbacea. 8. I. aculeata, fol. trilobis: caule herbaceo.

elaſtica. 9. I. fol. ternatis ellipticis integerrimis ſubtus canis longe petiolatis. *Suppl. p. 422.* Heuea guianenſis. *Aublet guian. p. 871. t. 335. Genus nondum rite definitum. Succus huius arboris lacteus euadit Reſina illa elaſtica, Gomme elaſtique, licet et Ficus indica, Cecropia peltata aliaeque arbores ſimilis naturae ſuccum erogent.*

1085. RICINVS. MASC. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* numeroſa.

FOEM. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Styli* 3, bifidi. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* 1.

inermis.

inermis. 1. R. foliis peltatis ſubpalmatis ſerratis, petiolis glanduloſis, fructibus inermibus. *Iacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 362. Icon. rar.* M.

communis. 2. R. fol. peltatis ſubpalmatis ſerratis. — Ricinus liuidus. *Iacq. Miſc. v. 2. p. 360. Icon. rar. An alia nota conſtante, quam colore, a R. communi diſtinctus?* M.

Tanarius. 3. R. fol. peltatis repandis.

Mappa. 4. R. fol. peltatis indiuiſis.

1086. STERCVLIA. MASC. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Filamenta* 10-15.

FOEM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Germen* columnae inſidens. *Capſ.* 5, 1-locularis, polyſperma.

Balanghas. 1. S. foliis ouatis integerrimis petiolatis, floribus paniculatis. (*Cauan. Diſſ. 5. p. 286. t. 143.*)

foetida. 2. S. fol. digitatis, (flor. laxe racemoſis. *Cav. l. c. p. 284. t. 141.*)

platanifolium. 3. S. hermaphrodita, fol. cordatis lobatis, floribus paniculatis. *Suppl. p. 423. — Pertinet ad Polygamiam, nam flores mares cum hermaphroditis mixtos habet. Iacq. in Litt. Iacq. iun. in act. helv. v. 9. c. tab.* M. (*Cau. l. c. p. 287. t. 145.*)

1088. HIPPOMANE. MASC. *Amentum. Perianth.* 2-fidum. *Cor.* o.

FOEM. *Perianth.* 3-fidum. *Cor.* o. *Stigma* 3-partitum. *Drupa* ſ. *Capſ.* 3-cocc.

Mancinella. 1. H. foliis ouatis ſerratis baſi biglanduloſis. *Iacq. amer. 250. t. 159. — Ed. 2. pict. p. 122. t. 238.* M. *Fructus Drupa Semine carioſo. Editur a Cancris ruricolis inde venenatis. Iacq.*

biglanduloſa. 2. H. fol. ouato-oblongis baſi biglanduloſis. — Sapium aucuparium. *Iacq. amer. pict. p. 121. t. 237.* M. *Capſula 3-cocca.* (*Cfr. Swartz obſ. p. 371.*)

ſpinoſa. 3. H. fol. ſubouatis dentato-ſpinoſis.

1279. STILLINGIA. MASC. *Cal.* hemiſphaericus, multiflorus. *Cor.* tubuloſa, eroſa.

FOEM. *Cal.* 1-florus, inferus. *Cor.* ſupera. *Styl.* 3-fidus. *Capſ.* 3-cocca.

ſyluatica. 1. STILLINGIA. *Mant. 126.*

1278. GNETVM. MASC. *Amenti* ſquama. *Cor.* o. *Filament.* 1. antheris binis.
FOEM. *Amenti* eiusdem. *Cor.* o. *Stylus* ſtigmate 2-fido. *Drupa* monoſperma.

Gnemon. 1. GNETVM. *Mant.* 125.

1087. HVRA. MASC. Amentum imbricatum. *Perianth.* truncatum. *Cor.* o. *Filam.* cylindrica, apice peltata, cincta. *Anth.* plurimis geminatis.
FOEM. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stylus* infundibuliformis. *Stigma* 12-fidum. *Capſ.* 12-locularis. *Sem.* 1.

crepitans. 1. HVRA. Amentum *maſculum e diuaricatura ramorum, oblongum, cernuum.* Squamis *oblongis: intra ſingulas* Perianthium *cylindricum, truncatum, breuiſſimum.* Cor. *o.* Filamentum *ſanguineum, longum, truncatum, rigidum, ſub apice bis terue verticillatum tuberculis.* Antherae 2, *ſingulo tuberculo immerſae, ouales, bifidae.* (*Trew. Pl. ſelectae t.* 34 *et* 35.)

SYNGENESIA.

1089. TRICHOSANTHES. MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita, ciliata. *Filam.* 3.
FOEM. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita, ciliata. *Stylus* 3-fidus. *Pomum* oblongum.

Anguina. 1. T. pomis teretibus oblongis incuruis. *Mant.* 497. *Semina Momordicae. Corollae niueae, maxime ciliatae.* (*Mill. ic. p.* 21. *t.* 32.)

neruifolia. 2. T. pomis ouatis acutis, fol. cordatis oblongis trineruiis dentatis.

cucumerina. 3. T. pomis ouatis acutis, fol. cordatis angulatis.

amara. 4. T. pomis turbinato-ouatis.

1090. MOMORDICA. MASC. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Filamenta* 3.
FOEM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Stylus* 3-fidus. *Pomum* (*Bacca* G.) elaſtice diſſiliens.

Balſamina. 1. M. pomis angulatis tuberculatis, foliis glabris patenti-palmatis. *Seb. muſ.* 2. *t.* 3. *f.* 1.

Charantia. 2. M. pomis angulatis tuberculatis, fol. villoſis longitudinaliter palmatis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

opercu-

operculata. 3. M. pomis angulato-tuberculatis apice deciduo operculatis, fol. lobatis.

Luffa. 4. M. pomis oblongis: ſulcis catenulatis, fol. inciſis. (*In hac et ſequente ſpecie fructus non diſſilire poſſunt, cum conſtant fibris tenaciſſimis intricatis vix violentia diſrumpentibus. Loureiro Cochinch. p. 590.*)

cylindrica. 5. M. pomis cylindricis longiſſimis, fol. angulis acutis.

trifolia. 6. M. pomis ouatis muricatis, foliis ternatis dentatis.

pedata. 7. M. pomis ſtriatis, fol. pedatis ſerratis.

Elaterium. 8. M. pomis hiſpidis, cirrhis nullis. (*Bull. herb. t.* .)

1091. CVCVRBITA. MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Filamenta* 3.

FOEM. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Piſt.* 5-fidum. *Pomi* ſemina margine tumido. (*Bacca* 3-locularis: loculamentis 2-partitis. *Gaertn.*)

lagenaria. 1. C. fol. ſubangulatis tomentoſis baſi ſubtus biglanduloſis, pomis lignoſis.

hiſpida. 2. C. fol. angulatis, caule petioliſque hiſpidis. *Thunb. iap. p. 322.* M.

ouifera. 3. C. fol. lobatis, pomis obouatis, cirrhis ſepteno-digitatis. *Mant. 126.*

Pepo. 4. C. fol. lobatis, pomis lacuibus.

verrucoſa. 5. C. fol. lobatis, pomis nodoſo-verrucoſis.

Melopepo. 6. C. fol. lobatis, caule erecto, pomis depreſſis nodoſis. (*Prioris ſolummodo varietatem exiſtimat b. Loureiro l. c. p. 593.*)

Citrullus. 7. C. fol. multipartitis.

1092. CVCVMIS. MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filamenta* 3.

FOEM. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Piſt.* 3-fidum. *Pomi* ſemina arguta. (*Bacca* 3-locularis: loculamentis ſubdiuiſis, gelatina farctis *Gaertn.*)

Colocynthis. 1. C. foliis multifidis, pomis globoſis glabris.

prophetarum. 2. C. fol. cordatis quinquelobis denticulatis obtuſis, pomis globoſis ſpinoſo-muricatis. *Iacq. hort. v. 1. t. 9.* M.

Anguria.

Anguria. 3. C. fol. palmato-ſinuatis, pomis globoſis echinatis. Cucumis echinatus, Colocynthidis folio. *Herm. part. 134. ſed fructus minor.*

africanus. 4. C. fol. palmato-ſinuatis, caule angulato, pomis oualibus echinatis. *Suppl. p.423.*

acutangulus. 5. C. fol. rotundato-angulatis, pomis angulis decem acutis. — *Iacq. hort. v. 3. t. 73.* M. *Fructus operculatus: angulis decem integris acutis, vnilocularis. Semina nigra, quaſi maſticata vt in Anguria.*

Melo. 6. C. foliorum angulis rotundatis, pomis toruloſis. *Habitat in Calmucchia.*

Dudaim. 7. C. foliorum angulis rotundatis, pomis ſphaericis vmbilico retuſo.

Chate. 8. C. hirſutus, foliorum angulis integris rotundatis, pomis fuſiformibus vtrinque attenuatis hirtis.

ſatiuus. 9. C. foliorum angulis rectis, pomis oblongis ſcabris.

anguinus. 10. C. foliis lobatis, pomis cylindricis longiſſimis laeuibus contortuplicatis.

flexuoſus. 11. C. foliis angulato-ſublobatis, pomis cylindricis ſulcatis curuatis.

Conomon. 12. C. fol. angulato-ſublobatis dentatis, pomis fuſiformibus decemſulcatis glabris. *Thunb. iap. p. 324.* M.

maderaſpatanus. 13. C. fol. cordatis integris denticulatis, pomis globoſis glabris. *Berg. cap. 351.*

1098. BRYONIA. MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filamenta* 3.

FOEM. *Cal.* dentatus. *Cor.* 5-partita. *Stylus* 4-fidus. *Bacca* ſubgloboſa, polyſperma.

alba. 1. B. foliis palmatis vtrinque calloſo-ſcabris, (*addo* M.) floribus monoicis. — *Fl. dan. t. 813.* M. (*Stamina omnia diſtincta. Baccae nigrae. Moench. method. p. 652.*)

dioica. 2. B. fol. palmatis vtrinque calloſo-ſcabris, floribus dioicis. *Iacq. in Litt. Fl. auſtr. t. 199.* M. (*Stamina per paria connata. Baccae rubrae Moench.*)

palmata. 3. B. fol. palmatis laeuibus quinquepartitis: laciniis lanceolatis repando-ſerratis.

grandis. 4. B. fol. cordatis angulatis baſi ſubtus glanduloſis. *Mant. 126.* (*Fol. glabriuſcula. Cirrhi ſimplices. Aiton.*)

cordifolia. 5. B. fol. cordatis oblongis quinquelobis dentatis ſcabris, petiolis bidentatis. *Excluſo Rumphii ſynonymo.*

 laciniosa.

laciniosa. 6. B. fol. palmatis: laciniis lanceolatis ſerratis, petiolis muricatis. *Fructus ſeſſiles lineis 6 lacteis. Excluſis ſynonymis.*
africana. 7. B. fol. palmatis quinquepartitis vtrinque lacuibus: laciniis pinnatifidis.
cretica. 8. B. fol. palmatis ſupra calloſo-punctatis.
ſcabra. 9. B. fol. cordatis angulatis dentatis, ſupra calloſe punctatis infra piloſis, vtrinque ſcabris, flor. vmbellatis. *Suppl. p. 423.*
ſcabrella. 10. B. fol. cordatis quinquangulatis dentatis ſcaberrimis eglandulatis. *Suppl. p. 424.*
iaponica. 11. B. fol. cordatis indiuiſis angulatisque dentatis inermi-hiſpidis. *Thunb. iap. p. 325.* M.

1094. SICYOS. MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filamenta* 3.
FOEM. *Cal* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Stylus* 3-fidus. *Drupa* 1-ſperma.
angulata. 1. S. foliis angulatis. (*Dill. elth. t. 51. f. 59.*)
laciniata. 2. S. fol. laciniatis.
Garcini. 3. S. fol. quinquepartitis eroſo-dentatis, fructibus ciliatis. *Mant. 297.* Sicyos foliis quinquepartitis: laciniis cuneiformibus quinquefidis cum acumine. *Burm. ind. 311. t. 57. f. 3. Mihi non viſa.*

GYNANDRIA.

1095. ANDRACHNE. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5, *Styli* rudimento inſerta.
FOEM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Capſula* 3-locularis. *Sem.* 2.
telephioides. 1. A. procumbens herbacea. — *Mill. illuſtr. ic.* M.
fruticoſa. 2. A. erecta herbacea. *β.* Clutia androgyna. *Mant. 128.*

1320. AGYNEIA. MASC. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla. *Antherae* 3, ſtyli rudimento adnatae.
FOEM. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla. *Germen* apice perforatum absque ſtylo ſtigmateue.
impubes. 1. A. foliis vtrinque glabris. *Mant. 296.*
pubera. 2. A. fol. ſubtus tomentoſis. *Mant. 296.*

CLASSIS XXII.
DIOECIA.

MONANDRIA.

1430. PANDANUS. ♂ *Cal.* o. *Cor.* o. *Anthera* ſeſſilis, ramificationibus thyrſi inſerta.
♀ *Cal.* o. *Cor.* o. *Stigmata* 2. *Fruct.* compoſitus.

1096. NAIAS. ♂ *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 4-fida. *Filam.* nullum.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* o. *Piſt.* 3. *Capſ.* 1-locularis.

DIANDRIA.

1097. VALLISNERIA. ♂ *Spath.* multiflora, 2-part. *Cor.* 3-partita.
♀ *Spath.* 1-flora. *Cal.* 3-part. *C.* 3-pet. *Piſt.* 1. *Capſ.* 1-locularis.

1099. CECROPIA. ♂ *Spath.* recept. comm. *Cor.* nulla.
♀ *Spath.* recept. comm. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Bacca* 1-ſperma.

1098. SALIX. ♂ *Ament.* ſquama. *Cor.* nulla. *Stam.* 2, raro 5.
♀ *Ament.* ſquama. *Cor.* o. *Stigm.* 2. *Capſ.* 2-valuis. *Sem.* pappoſa.

TRIANDRIA.

* *Phoenix.* Cfr. App.

1100. EMPETRUM. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala.
♀ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-pet. *Styl.* 9. *Bacca* 9-ſperma.

1101. OSYRIS. ♂ *Cal.* 3-fidus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Styl.* o. *Drupa* 1-locularis.

1280. CATURUS. ♂ *Cal.* o. *Cor.* 3-fida.
♀ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styl.* 3. *Capſ.* 3-cocca.

1102. EXCOECARIA. ♂ *Ament.* ſquama. *Cor.* nulla.
♂ *Ament.* ſquama. *Cor.* o. *Styl.* 3. *Capſ.* 3-cocca.

1331. RESTIO. ♂ *Ament.* ſquama. *Cor.* 6-petala.
♀ *Ament.* ſquama. *Cor.* 6-petala. *Styli* 3. *Capſ.* 3-locularis, plicata, polyſperma.

1431. MABA. ♂ *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 3-fida.
♀ *Cal.* vt in mare. *Drupa* ſupera, 2-locularis.

TETRANDRIA.

1106. HIPPOPHAE. ♂ *Cal.* 2-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 0. *Piſt.* 1. *Bacca* 1-ſperma: arillo truncato.

1103. TROPHIS. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 0. *Styl.* bifid. *Bacca* 1-ſperma.

1105. VISCVM. ♂ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* nulla.
♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Stigm.* obtuſ. *Bacca* 1-ſperma, infera.

1432. MONTINIA. ♂ *Cal.* 4-dentatus, ſuperus. *Petala* 4.
♀ *Cal.* et *Cor.* vt in mare. *Filamenta* ſterilia. *Styl.* 2-fidus. *Capſula* oblonga, 2-locularis.

1104. BATIS. ♂ *Amentum.* *Cor.* nulla.
♀ *Inuol.* 2-phyllum. *Cor.* 0. *Stigm.* 4-fid. *Bacca* 2-ſperma.

1107. MYRICA. ♂ *Ament.* ſquama. *Cor.* nulla.
♀ *Ament.* ſquama. *Cor.* 0. *Styl.* 2. *Bacca* 1-ſperma.

* *Vrticae variae.* * *Morus nigra.* * *Rhamnus.*

PENTANDRIA.

1113. IRESINE. ♂ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Nectar.* 5-phyllum.
♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 2. *Capſ.* polyſperma.

1115. CANNABIS. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 1-phyllus *Cor.* 0. *Styl.* 2. *Nux.*

1116. HVMVLVS. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 0. *Styl.* 2. *Sem.* calyce alatum.

1108. PISTACIA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 0. *Styl.* 3. *Drupa* ſicca.

1117. ZANONIA. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-partita.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-part. *Styl.* 3. *Bacca* infera, 3-locularis.

1112.

1112. SPINACIA. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Styl.* 4. *Sem.* 1. calycinum.

1114. ACNIDA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 5. *Sem.* 1. calyce veſicario.

1110 ANTIDESMA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 5. *Bacca* 1-ſperma.

1111. ASTRONIVM. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Nectar.* glandulis 5.
♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Styli* 5. *Sem.* 1.

1281. CANARIVM. ♂ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 3-petala.
♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stigma* ſeſſile. *Drupa.*

1109. ZANTHOXYLON. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Piſt.* 5. *Capſ.* 1-ſperma.

1118. FEUILLEA. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-fida. *Nectarium* Filamentis 5.
♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida. *Styl.* 5. *Bacca* infera.

* *Phylica dioica.* * *Rhamnus Alaternus.*
* *Salix pentandra.*

HEXANDRIA.

* *Boraſſus.* Cfr. App. * *Elais.* Cfr. App.

1120. SMILAX. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3. *Bacca* ſupera, 3-loc.

1119. TAMVS. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3-fid. *Bacca* infera, 3-locularis.

1122. DIOSCOREA. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 6 phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3. *Capſ.* ſupera, 3-loc.

1121. RAIANIA. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3. *Sem.* inferum ala aurita.

* *Rumex Acetoſa, Acetoſella, aculeatus.*

OCTANDRIA.

1123. POPVLVS. ♂ *Ament.* lacerum. *Cor.* o. *Nect.* ouat. *Stam.* 8-16.
♀ *Ament.* lacerum. *Cor.* o. *Stigm.* 4-fid. *Capſ.* 2-valuis. *Sem.* pappoſa.

1124. RHODIOLA. ♂ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala.
♀ *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Piſt.* 4. *Capſ.* 4, polyſpermae.

1433. MARGARITARIA. ♂ *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala.
♀ *Cal.* et *Cor.* vt in mare. *Styl.* 4. ſ. 5. *Bacca* cartilaginea, 4-5-cocca.

* *Laurus nobilis.* * *Acer rubrum.*
* *Loranthus europaeus.*

ENNEANDRIA.

1125. MERCVRIALIS. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla. *Stam.* 9-12.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Capſ.* 2-cocca.

1126. HYDROCHARIS. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-pet. *Styl.* 6. *Capſ.* infera, 6-locularis.

* *Laurus, an omnis?*

DECANDRIA.

1127. CARICA. ♂ *Cal.* ſubnullus. *Cor.* 5-fida.
♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-pet. *Stigm.* 8. *Bacca* polyſperma.

1128. KIGGELARIA. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Nectar.* glandulae 5.
♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 5. *Capſ.* 5-valuis.

1129. CORIARIA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 5. *Bacca* 5-ſperma: petalina.

1130. SCHINVS. ♂ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 5-petala.
♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 3-cocca.

* *Lychnis dioica.* * *Cucubalus otites.*
* *Guilandina dioica.* * *Phytolacca dioica.*

DODECANDRIA.

EVCLEA. ♂ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 15.
♀ *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Styli* 2.

1131. MENISPERMVM. ♂ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 12-petala.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Bacca* 3-cocca.

1132. DATISCA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla. *Antherae* ſeſſiles, 15.
♀ *Cal.* 2-dentatus, ſuperus. *Cor.* o. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

ICOSANDRIA.

* *Spiraea Aruncus.* *Rubus chamaemorus.*

POLYANDRIA.

* *Cycas.* Cfr. App. * *Zamia.* Cfr. App.

1133. CLIFFORTIA. ♂ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla.
♀ *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Capſ.* 2-cocca, infera.

1434. HEDYCARIA. ♂ *Cal.* 8- ſ. 10-fidus. *Cor.* o. Filamenta o. *Antherae* in fundo calycis, 4-ſulcae, apice barbatae.
♀ *Cal.* et *Cor.* maris. *Germina* pedicellata. *Nuces* pedicellatae, monoſpermae.

* *Clematis dioica.* * *Thalictrum dioicum.*
* *Stratiotes aloioides*, rectius heic quam in Polyandr. Hexagynia. *Murr.*

MONADELPHIA.

1134. IVNIPERVS. ♂ *Ament.* *Cor.* nulla. *Stamina* 3.
♀ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-pet. *Styl.* 3. *Bacca* infera, 3-ſperma, calycina.

1135. TAXVS. ♂ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* nulla. *Anther.* 8-fid.
♀ *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 1. *Bacca* 1-ſperma, recutita.

1136. EPHEDRA. ♂ *Ament.* 2-fidum. *Cor.* nulla. *Stam.* 7.
♀ *Cal.* imbricatus. *Cor.* o. *Piſt.* 2. *Bacca* 2-ſperma, calycina.

1138. CISSAMPELOS. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* 4.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* o. *Stigm.* 3. *Bacca* 1-ſperma.

838. NAPAEA. ♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* plurima. *Styli* plures.
♀ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* plur. effoeta. *Styli* plures. *Arilli* 10 in orbem.

1137. ADELIA. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* nulla. *Stam.* 20.
♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Styl.* 3. *Capſ.* 3-cocca.
* *Napaea dioica.*

SYNGENESIA.

1139. RVSCVS. ♂ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* nulla. *Stam.* 5.
♀ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0. *Piſt.* 1. *Bacc.* 3-loc. 2-ſperma.
* *Gnaphalium dioicum.* * *Bryonia dioica.*

GYNANDRIA.

1140. CLVTIA. ♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.
♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-pet. *Styl.* 3. *Capſ.* 3-cocca.

MONANDRIA.

1430. PANDANVS. MASC. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Anthera* ſeſſilis, ramificationibus thyrſi inſerta.
FOEM. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Stigmata* 2. *Fruct.* compoſitus. *Suppl. p.* 64. Cfr. KEVRA. *Thunb. Diſſ. nov. pl. gen. p.* 26.

odoratiſſima. 1. PANDANVS. *Suppl. p.* 424. *Odoris praeſtantiſſimi cauſa colitur.*

1096. NAIAS. MASC. *Cal.* cylindricus, 2-fidus. *Cor.* 4-fida. *Filamentum* nullum.
FOEM. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Piſt.* 1. *Capſ.* ouata, vnilocularis.

marina. 1. NAIAS. (*Mich. gen. pl. t.* 8. *f.* 3.)

DIANDRIA.

1097. VALLISNERIA. MASC. *Spatha* 2-partita. *Spadix* tectus floſculis. *Cor.* 3-partitae.
FOEM. *Spatha* 2-fida, 1-flora. *Cal.* 3-partitus, ſuperus. *Cor.* 3-petala. *Styli* 3. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

ſpiralis. 1. VALLISNERIA. *Habitat vulgaris in India orient.*

1099.

1099. CECROPIA. MASC. *Spatha* caduca. *Amenta* imbricata ſquamis turbinatis, ſubtetragonis. *Cor.* o.
FOEM. vt in mare. *Germina* imbricata. *Styl.* I. *Stigm.* lacerum. *Bacca* monoſperma.

peltata. 1. CECROPIA. *Iacq. obſ. 2. t. 46. f. 4. Amer. pict. p. 126. t. 262. f. 66. quoad ſpatham clauſam.* M. *Mant.* 499.

1098. SALIX. MASC. *Amenti* ſquamae. *Cor.* o. *Glandula* baſeos nectarifera.
FOEM. *Amenti* ſquamae. *Cor.* o. *Stylus* 2-fidus. *Capſ.* 1-locularis; 2-valuis. *Sem.* pappoſa. (Cfr. *G. F. Hoffmann Hiſtoria Salicum Lipſ.* 1785-1791. *c. iconibus.*)

* *Foliis glabris ſerratis.*

hermaphroditica. 1. S. foliis ſerratis glabris, floribus hermaphroditis diandris.

triandra. 2. S. fol. ſerratis glabris, flor. triandris.

pentandra. 3. S. fol. ſerratis glabris, flor. pentandris. (*Fl. dan. t. 943. Petioli multiglanduloſi. Willd. Berlin. Baumz. p. 333.*)

phylicifolia. 4. S. fol. ſerratis glabris lanceolatis: crenis vndatis.

iaponica. 5. S. fol. ſerratis glabris lanceolatis ſubtus glaucis rarioribus villoſis. *Thunb. iap. p. 24.* M.

vitellina. 6. S. fol. ſerratis ouatis acutis glabris: ſerraturis cartilagineis, petiolis calloſo-punctatis.

amygdalina. 7. S. fol. ſerratis glabris lanceolatis petiolatis, ſtipulis trapeziformibus.

haſtata. 8. S. fol. ſerratis glabris ſubouatis acutis ſeſſilibus, ſtipulis ſubcordatis.

aegyptiaca. 9. S. fol. ſubſerratis lanceolato-ouatis nudis venoſis, petiolis ſimplicibus exſtipulatis. Biedmuſk. *Brun. it. 191. t. 72.*

fragilis. 10. S. fol. ſerratis glabris ouato-lanceolatis, petiolis dentato-glanduloſis. (*Fol. iuniora vtrinque pilis albidis adpreſſis obſita. Willd. l. c. p. 335.*)

babylonica. 11. S. fol. ſerratis glabris lineari-lanceolatis, ramis pendulis.

purpurea. 12. S. fol. ſerratis glabris lanceolatis: inferioribus oppoſitis. *Flores monandri ſecundum Arduinum.*

Helix. 13. S. fol. ſerratis glabris lanceolato-linearibus: ſuperioribus oppoſitis obliquis. (*Hanc cum priore*

coniunctam denominauit S. monandra *cel. Hoffmann l. c. I. p. 18.*)

Myrſinites. 14. S. fol. ſerratis glabris ouatis venoſis. (*Fol. praeteriti anni arida, membranacea, venoſo-reticulata ad aeſtatem ſubſequentem perſiſtunt Vahl. in Skrift af Nat. hiſt. Selſk. 2. p. 50.*)

arbuſcula. 15. S. fol. ſubſerratis glabris ſubdiaphanis ſubtus glaucis, caule ſuffruticoſo. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 408.* M.

herbacea. 16. S. fol. ſerratis glabris orbiculatis. *Fl. dan. t. 117.*

retuſa. 17. S. fol. ſubſerratis glabris obouatis obtuſiſſimis. *Folia venis parallelis.*

** *Foliis glabris integerrimis.*

reticulata. 18. S. fol. integerrimis glabris ouatis obtuſis. *Fl. dan. t. 212.*

myrtilloides. 19. S. fol. integris glabris ouatis acutis.

integra. 20. S. fol. integris glabris lineari-oblongis obtuſis. *Thunb. iap. p. 24.* M.

glauca. 21. S. fol. integerrimis ſubtus tenuiſſime villoſis ouato-oblongis. (*Flor. lapp. t. 7. f. 5.*)

*** *Foliis integerrimis, villoſis.*

aurita. 22. S. fol. integerrimis vtrinque villoſis obouatis appendiculatis.

lanata. 23. S. fol. vtrinque lanatis ſubrotundis acutis.

lapponum. 24. S. fol. integerrimis hirſutis lanceolatis.

arenaria. 25. S. fol. integris ouatis acutis ſupra ſubuilloſis, ſubtus tomentoſis. *Excluſo Halleri ſynonymo.* (*Hactenus ſolummodo in Lapponia invenitur monente cel. Viborg apud Willd. Baumz. ad finem operis p. 451.*)

incubacea. 26. S. fol. integerrimis lanceolatis: ſubtus villoſis nitidis, ſtipulis ouatis acutis.

repens. 27. S. fol. integerrimis lanceolatis vtrinque nudiuſculis, caule repente. (*Styl. ſimplex. Stigm. in 4 lacin. aequal. fiſſum. Capſ. glabrae. Sow. engl. bot. t. 185.*)

fuſca. 28. S. fol. integerrimis ouatis ſubtus pubeſcens. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 409.* M. *Affines ſunt S. arenaria, incubacea, repens, fuſca.* (S. *arenaria,* fol. integerrimis ouato-oblongis, ſupra ſubuilloſis, ſubtus ſericeo-villoſis, ſtipulis ouatis acutis. *Willd. Baumz. p. 341 et 451.*)

roſmarinifolia. 29. S. fol. integerrimis lanceolato-linearibus ſtrictis ſeſſilibus ſubtus tomentoſis.

* *Foliis*

**** *Foliis ſubſerratis, villoſis.*

caprea. 30. S. fol. ouatis rugoſis ſubtus tomentoſis vndatis ſuperne denticulatis.

viminalis. 31. S. fol. ſubintegerrimis lanceolato-linearibus longiſſimis acutis ſubtus ſericeis, ramis virgatis.

cinerea. 32. S. fol. ſubſerratis oblongo-ouatis ſubtus ſubvilloſis, ſtipulis dimidiato-cordatis. (Salix aurita *Hoffm. de Sal. I. p. 30. et fere omnium autorum huc pertinet. Willd. l. c. p. 451.*)

alba. 33. S. fol. lanceolatis acuminatis ſerratis vtrinque pubeſcentibus: ſerraturis infimis glanduloſis.

TRIANDRIA.

1100. EMPETRVM. MASC. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* longa.

FOEM. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Styli* 9. *Bacca* 9-ſperma.

album. 1. E. erectum. *Differt a ſequenti ramulis pubeſcentibus, foliis longioribus ſupra ſcabriuſculis, ſubtus canaliculatis.*

nigrum. 2. E. procumbens. — *Mill. illuſtr. ic.* M. (*Fl. dan. t. 975. Cfr. Vahl in Skrift. af Nat. hiſt. Selſk. 2. p. 48. Qui hac in ſpecie ſaepe flor. hermaphroditos inuenit, ſaltem vtplurimum monoica eſt, hinc praecedenti claſſi potius adnumeranda. V.*)

1101. OSYRIS. MASC. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 0.

FOEM. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 0. *Stylus* 0. *Stigma* ſubrotundum. *Drupa* 1-locularis.

alba. 1. O. foliis linearibus. M. — *Syſt. ed. 13. p. 737.*

iaponica. 2. O. fol. ouatis floriferis. *Thunb. iap. p. 31.* M.

1431. MABA. MASC. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 3-fida.

FOEM. *Cal.* vt in mare. *Drupa* ſupera, 2-locularis. *Suppl. p. 65.*

elliptica. 1. MABA. *Suppl. p. 426.*

1331. RESTIO. *Syſt. nat. 12. p. 735.* *)

MASC. CAL. Spica ouata, imbricata ſquamis vnifloris, ouatis membranaceis.

COR.

*) Flores *dioici collecti intra ſtrobilum.* Strobilus *ouatus vel oblongus, multiflorus* THVNB. Reſtio. Vpſ. 1788. VSTERI Delect. opuſcul. botan. I. p. 35-58. *Cfr. quoque* THVNB. Pl. cap. prodr. p. 14-16.)

COR. *Petala* 6, oblongiuſcula, membranacea, perſiſtentia.

STAM. *Filamenta* 3, capillaria. *Antherae* oblongae, erectae.

FOEM. CAL. vt in mare.

COR. vt in mare.

PIST. *Germen* inferum. *Styl.* 3, ſubulati, perſiſtentes. *Stigmata* filiformia.

PER. *Capſula* 3-locularis, ſubrotunda, 6-plicata: plicis paribus approximatis, ſtylis conuergentibus.

SEM. nonnulla oblongo-cylindrica, obtuſa.

paniculatus. 1. R. caule frondoſo, ſpicis paniculatis. Reſtio panicula ſeſquipedali multiflora, ſpicis oblongis ouatis. *Friſ. deſcr. 1772. p. 10. n. 4.*

verticillaris. 2. R. ramis verticillatis articulatis, panicula compoſita coarctata. *Suppl. p. 425.* (*Thunb. Reſtio. f. 7.*)

dichotomus. 3. R. culmis dichotomis, ſpicis ſolitariis. Reſtio culmo proſtrato, ramis filiformibus ſecundis adſcendentibus, ſpicis terminalibus pluribus. *Friſ. deſcr. 1772. p. 10. n. 3.* (Schoenus capenſis. *Spec. pl. p. 64. Thunb. l. c. nr. 26.*)

vimineus. 4. R. culmis ſimplicibus, ſpicis corymboſis. Reſtio ſcapis floriferis longiſſimis, panicula filiformi nutante laxa, ſpicis oblongis ſquarroſis. *Friſ. deſcr. 1772. p. 10. n. 1. Spicae plurimae collectae pedicellis capillaribus laxis. Spicarum ſquamae acuminatiſſimae.*

triflorus. 5. R. culmis ſimplicibus, ſpicis alternis ſeſſilibus ſimplicibus. Reſtio culmis teretibus erectis, vaginis membranaceis bifidis, ſpicis cylindricis terminalibus ſubternis. *Friſ. deſcr. 1772. p. 10. n. 2.*

ſimplex. 6. R. culmis ſimplicibus ſpica terminali. Reſtio ſpica ſimplici terminali oblonga diſticha. *Friſ. deſcr. 1772. p. 11. n. 10.*

Elegia. 7. R. culmis ſimplicibus, ſpica glomerata, ſpathis partialibus vagis ſimplicibus. Reſtio thyrſifer thyrſo oblongo terminali, ſpathis alternis maximis in lobos diuiſis. *Friſ. deſcr. 1772. p. 11. n. 9.* Elegia iuncea. *Mant. alt. 297.* (*Ill. Thunbergius in Pl. cap. prodr. genus* Elegia *reſtituit ob characterem genericum ſequentem:* ♂. Cal. *6-glumis, inaequalis.* Cor. o. ♀. Capſ. *1-locularis. Etiam* monogyna *eſt.*)

cernuus. 8. R. culmo ſimplici aphyllo, ſpicis turbinatis pendulis. *Suppl. p. 425.* (*Thunb. l. c. f. 2.*)

tectorum. 9. R. culmo ſimplici aphyllo, racemo compoſito erecto. *Suppl. p. 425.*

1102. EXCOECARIA. MASC. *Amentum* nudum. *Cal.* o. *Cor.* o.

FOEM. *Amentum* nudum. *Cal.* o. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* tricocca.

Agallocha. 1. EXCOECARIA. (Arbor excoecans. *Rumph. amb. 2. p. 257. t. 79 et 80.* Capſ. *ſubgloboſa, triſulca.* Sem. *ſolitaria. Gaertn. de fr. 2. p. 126. t. 108.*)

1280. CATVRVS. MASC. *Cal.* o. *Cor.* 3-fida.

FOEM. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 3-cocca.

ſpiciflorus. 1. B. ſpicis axillaribus pendulis. *Mant. 127.* Acalypha hiſpida. *Burm. ind. 303. t. 61. f. 1.* Watta-Taly. *Rheed. mal. 5. t. 32.*

ramiflorus. 2. B. floribus lateralibus ſeſſilibus. *Mant. 127.* — Boehmeria ramiflora. *Iacq. amer. pict. p. 120. t. 236. Sed in foemina calyx nullus eſt, et ſtylus vnicus. Iacq.* M. (*Cfr. Swartz prodr. p. 34.*)

TETRANDRIA.

1103. TROPHIS. MASC. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala.

FOEM. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stylus* 2-partitus. *Bacca* 1-ſperma.

americana. 1. TROPHIS. *Obſ.* Bucephalon racemoſum. *Sp. plant. 1661. huius generis; an ſpecies?*

1104. BATIS. MASC. *Amentum* 4-fariam imbricatum. *Cal.* o. *Cor.* o.

FOEM. *Amentum* ouatum: inuolucro 2-phyllo. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stigma* bilobum, ſeſſile. *Baccae* coadunatae, 4-ſpermae.

maritima. 1. BATIS. *Iacq. amer. pict. p. 127. t. 246.* M. *An a* Bucephalo *Plum. diſtincta?* (*Cfr. Swartz obſ. p. 373 et 374.*)

1105. VISCVM. MASC. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Filamenta* o. *Antherae* calyci adnatae.
FOEM. *Cal.* 4-phyllus, ſuperus. *Stylus* o. *Cor.* o. *Bacca* 1-ſperma. *Sem.* cordatum.

album. 1. V. foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. — *Mill. illuſtr. ic.* M.
rubrum. 2. V. fol. lanceolatis obtuſis, ſpicis lateralibus.
purpureum. 3. V. fol. obouatis, racemis lateralibus.
opuntioides. 4. V. caule prolifero ramoſiſſimo aphyllo compreſſo.
capenſe. 5. V. aphyllum, ramis brachiatis. *Suppl.* 426.
verticillatum. 6. V. caule verticillato, fol. ouatis trineruiis obtuſis.
pauciflorum. 7. V. fol. ouatis obtuſis eneruiis, floribus ſparſis ſolitariis, caule fruticoſo, ramis alternis. *Suppl. p.* 426.
terreſtre. 8. V. caule herbaceo tetragono brachiato, fol. lanceolatis.
rotundifolium. 9. V. fol. orbiculatis, flor. verticillatis. *Suppl. p.* 426.

1432. MONTINIA. MASC. *Cal.* 4-dentatus, ſuperus. *Petala* 4.
FOEM. *Cal.* et *Cor.* vt in mare. *Filamenta* ſterilia. *Styl.* 2-fidus. *Capſ.* oblonga, 2-locularis. *Suppl. p.* 65. Cfr. *Thunb. Diſſ. nov. pl. gen. p.* 27. M.

acris. 1. MONTINIA. *Suppl. p.* 427. — Montinia cariophyllacea. *Thunb. in act. lund. P.* 1. *p.* 108. M.

1106. HIPPOPHAE. MASC. *Cal.* 2-partitus. *Cor.* o.
FOEM. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* o. *Styl.* 1. *Bacca* monoſperma.

rhamnoides. 1. H. foliis lanceolatis. *Fl. dan. t.* 265.
canadenſis. 2. H. fol. ouatis.

1107. MYRICA. MASC. *Amenti* ſquama lunata. *Cor.* o.
FOEM. *Amenti* ſquama lunata. *Cor.* o. *Styli* 2. *Bacca* 1-ſperma.

Gale. 1. M. foliis lanceolatis ſubſerratis, caule ſuffruticoſo. *Fl. dan. t.* 327.
cerifera. 2. M. fol. lanceolatis ſubſerratis, caule arboreſcente.
aethiopica. 3. M. fol. lanceolatis dentatis: infimis integerrimis. *Mant.* 298. Myrtus brabanticae accedens africana conifera. *Pluk. alm.* 250. *t.* 48. *f.* 8. Arbor conifera

fera odorata, foliis ſalicis rigidis leuiter ſerratis. *Rai. hiſt. 1800.*

Nagi. 4. M. fol. lanceolatis integris aueniis. *Thunb. iap. p. 76.* M.

quercifolia. 5. M. fol. oblongis oppoſite ſinuatis.

cordifolia. 6. M. fol. ſubcordatis ſerratis ſeſſilibus.

trifoliata. 7. M. fol. ternatis dentatis.

PENTANDRIA.

1108. PISTACIA. MASC. Amenti. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* o. FOEM. diſtincta. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Drupa* monoſperma.

trifolia. 1. P. foliis ſubternatis ſimplicibusque.

narbonenſis. 2. P. fol. pinnatis ternatisque ſuborbiculatis.

vera. 3. P. fol. impari-pinnatis: foliolis ſubouatis recurvis. *E Syria in Italiam intulit L. Vitellius, poſtea Caeſar factus, cum Legatus in ea prouincia eſſet. Plin. XIII. 5.*

Terebinthus. 4. P. fol. impari-pinnatis: foliolis ouato-lanceolatis.

Lentiſcus. 5. P. fol. abrupte pinnatis, foliolis lanceolatis.

1109. ZANTHOXYLVM. MASC. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. FOEM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Piſt.* 5. *Capſ.* 5, monoſpermae.

Claua Herculis. 1. Z. foliis pinnatis. *Pluk. phyt. t. 328. f. 6. Browneo Cal. 5-dentatus; Cor. 5-partita laciniis conchatis; Stam. 5; Styli o; Stigmata 5; Capſula 5-cocca; aliter alii. Vlterius commendanda autoptis. — In Horto bot. gott. omnes flores hermaphroditi, alternatim congeſti ad latera ramorum: Pedunculis breuibus; Calyce infero, 5-, rarius 4- vel 6-partito; Corolla o; Staminibus diuaricatis 5, rarius 4 vel 6; Stylo 1 breui; Stigmatibus globoſo-ouatis 3, ſubinde 2, vel 4, absque ratione reliquarum floris partium. Fructum apud nos non maturat.* M.

trifoliatum. 2. Z. fol. ternatis. *Sp. pl. p. 1455.* (Panax *aculeatum*, fol. ternatis: ſummis iuxta flores confertis ſimplicibus, petiolis ramulisque aculeatis, caule fruticoſo. *L'Herit. ſtirp. nov. 2. t. 99.*)

1111. ASTRONIVM. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
FOEM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Styli* 3. *Sem.* vnicum.

graueolens. 1. ASTRONIVM. — *Iacq. amer. pict. p. 127. t. 262. f. 65. quoad calycem et folia.* M. *Arbor foliis pinnatis.*

1281. CANARIVM. MASC. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 3-petala.
FOEM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stigma* ſeſſile. *Drupa* nuce trigona.

commune. 1. CANARIVM. *Mant.* 127.

1110. ANTIDESMA. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Antherae* 2-fidae.
FOEM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Stigmata* 5. *Bacca* cylindrica, 1-ſperma.

alexiteria. 1. ANTIDESMA.

1113. IRESINE. MASC. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Nectaria* 7.
FOEM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stigmata* 2, ſeſſilia. *Capſ.* ſeminibus tomentoſis.

Celoſia. 1. IRESINE. (*Flores ſemper hermaphroditos inuenit cl. Swartz, obſ. p. 376, quaerit hinc, an ſpecimina flor. dioicis inſtructa diuerſam indicent ſpeciem.*)

1112. SPINACIA. MASC. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0.
FOEM. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Styli* 4. *Sem.* 1, intra calycem induratum.

oleracea. 1. S. fructibus ſeſſilibus.
fera. 2. S. fructibus pedunculatis.

1114. ACNIDA. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla.
FOEM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 0, *Styli* 5. *Sem.* 1, calyce ſucculento tectum.

cannabina. 1. ACNIDA. (*Gaertn. de fr.* 2. *p.* 197. *t.* 126.)

1115. CANNABIS. MASC. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0.
FOEM. *Cal.* 1-phyllus, integer, latere hians. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Nux* 2-valuis, intra calycem clauſum.

ſatiua. 1. CANNABIS. *Rumph. amb.* 5. *t.* 180.

1116. HVMVLVS. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o.
FOEM. *Cal.* 1-phyllus, oblique patens, integer. *Cor.* o. *Styli* 2. *Sem.* 1, intra calycem foliatum.

Lupulus. 1. HVMVLVS. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

1117. ZANONIA. MASC. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-partita.
FOEM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-partita. *Styli* 3. *Bacca* 3-locularis, infera. *Sem.* 2.

indica. 1. ZANONIA.

1118. FEUILLEA. MASC. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 5. *Nectar.* filamenta 5, conniuentia.
FOEM. *Cal.* 5-fidus. *Styli* 3. *Pomum* durum, 3-loculare, corticoſum.

trilobata. 1. F. foliis lobatis ſubtus punctatis. Trichoſanthes *punctata*, fol. quinquelobis obtuſis inciſis ſubtus glanduloſo-punctatis. *Sp. plant.* 1432. *Dioicam ſtatuit D. Browne.*

cordifolia. 2. F. fol. cordatis angulatis. *An ſpecie diſtincta?*

HEXANDRIA.

1119. TAMVS. MASC. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o.
FOEM. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Stylus* 3-fidus. *Bacca* 3-locularis, infera. *Sem.* 2.

communis. 1. T. foliis cordatis indiuiſis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

cretica. 2. T. fol. trilobis. *Varietas praecedentis.* *Ger.* 136.

1120. SMILAX. MASC. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o.
FOEM. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* 2.

* *Caule aculeato, angulato.*

aſpera. 1. S. caule aculeato angulato, foliis dentato-aculeatis cordatis nouemneruiis.

excelſa. 2. S. caule aculeato angulato, fol. inermibus cordatis nouemneruiis.

zeilanica. 3. S. caule aculeato angulato, fol. inermibus: caulinis cordatis; rameis ouato-oblongis. China amboinenſis. *Rumph. amb.* 5. *p.* 437. *t.* 161. *Petioli bidentati, non cirrhoſi. Cirrhi ex alis ſ. pedunculi rudimento.*

Sarſaparilla. 4. S. caule aculeato angulato, fol. inermibus ouatis retuſo-mucronatis trineruiis.

** *Caule aculeato, tereti.*

China. 5. S. caule aculeato teretiuſculo, fol. inermibus ouato-cordatis quinqueneruiis.

rotundifolia. 6. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus cordatis acuminatis ſeptemneruiis.

laurifolia. 7. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus ouato-lanceolatis trineruiis.

tamnoides. 8. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus cordatis oblongis ſeptemneruiis.

caduca. 9. S. caule aculeato tereti, fol. inermibus ouatis trineruiis.

*** *Caule inermi, angulato.*

Bona nox. 10. S. caule inermi angulato, fol. ciliato-aculeatis.

herbacea. 11. S. caule inermi angulato, fol. inermibus ouatis ſeptemneruiis.

tetragona. 12. S. caule inermi tetragono, fol. cordatis quinqueneruiis acuminatis inermibus. *Suppl. p. 427.*

**** *Caule inermi, tereti.*

lanceolata. 13. S. caule inermi tereti, fol. inermibus lanceolatis.

Pſeudo-China. 14. S. caule inermi tereti, fol. inermibus: caulinis cordatis; ramis ouato-oblongis quinqueneruiis.

1121. RAIANIA. MASC. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o.
FOEM. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Fructus* ſubrotundus, ala obliqua, inferus.

haſtata. 1. R. foliis haſtato-cordatis.

cordata. 2. R. fol. cordatis ſeptemneruiis. (*Capſ. infera pergamenea, 3-locularis, eualuis, loculamentis 2 ſterilibus ſubobliteratis, apterygiis: tertio fertili compreſſo in alam maximam productio. Gaertn. de fr. I. p. 42-43.*)

quinquefolia. 3. R. fol. quinis ouato-oblongis.

quinata. 4. R. fol. quinatis: foliolis emarginatis, floribus vmbellaribus axillaribus. *Thunb. iap. p. 148.* M.

hexaphylla. 5. R. fol. ſenariis: foliolis oblongis acutis, flor. racemoſis. *Thunb. iap. p. 149.* M.

1122. DIOSCOREA. MASC. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o.
FOEM. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 3-locularis, compreſſa. *Sem.* 2, membranacea.

pentaphylla. 1. D. foliis digitatis. *Rumph. amb. 5. t. 127.*

triphylla. 2. D. fol. ternatis. *Rumph. amb. 5. t. 128.*

trifida. 3. D. fol. cordatis trifidis. *Suppl. p. 427.*

aculeata.

aculeata. 4. D. fol. cordatis, caule aculeato bulbifero. *Rumph. amb. 5. t. 126.*

alata. 5. D. fol. cordatis, caule alato bulbifero.

bulbifera. 6. D. fol. cordatis, caule laeui bulbifero. *Rumph. amb. 5. t. 124.*

ſatiua. 7. D. fol. cordatis alternis, caule laeui tereti. *Rumph. amb. 5. t. 180.*

villoſa. 8. D. fol. cordatis alternis oppoſitisque: caule laeui. *Rumph. amb. 5. t. 162?*

oppoſitifolia. 9. D. fol. oppoſitis ouatis acuminatis. *Rumph. amb. 5. t. 120.*

ſeptemloba. 10. D. fol. cordatis ſeptemlobis ſeptemneruiis. *Thunb. iap. p. 149.* M.

quinquelobata. 11. D. fol. cordatis quinquelobis nouemneruiis. *Thunb. iap. p. 150.* M.

iaponica. 12. D. fol. cordatis acuminatis nouemneruiis. *Thunb. iap. p. 151.* M.

OCTANDRIA.

1123. POPVLVS. MASC. Amenti *Cal* lamina lacera. *Cor.* turbinata, obliqua, integra.
FOEM. Amenti *Cal.* et *Cor.* maris. *Stigma* 4-fidum. *Capſ.* 2-locularis. *Sem.* multa, pappoſa.

alba. 1. P. foliis ſubrotundis dentato-angulatis ſubtus tomentoſis.

tremula. 2. P. fol. ſubrotundis dentato angulatis vtrinque glabris. *Petioli apice compreſſi, vnde Folia tremula. Gouan.*

nigra. 3. P. fol. deltoidibus acuminatis ſerratis. — *Mill. illuſtr. ic.* M. (*Huius plus quam varietas eſt:* Populus *italica,* ramis virgatis ſubuerticillatis.)

balſamifera. 4. P. fol. ouatis ſerratis ſubtus albidis, ſtipulis reſinoſis. Populus foliis ſubcordatis inferne incanis, ſuperne atrouiridibus. *Mill. dict. 7.* Tacamahaca foliis crenatis. *Pluk. alm. 360. t. 281. f. 3. Mill. dict. app. Trew. Ehret. t. 46. Folia ouato-oblonga, ſubtus alba ſuperficie vix conſpicue tomentoſa venis nudis reticulata. Stipulae reſiniferae, ſubſpineſcentes.*

heterophylla. 5. P. fol. cordatis: iunioribus villoſis. *Ramuli truncati repraeſentant ſtellam pentagonam Angl.*

1124. RHODIOLA. MASC. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala.

FOEM. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 0. *Nectaria* 4. *Piſt.* 4. *Capſ.* 4, polyſpermae.

roſea. 1. RHODIOLA. *Fl. dan. t. 483.* (*b. Dahl, obſ. bot., hancce plantam ſaepe hermaphroditam, flores maſculinos 10-andros, et foemineos 5-gynos obſervauit, hinc putat, eam cum genere Sedum coniungi poſſe.*)

1433. MARGARITARIA. MASC. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala.

FOEM. *Cal.* et *Cor.* vt in mare. *Styli* 4. ſ. 5. *Bacca* cartilaginea, 4-ſ. 5-cocca. *Suppl. p.* 66.

nobilis. 1. MARGARITARIA. *Suppl. p.* 428.

ENNEANDRIA.

1125. MERCVRIALIS. MASC. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 9-ſ. 12. *Antherae* globoſae, didymae.

FOEM. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Capſ.* dicocca, 2-locularis, 1-ſperma.

perennis. 1. M. caule ſimpliciſſimo, foliis ſcabris. *Fl. dan. t.* 400. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

ambigua. 2. M. caule brachiato, fol. glabriuſculis, floribus verticillatis: foemineo maſculisque.

annua. 3. M. caule brachiato, fol. glabris, flor. ſpicatis. (*Curt. Fl. lond. ic. Caul. ramoſiſſimus: internodiis incraſſatis. Fol. lucida.*)

tomentoſa. 4. M. caule ſuffruticoſo, fol. tomentoſis.

1126. HYDROCHARIS. MASC. *Spatha* 2-phylla. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 3-petala. *Filamenta* 3 interiora ſtylifera.

FOEM. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 3-petala. *Styli* 6. *Capſ.* 6-locularis, polyſperma, infera.

Morſus ranae. 1. HYDROCHARIS. — *Fl. dan. t.* 878. M.

DECAN-

DECANDRIA.

1127. CARICA. MASC. *Cal.* ſubnullus. *Cor.* 5-fida, infundibuliformis. *Filamenta* in tubo corollae: alterna breuiora.

FOEM. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stigmata* 5. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.

Papaya. 1. C. foliorum lobis ſinuatis. *Rumph. amb. 1. t. 50. 51. Trew. ehret. t. 7. Hugh. barb. 181. t. 14. 15.*

Poſopoſa. 2. C. foliorum lobis integris.

1128. KIGGELARIA. MASC. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala: glandulae 5 trilobae. *Antherae* apicibus perforatae.

FOEM. *Cal.* et *Cor.* maris. *Styli* 5. *Capſ.* 1-locularis, 5-valuis, polyſperma.

africana. 1 KIGGELARIA. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

1130. SCHINVS. MASC. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5.

FOEM. *Flos* maris. *Bacca* 3-cocca.

Molle. 1. S. foliis pinnatis: foliolis ſerratis impari longiſſimo, petiolis aequalibus. (*Mill. ic. t. 246.*)

Areira. 2. S. fol. pinnatis: foliolis integerrimis aequalibus, petiolis aequalibus.

1129. CORIARIA. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, calyci ſimillima, connexa. *Antherae* bipartitae.

FOEM. *Cal.* 5-phylus. *Cor.* maris. *Styli* 5. *Sem.* 5, petalis ſucculento-baccatis tecta.

myrtifolia. 1. C. foliis ouato-oblongis. Coriaria hermaphroditica. *Turr. farſet. 13. foemina. Foemina gaudet Antheris ſterilibus. Ger. 341.*

ruſcifolia. 2. C. fol. cordato-ouatis ſeſſilibus.

DODECANDRIA.

EVCLEA. MASC. *Cal.* 5 dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 15.

FOEM. *Cal* et *Cor.* maris. *Germen* ſuperum. *Styli* 2. *Bacca* 2-locularis. Cfr. *Suppl. p.* 67.

racemoſa. 1. EVCLEA. *Burm. afric. 4. 84. f. 2.* Cfr. *Suppl. p. 429.*

1132. DATISCA. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Antherae* ſeſſiles, longae, 15.

FOEM. *Cal.* 2-dentatus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 3-angularis, 3-cornis, 1-locularis, peruia, polyſperma, infera.

cannabina. 1. D. caule laeui. (*Capſ. infera, ouato-oblonga, calycis dentibus 2 ſubulatis, et ſtylis 3 bifidis coronata. Gaertn. de fr. I. p. 147. t. 30.*)

hirta. 2. D. caule hirſuto.

1131. MENISPERMVM. MASC. *Petala* 4 exteriora; 8 interiora. *Stam.* 16.

FOEM. *Cor.* maris. *Stam.* 8. ſterilia. *Baccae* binae monoſpermae. *)

canadenſe. 1. M. foliis peltatis cordatis ſubrotundo-angulatis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

virginicum. 2. M. fol. peltatis cordatis lobatis.

iaponicum. 3. M. fol. peltatis rotundato-ouatis integris. *Thunb. iap. p. 193.* M.

carolinum. 4. M. fol. cordatis ſubtus villoſis.

Cocculus. 5. M. fol. cordatis retuſis mucronatis, caule lacero.

criſpum. 6. M. fol. cordatis exquiſitis, caule quadrangulo criſpo.

acutum. 7. M. fol. cordatis poſtice angulatis acuminatis, caule tereti ſtriato. *Thunb. iap. p. 193.* M.

orbiculatum. 8. M. fol. orbiculatis ſubtus villoſis.

hirſutum. 9. M. fol. lanceolato-ouatis villoſis.

myoſotoides. 10. M. fol. lineari-lanceolatis hirſutis.

trilobum. 11. M. fol. trilobis. *Thunb. iap. p. 194.* M.

POLYANDRIA.

1133. CLIFFORTIA. MASC. *Cal.* 3-phyllus, ſuperus. *Stam.* fere 30.

FOEM. *Cal.* 3-phyllus, ſuperus. *Cor.* o. *Styli* 2. *Capſ.* 2-locularis. *Sem.* 1.

* *Foliis ſimplicibus* M.

odorata. 1. C. foliis ouatis ſerratis coſtatis ſubtus villoſis. *Suppl. p. 431.*

ilicifolia.

*) Semen *bullatum.* Cotyledones *ſegregatae.* Radicula *ſupera.* — *Partium floris et fructuum numerus in variis Meniſpermi ſpeciebus varius eſt, in ſola autem Cotyledonum poſitione conueniunt, quo vero ab omnibus aliis plantis differunt.* GAERTN. de fr. I. p. 218.)

ilicifolia. 2. C. fol. ſubcordatis dentatis. *Mant.499. — Mill. illuſtr. ic.* M.

ruſcifolia. 3. C. fol. lanceolatis integerrimis. *Folia floralia vtrinque ſpina marginali prope terminalem armata.*

ferruginea. 4. C. fol. lanceolatis ſetaceo-ſerratis. *Suppl. p.429.*

graminea. 5. C. fol. enſiformibus ſerrulatis, petiolis dilatatis terminatis ariſtis binis ſtipuliformibus. *Suppl. p. 429.*

polygonifolia. 6. C. fol. linearibus piloſis.

filifolia. 7. C. fol. filiformibus triquetris glabris integerrimis. *Suppl. p.430.*

** *Foliis compoſitis* M.

crenata. 8. C. fol. binatis orbiculatis crenulatis. *Suppl. p.430.*

pulchella. 9. C. fol. binatis orbiculatis integerrimis. *Suppl. p. 430.*

trifoliata. 10. C. fol. ternatis: intermedio tridentato.

ſarmentoſa. 11. C. fol. ternatis linearibus villoſis. *Mant. 299. Frutex ſarmentoſus.*

ſtrobilifera. 12. C. fol. ternatis linearibus acutis laeuibus. Cedrus conifera, Iuniperi foliis, racemoſa, conis candicantibus paruis. *Pluk. alm. 91. t. 275. f. 2. Habitat ad Cap b. ſpei. Frutex ramis teretibus, parcius ramoſus. Stipulae, antea Petioli, vaginantes, ſcarioſae, ſubouatae, bidentatae, glabrae, perſiſtentes. Folia ternata, ſeſſilia, linearia acuta, carinata, glabra: Petiolo breuiſſimo, vaginali, bidentato. Fructificationem non vidi, genus ex ſtructura hariolor. Strobili ſunt Gallae, nec fructus.*

obcordata. 13. C. fol. ternatis: foliolis ſubrotundis; intermedio obcordato. *Suppl. p. 429.*

ternata. 14. C. fol. ternatis: foliolis integris piloſis. *Suppl. p. 430.*

iuniperina. 15. C. flor. ternatis triquetris ſubulatis confertis. *Suppl. p. 430.*

falcata. 16. C. fol. ternatis linearibus falcatis glabris. *Suppl. p. 431.*

teretifolia. 17. C. fol. faſciculatis teretibus ſubulatis incuruis glabris integris. *Suppl. p. 430.*

ericaefolia. 18. C. fol. faſciculatis teretibus ſulcatis glabris. *Suppl. p. 430.*

1432. HEDYCARIA. MASC. *Cal.* 8-ſ. 10-fidus. *Cor.* o. *Filamenta* o. *Antherae* in fundo calycis, 4-ſulcae, apice barbatae.

FOEM. *Cal.* et *Cor.* maris. Germina pedicellata. *Nuces* pedicellatae 1-ſpermae. *Suppl. p.* 67.

dentata. 1. HEDYCARIA. *Suppl. p.* 431.

MONADELPHIA.

1134. IVNIPERVS. MASC. *Amenti* Calyx ſquamae. *Cor.* o. *Stam.* 3.

FOEM. *Cal.* 3-partitus. *Petala* 3. *Styli* 3. *Bacca* 3-ſperma, tribus tuberculis calycis inaequalis.

thurifera. 1. I. foliis quadrifariam imbricatis acutis.

barbadenſis. 2. I. fol. omnibus quadrifariam imbricatis: iunioribus ouatis, ſenioribus acutis.

bermudiana. 3. I. fol. inferioribus ternis: ſuperioribus binis decurrentibus ſubulatis patulis acutis.

chinenſis. 4. I. fol. decurrentibus imbricato-patentibus confertis: caulinis ternis, rameis quaternis. *Mant.* 127.

Sabina. 5. I. fol. oppoſitis erectis decurrentibus: oppoſitionibus pyxidatis.

virginiana. 6. I. fol. ternis baſi adnatis: iunioribus imbricatis; ſenioribus patulis. *Excluſo Plukenetii ſynonymo.*

communis. 7. I. fol. ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus. *Mill. illuſtr. ic.* M. (*Fl. dan. t.* 1118.)

Oxycedrus. 8. I. fol. ternis patentibus mucronatis, bacca brevioribus. *Mant.* 499.

phoenicea. 9. I. fol. ternis obliteratis imbricatis obtuſis.

lycia. 10. I. fol. ternis vndique imbricatis ouatis obtuſis.

1135. TAXVS. MASC. *Cal.* 3-phyllus gemmae. *Cor.* o. *Stamina* multa. *Antherae* peltatae, 8-fidae.

FOEM. *Cal.* 3-phyllus gemmae. *Cor.* o. *Stylus* o. *Sem.* 1, calyculo baccato, integerrimo.

baccata. 1. T. foliis approximatis.

nucifera. 2. T. fol. diſtantibus.

macrophylla. 3. T. fol. ſolitariis lanceolatis remotis. *Thunb. iap. p.* 276. M.

verticillata. 4. T. fol. verticillatis linearibus falcatis. *Thunb. l. c.* M.

1136. EPHEDRA. MASC. *Amenti* Calyx 2-fidus. *Coroll.* o. *Stamina* 7. *Antherae* 4 inferiores; 3 ſuperiores.
FOEM. *Cal.* 2-partitus, 5-tuplex. *Cor.* o. *Piſt.* 2. *Sem.* 2, calyce baccato tecta.

diſtachya. 1. E. pedunculis oppoſitis: amentis geminis.

monoſtachia. 2. E. pedunc. pluribus: amentis ſolitariis. *Nimis affinis praecedenti.*

1138. CISSAMPELOS. MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Nectarium* rotatum. *Stam.* 4: filamentis connatis.
FOEM. *Cal.* monophyllus, ligulato-ſubrotundus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Bacca* 1-ſperma.

Pareira. 1. C. foliis peltatis cordatis emarginatis. *Forte foemina ſequentis. (Fol. ſubpeltata, cordato-ſubrotunda, integra ſ. emarginata, glabra ſ. tomentoſa. Petioli reflexi. Swartz obſ. p. 380. Secundum quem ſpecie a ſequente diuerſa.)*

Caapeba. 2. C. fol. baſi petiolatis integris.

ſmilacina. 3. C. fol. cordatis acutis angulatis.

fruticoſa. 4. C. caule erecto fruticoſo, fol. ouatis petiolatis integris. *Suppl. p. 432.*

capenſis. 5. C. caule volubili, fol. ouatis obtuſis petiolatis integris. *Suppl. p. 432.*

838. NAPAEA. MASC. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Stam.* monadelpha, plurima, fertilia. *Styli* plures ſteriles.
FOEM. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Stam.* monadelpha, plurima, ſterilia. *Styli* plures, ſtamine longiores. *Capſ.* orbicularis, depreſſa, 10-locularis. *Sem.* ſolitaria.

laeuis. 1. N. pedunculis nudis laeuibus, foliis lobatis glabris. Napaea hermaphrodita. *Sp. pl. 965.*

ſcabra. 2. N. pedunc. inuolucratis angulatis, fol. palmatis ſcabris. Napaea dioica. *Sp. plant. 965.*

1137. ADELIA. MASC. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Stam.* plurima, baſi coalita.
FOEM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3, laceri. *Capſ.* 3-cocca.

Bernardia. 1. A. foliis oblongis tomentoſis ſerratis.

Ricinella. 2. A. fol. obouatis integerrimis.

Acidoton. 3. A. ramis flexuoſis, ſpinis gemmaceis.

SYNGENESIA.

1139\. RVSCVS. MASC. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Nectarium* centrale, ouatum, apice perforatum.
FOEM. *Calyx*, *Corolla* et *Nectarium* maris. *Stylus* 1. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* 2.

aculeatus. 1. R. foliis ſupra floriferis nudis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.
Hypophyllum. 2. R. fol. ſubtus floriferis nudis.
Hypogloſſum. 3. R. fol. ſubtus floriferis ſub foliolo.
androgynus. 4. R. fol. margine floriferis.
racemoſus. 5. R. racemo terminali hermaphroditico. Laurus alexandrina auguſtifolia ramoſa, fructu ad extremum ramoſo. *Moriſ. hiſt. 3. p. 541. ſ. 13. t. 5. f. 14. Calyx cum corolla coalita fere in totum et deciduus. Hort. cliff. 466. Fructus monoſpermus. Hall. gott. 78. Flos hermaphroditus. (Bacca ſaepe 1-locularis, etiam 2-locularis, frequentius 3-locularis. Gaertn. de fr. I. p. 61. t. 16.)*

GYNANDRIA.

1140\. CLVTIA. MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
FOEM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Styli* 3. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* 1.

alaternoides. 1. C. foliis ſubſeſſilibus lineari-lanceolatis, floribus ſolitariis erectis.
polygonoides 2. C. fol. lanceolatis, flor. axillaribus plurimis.
pulchella. 3. C. fol. ouatis integerrimis, flor. lateralibus. — *Mill. illuſtr. ic.* M.
hirta. 4. C. fol. ouatis nudis integris, flor. lateralibus glomeratis hirſutis. *Suppl. p. 432.*
tomentoſa. 5. C. fol. ellipticis vtrinque tomentoſis. *Mant. 299. Folia magnitudine Thymi.*
retuſa. 6. C. fol. oualibus retuſis, flor. racemoſis axillaribus.
Eluteria. 7. C. fol. cordato-lanceolatis. *Decandra generis dubii.* (Croton *Eluteria*, fol. ouatis acuminatis integerrimis ſparſis glabris ſquamuloſis, ſubtus argenteis, caule arboreo, racemis compoſitis axillaribus. *Swartz prodr. p. 100.*)
ſtipularis. 8. C. fol. oualibus ſubtus tomentoſis. *Mant. 127.*
acuminata. 9. C. herbacea, fol. ouatis glabris obtuſis cum acumine, flor. axillaribus ſolitariis. *Suppl. p. 432.*

CLAS-

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

1141. MVSA. ☿ *Cal.* nullus. *Cor.* 2-petala. *Stam.* 6: 1. fertil. *Piſt.* 1. *Bacc.* infera.
☿ *Cal.* nullus. *Cor.* 2-petala. *Stam.* 6: 5. perfect. *Piſt.* 1. *Bacc.* nulla.

1146. HOLCVS. ☿ *Glum.* 1-flora. *Glum.* 2-valv. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* 1.
♂ *Glum.* 1-flor. *Glum.* 2-valv. *Stam.* 3.

1149. CENCHRVS. ☿ *Glum.* 2-flor. *Glum.* 2-valuis. *Stam.* 3. *Styl.* 2-fid. *Sem.* 1.
♂ *Inuolucr.* idem. *Glum.* 2-valv. *Stam.* 3.

1148. ISCHAEMVM. ☿ *Glum.* 2-flor. *Glum.* 2-valv. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* 1.
♂ *Glum.* eadem. *Glum.* 2-valv. *Stam.* 3.

1334. MANISVRIS. ☿ *Glum.* 1-flora. *Cor.* 2-valuis. *Stam.* 3. *Stylus* bifidus.
♂ *Glum.* 1-flora. *Cor.* 2-valuis. *Stam.* 3. *Valuulae* calycis omnes emarginatae apice lateralibusque.

1150. AEGILOPS. ☿ *Glum.* 3-flor. *Glum.* 3-ariſt. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* 1.
♂ *Glum.* 3-flor. *Glum.* 3-ariſt. *Stam.* 3.

1333. SPINIFEX. ☿ *Gluma* 2-flor. *Gluma* 2-valuis. *Stam.* 3. *Styli* 2.
♂ *Gluma* communis. *Gl.* 2-valuis. *Stam.* 3. *Valuulae* omnes calyci parallelae Lolii.

1145. ANDROPOGON. ☿ *Glum.* 1-flor. *Glum.* baſi ariſt. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* 1.
♂ *Glum.* 1-flor. *Glum.* baſi ariſt. *Stam.* 3.

1147. APLVDA. ☿ *Cal.* Gluma communis floſculo foemineo ſeſſili; maſculis pedunculatis.
♀ *Cal.* o. Gluma 2-valv. *Styl.* 1. *Sem.* 1.
♂ *Cal.* o. *Glum.* 2-valv. *Stam.* 3.

1151. VALANTIA. ☿ *Cal.* nullus. *Cor.* 4-partita. *Stam.* 4. *Styl.* 2-fid. *Sem.* 1.
♂ *Cal.* null. *Cor.* 3-ſ. 4-part. *St.* 3-ſ. 4.

1142. OPHIOXYLON. ☿ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 3. *Piſt.* 1.
♂ *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 2.

1143. CELTIS. ☿ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla. *Stam.* 5. *Styl.* 2. *Drupa.*
♂ *Cal.* 6-partitus. *Cor.* nulla. *Stam.* 6.

1144. VERATRVM. ☿ *Cal.* nullus. *Cor.* 6-petala. *Stam.* 6. *Piſt.* 3. *Capſ.* 3.
♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 6-petala. *Stam.* 6.

1155. ACER. ☿ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 8. *Styli* 2. *Capſ.* 2-cocca alata.
♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 8.

1157. GOUANIA. ☿ *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Cor.* 0. *Stam.* 5. *Styl.* 3-fidus. *Fructus* 3-queter, 3-partibilis.
♂ *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 0. *Stam.* 5.

1158. MIMOSA. ☿ *Cal.* 5-dent. *Cor.* 5-fid. *Stamina* 4-100. *Piſt.* 1. *Legum.*
♂ *Cal.* 5-dent. *Cor.* 5-fida. *Stamina* 4-100.

160. BRABEIVM. ☿ Amenti *Cor.* 4-partita. *Stam.* 4. *Stylus* 2-fidus. *Drupa* nucleo carnoſo globoſo.
☿ Amenti *Cor.* 4-partita. *Stam.* 4. *Stylus* 2-fidus, abortiens.

1283. TERMINALIA. ☿ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 10. *Drupa* infera.
♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 10.

1154. CLVSIA. ☿ *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 4. ſ. 6-petala. *Antherae* aggreg. *Stigm.* 4-6. *Capſ.* 6-loc. polyſperma.
♂ *Cal.* 4-ſ. 6-phyll. *Cor.* 6 petala. *Stam.* pl.

1332. HERMAS. ☿ Vmbella. Floris *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5, ſterilia.
♂ Vmbella. Florum *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5, fertilia. *Styli* 2. *Sem.* 2, infera, ſuborbiculata.

MIMOSAE *Species difficillime omnium Generis charactere combinantur.*
Aliae Calyce corollaque *4-fida, polypetala, apetala.*
Aliae Staminibus 4, 5, 10, *plurimis, ſubdiadelphis.*
Aliae Legumine *membranaceo, alato, baccato, articulato.*

1152. PARIETARIA. ☿ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* nulla. *Stam.* 4. *Styl.* 1. *Sem.* 1.
♀ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* nulla. *Styl.* 1. *Sem.* 1.

1153. ATRIPLEX. ☿ *Cal.* 5-phyll. *Cor.* nulla. *Stam.* 5. *Styl.* 2-fid. *Sem.* 1.
♀ *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* nulla. *Styl.* 1-fid. *Sem.* 1.

* *Aeſculus. Mammea. Iacq.*
Euphorbia. Melothria. Ilex.

DIOECIA.

1166. PANAX. ☿ *Vmbell. Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5. *Styl.* 2. *Bacc.* 2-ſperm.
♂ *Vmbell. Cal.* integ. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.

1161. DIOSPYROS. ☿ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Stam.* 8. *Styl.* 4-fid. *Bacca* 8-ſperma.
♂ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Stam.* 8.

1335. CHRYSITRIX. ☿ *Gluma* 2-valuis. *Cor.* paleae numeroſae. *Stam.* multa, mixta paleis. *Piſt.* 1.
♂ *Glum.* 1-valuis. *Cor.* paleae numeroſae. *Stam.* multa mixta paleis.

1336. STILBE. ☿ *Cal. exter.* 3-phyllus, *inter.* 5-dentatus, cartilagineus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 4. *Styl.* 1. *Sem.* 1.
♂ *Cal. exter.* 3-phyllus. *inter.* nullus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 4.

1163. NYSSA. ☿ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla. *Stam.* 5. *Piſt.* 1. *Drupa* infera.
♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla. *Stam.* 10.

1160. FRAXINVS. ☿ *Cal.* o. ſ. 4-part. *Cor.* o. ſ. 4-pet. *Stam.* 2. *Piſt.* 1. *Sem.* 1.
♀ *Cal.* o- ſ. 4-part. *Cor.* o- ſ. 4-pet. *Piſt.* 1. *Sem.* 1.

1164. ANTHO-SPERMVM. A. ♂ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* nulla. *Stam.* 4.
♀ *Cal.* 4-fid. *Cor.* nulla. *Styl.* 2. *Peric.* inferum.
B. ♂ *Cal.* 4-fid. *Cor.* nulla. *Stam.* 4.

1165. ARCTOPVS. A. ♂ *Vmbella.* *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.
☿ *Vmb.* eiusdem. *Cor.* 5-petala. *Styl.* 2. *Sem.* 1, biloculare.
B. ♂ *Inuol.* maxim. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.

1159. GLEDITSCHIA. A. ☿ *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* 6. *Piſt.* 1. *Legum.*
♂ *Cal.* 3-phyll. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6.
B. ♀ *Cal.* 5-phyll. *Cor.* 5-petala. *Piſt.* 1. *Legum.*

1163. PISONIA. A. ☿ *Cal.* nullus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 6. *Piſt.* 1. *Capſ.* 5-valuis.
B. ♂ *Cal.* nullus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 6.
♀ *Cal.* nullus. *Cor.* 5-fida. *Piſt.* 1. *Capſ.* 5-valuis.

* *Ilex Aquifolium.*
Rhamnus Alaternus. Guilandina.

TRIOECIA.

1167. CERATONIA. A. ☿ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 5. *Styl.* 1. *Legum.* coriaceum, polyſperm.
B. ♂ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 5.
♀ *Cal.* ſub 5-dent. *Cor.* o. *Stylus* 1. *Legum.* coriaceum, polyſperm.

1168. FICVS. *Recept.* commune turbinatum, conniuenti-clauſum, carnoſum.
A. ♀ *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Sem.* 1.
B. ♂ *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 3.
C. ♂ et ♀ intra idem Receptaculum commune, diſtinctis fructificationibus partialibus.

MONOECIA.

1141. MVSA. HERMAPHRODITVS. *Cal.* ſpatha. *Cor.* 2-petala: altero erecto, 5-dentato; altero nectarifero, concauo, breuiore. *Filamenta* 6, horum 5 perfecta. *Stylus* 1. *Germen* inferum, abortiens.

HERMAPHRODITA. *Calyx*, *Corolla*, *Filamenta*, *Piſtillum* hermaphroditi, filamento vnico perfecto. *Bacca* oblonga, 3-quetra, infera — *Thunbergius transfert hoc genus ad Hexandriam Monogyniam ante Bromeliam. Act. ſtockh.* 1782. *p.* 28[illegible]. M.

paradiſiaca. 1. M. ſpadice nutante, floribus maſculis perſiſtentibus. (*Trew Ehret Decad. pl. t.* 18-20. *Varietatem*

tem ſequentis modo reſpicit b. Gaertner de fr. I. p. 29.)

ſapientum. 2. M. ſpadice nutante, floribus maſculis deciduis. (*Caudex maculatus. Trew - Ehret Decad. pl. t. 21 - 23.*)

Troglodytarum. 3. M. ſpadice erecto, ſpathis deciduis. *Fructus polyſpermus eſt. (Rumph. amb. 5. p. 137. t. 61. Cfr. Gaertn. l. c. p. 30.)*

1144. VERATRVM. HERMAPHROD. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala. *Stam.* 6. *Piſt.* 3. *Capſ.* 3, polyſpermae.
MASC. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala. *Stam.* 6. *Piſt.* rudimentum.

album. 1. V. racemo ſupradecompoſito, corollis erectis. — *Mill. illuſtr. ic. Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 335.* M. (*Petala vireſcenti - albida. Bract. lanceolatae.*)

nigrum. 2. V. racemo compoſito, corollis patentiſſimis. — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 336.* M. (*Pet. atropurpurea. Bract. lineares.*)

luteum. 3. V. racemo ſimpliciſſimo, fol. ſeſſilibus. (Melanthium luteum *Thunb. iap. p. 152. Flor. omnes fertiles. Germ. 1, nec 3. Petala integra, nec ſerrata. Capſ. 1, nec 3. Thunb. l. c. p. 153.*)

1333. SPINIFEX. HERMAPHROD. *Cal.* Gluma biualuis, biflora: valuulis rachi parallelis. *Cor.* biualuis, mutica. *Stam.* 3. *Styli* 2.
MASC. *Cal. communis* cum Hermaphrodito. *Cor.* et *Stamina* ſimilia.

ſquarroſus. 1. SPINIFEX. *Suppl. p. 432.* Spinifex ſquarroſus. *Syſt. ed. 13. p. 757.* Stipa ſpinifex. *Syſt. ed. 13. p. 104. Mant. 300.* Arundo arboreſcens tabaxifera. *Moriſ. hiſt. 3. p. 219. ſ. 8. t. 8. f. 11.* Ilu mullu. *Rheed. mal. 12. p. 75. Rai. ſuppl. 614.* Gramen dactylon pumilum malabaricum, ſpicis loliaceis in acutam ſpinam terminatis. *Scheuch. gram. 112. Fruteſcens foliis ſpineſcentibus. Calyx vt in Lolio, ſed biualuis. Simillimus Stipae ſpinifici, a qua data ſynonyma haec remouenda. Suppl. l. c. easdem ſpecies declarat,* M.

1145. ANDROPOGON. HERMAPHROD. *Cal* Gluma vniflora. *Cor.* Gluma baſi ariſtata. *Stam.* 3, *Styli* 2. *Sem.* 1.

MASC. *Cal.* et *Cor.* prioris. *Stam.* 3.

caricoſum. 1. A. ſpica ſolitaria imbricata, ſeminibus hirſutis: ariſtis nudis contortis.

contortum. 2. A. ſpica ſolitaria, floſculis hinc maſculis muticis inde foemineis longiſſimis vnito contortoque ariſtatis. *Suppl. p.* 432. Andropogon contortum. *Syſt. ed.* 13. *p.* 758.

crinitum. 3. A. ſpica ſolitaria hirſuta, ariſtis nudis geniculatis longiſſimis. *Thunb. iap. p.* 40. M.

diuaricatum. 4. A. ſpica oblonga, flor. lanatis remotis diuaricatis: ariſta flexuoſa nuda. *Lana ſemine longior.*

Gryllus. 5. A. paniculae-pedunculis ſimpliciſſimis trifloris: floſculo hermaphrodito ſeſſili ariſtato ciliato baſi barbato. *Lanugo breuiſſima baſeos hermaphroditi.*

nutans. 6. A. panicula nutante: ariſtis tortuoſis laeuibus, glumis calycinis hirſutis. *Lanugo breuis in ipſis glumis.*

ciliatum. 7. A. panicula cernua, calyce exteriore multifloro ciliato, ariſtis contortis piloſis. *Thunb. iap. p.* 40. M.

ſerratum. 8. A. panicula laxa: floſculo altero ſeſſili, altero pedicellato, pedicellis hirſutis. *Thunb. iap. p* 41. M.

cotuliferum. 9. A. panicula patula villoſa, ariſta tortili nuda, pedicellis incraſſatis patheriformibus. *Thunb. l. c.* M.

cymbarium. 10. A. panicula ſparſa, bracteis cymbiformibus, flor. transuerſis ariſtatis ternis. *Mant.* 302. *Bracteae cymbiformes, ſpadiceae, longitudine florum.*

ſquarroſum. 11. A. panicula conferta, glumis ſubulatis ſcabris. *Suppl. p.* 433.

proſtratum. 12. A. pedunc. vmbellato-quinquefloris ecalyculatis, floſculo hermaphrodito ariſtato. *Mant.* 304. *Calyces ſtriati.*

alopecuroides. 13. A. panicula laxa, rachi lanata, floſculo vtroque ariſta tortuoſa. *Lanugo floribus longior, etiam in ipſis glumis.*

diſtachium. 14. A. ſpicis binis terminalibus, culmo indiuiſo. *Ger. prov.* 106. *t.* 3. *f.* 2. *Calycis valuula exterior laeuis ſubtruncata apice ſcarioſo pubeſcente.*

Schoenanthus. 15. A. paniculae ſpicis coniugatis ouato-oblongis, rachi pubeſcente, floſculis ſeſſilibus ariſtata tortuoſa. *Rumph. amb. 5. t. 72. Calyces laeues.*

virginicum. 16. A. paniculae ſpicis coniugatis, pedunculis ſimplicibus, rachi lanata, floſculis muticis: maſculo tabeſcente.

bicorne. 17. A. paniculae ſpicis coniugatis, pedunc. ramoſiſſimis, rachi lanata, floſculis ariſta caduca, maſculo tabeſcente.

hirtum. 18. A. paniculae ſpicis coniugatis, calycibus hirſutis. *Hirſuties glumarum flore non longior.*

inſulare. 19. A. panicula laxa glabra, floſculis geminis muticis, pedicello altero breuiore, calyc. lanatis. *Sloan. iam. t. 14. f. 2.* (*Cfr. Swartz obſ. p. 383.*)

barbatum. 20. A. ſpicis digitatis, calyc. perſiſtentibus, corollis ciliatis. *Mant. 302. Spicae ſaepius 10, extrorſum ſecundae. Petalum interius interdum ariſtatum. Antherae albae. Piſtilla purpurea.*

Nardus. 21. A. paniculae ramis ſupradecompoſitis proliferis.

muticum. 22. A. ſpicis digitatis ſubternis: floſculis alternis ſeſſili-muticis.

Iſchaemum. 23. A. ſpicis digitatis plurimis, floſculis ſeſſilibus ariſtato muticoque, pedicellis lanatis. *Mant. 500.* — *Iacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 384. Schreb. gram. P. 2. p. 66. t. 33.* M.

faſciculatum. 24. A. ſpicis digitatis plurimis erectiuſculis articulatis laeuibus: floſculis vtrinque ariſtatis. *)

polydactylon. 25. A. ſpicis faſciculatis, petalis exterioribus ariſtatis; floſculis inferioribus ciliato-barbatis.

1146. HOLCVS. HERMAPHROD. *Cal.* Gluma 1-f. 2-flora. *Cor.* Gluma ariſtata. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.

MASC. *Cal.* Gluma 2-valuis. *Cor.* 0. *Stam.* 3.

ſpicatus. 1. H. glumis bifloris muticis, floribus geminis penicillo inuolucratis, ſpica ouato-oblonga.

bicolor.

---

*) CHLORIS. *Cal.* gluma communis *2-valuis, 2-flora: floſculo hermaphrodito ſeſſili.*

☿. *Cal.* 0. *Cor.* gluma *2-valuis, ariſta terminali.*

♂. *Cal.* 0. *Cor.* gluma *1-valuis, ariſtata.* SWARTZ. prodr. p. 25.

1. C. cruciata. SW. *Agroſtis cruciata Linn.* cfr. *p. 113.*

2. C. polydactyla. SW. *Andropogon polydactylon. L.*

3. C. radiata. SW. *Andropogon faſciculatum L.* et *Agroſtis radiata* EIVSD.)

bicolor. 2. H. glumis glabris nigris, ſeminibus globoſis albis ariſtatis. *Mant. 301.* Holcus glumis glabris, *Hort. cliff. 468.* Milium arundinaceum ſubrotundo ſemine. *Bauh. pin. 26. Moriſ. hiſt. 3. p. 196. ſ. 8. t. 5. f. 7. Simillimum H. Sorghi, ſed glumae nigrae.*

Sorghum. 3. H. glumis villoſis, ſeminibus compreſſis ariſtatis. *Mant. 500.*

halepenſis. 4. H. glumis glabris, flor. hermaphroditis muticis; foemineo ariſtato. Holcus panicula laxa nutante, glumis oblongis, foliis acuminato-ſetaceis. *Schreb. gram. 129. t. 18.*

ſaccharatus. 5. H. glumis villoſis, ſeminibus omnibus ariſtatis. *Rumph. amb. 5. t. 75.*

mollis. 6. H. glumis bifloris nudiuſculis: floſculo hermaphrodito mutico; maſculo ariſta geniculata. *Schreb. gram. 149. t. 20. f. 2.* Gramen caninum paniculatum molle. *Rai. hiſt. 1285. Scheuchz. gram. 235. Simile H.* lanato, *ſed calyces acutiores. Calyces acuminati magis, quam in reliquis.* (*Rad. repens articulata. Fol. vagina laeuis. Ligula ouata crenulata. Roth germ. 3. p. 541.*)

lanatus. 7. H. glumis bifloris villoſis: floſculo hermaphrodito mutico; maſculo ariſta recurua. *Schreb. gram. 145. t. 20. f. 1. Loeſ. pruſſ. t. 25.* (*Vagina laxa ſtriata villoſa. Floſculi nonnulli in ramulis infer. paniculae ſteriles emarcidi. Roth l. c. p. 543.*)

laxus. 8. H. glumis bifloris glabris muticis acuminatis, panicula filiformi debili.

ſtriatus. 9. H. glumis bifloris ſtriatis muticis acuminatis, panicula conferta oblonga.

ſerratus. 10. H. glumis bifloris pubeſcentibus muticis, fol. ſerratis. *Suppl. p. 433.*

odoratus. 11. H. glumis trifloris muticis acuminatis: floſculo hermaphrodito diandro. (*Fl. dan. t. 963. Schrank Fl. bav. I. p. 337.*)

latifolius. 12. H. glumis trifloris: floſculo primo inermi; duobus margine aculeatis, fol. ſubouatis.

pertuſus. 13. H. ſpicis digitatis, glumis valuula pertuſa. *Mant. 301. Floſculi petalo exteriore in medio pertuſo foraminulo.*

1147. APLVDA. *Cal.* Gluma communis biualuis: floſculo *foemineo* ſeſſili, *maſculisque* pedunculatis.
FOEM. *Cal.* o. *Cor.* biualuis. *Styl.* 1. *Sem.* 1, tectum.
MASC. *Cal.* o. *Cor.* biualuis *Stam.* 3.

mutica. 1. A. foliis lanceolatis, floſculis omnibus muticis.

ariſtata. 2. A. fol. lanceolatis. floſculis maſculis muticis; ſeſſili ariſta terminali.

Zeugites. 3. A. fol. ouatis, floſculis maſculis muticis; ſeſſili ariſta terminali. (*Fol. reticulata. Swartz.*)

digitata. 4. A. ſpicis digitatis ſecundis. *Suppl. p. 434.*

1148. ISCHAEMVM. HERMAPHROD. *Cal.* Gluma 2-flora. *Cor.* 2-valuis. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.
MASC. *Cal.* et *Cor* vt in priore. *Stam.* 3.

muticum. 1. I. ſeminibus muticis. (Iſchaem. *muticum*, fol. lanceolatis, florib. muticis. *Retz. obſ. bot. 6. p. 34.*)

ariſtatum. 2. I. ſemin. ariſtatis. (I. *imberbe*, fol. lanceolatis, floſculis nudis, calycis ſeſſilis valuula exteriore vtrinque binodulosa, corollaque ariſta tortili elongata. *Retz. l. c. p. 35.*)

1149. CENCHRVS. *Inuolucrum* laciniatum, echinatum, 2-florum. *Cal.* Gluma biflora; altero maſculo, altero hermaphrodito.
HERMAPHROD. *Coroll.* Gluma mutica. *Stam.* 3. *Sem.* 1.
MASC. *Cor.* Gluma mutica. *Stam.* 3.

racemoſus. 1. C. panicula ſpicata, glumis muricatis ſetis ciliaribus. Agroſtis panicula ſpicata, glumis echinatis. *Mant. 501. Schreb. gram. 45. t. 4. Ger. prov. 83. quod omnes flores ſunt hermaphroditi. Glumae abſoluta floreſcentia rubent. Gouan.*

lappaceus. 2. C. paniculae ramis ſimpliciſſimis, corollis retrorſum hiſpidis, calycibus triualuibus bifloris.

muricatus. 3. C. ſpica muricata: ſquamis variis mucronatis. *Mant. 302 — Schreb. gram. P. 2. p. 69. t. 34.* M. (Panicum ſquarroſum. *Retz. obſ. bot. 5. t. 1. Non eſt gramen regulariter polygamum. Retz. l. c. 6. p. 16.*)

capitatus. 4. C. ſpica ouata ſimplici. *Culmi geniculo vnico. Gou-*

echinatus. 5. C. ſpica oblonga conglomerata. *Schreb. gram. 9. t. 23. f. 1.*
tribuloides. 6. C. ſpica glomerata, glumis foemineis globoſis muricato-ſpinoſis hirſutis.
ciliaris. 7. C. ſpica inuolucellis ſetaceis ciliatis quadrifloris. *Mant. 302.*
granularis. 8. C. racemis geminis, fructibus globoſis rugoſo-reticulatis. *Mant. 575.* (Maniſuris *granularis*, ſpicis lateralibus, valuulis exterioribus orbiculatis punctato-calloſis, vaginis piloſis, culmo erecto. *Swartz. prodr. p. 25.*)
fruteſcens. 9. C. capitulis lateralibus ſeſſilibus, fol. mucronatis, caule fruticoſo.

1150. AEGILOPS. HERMAPHROD. *Cal.* Gluma ſubtriflora, cartilaginea. *Cor.* Gluma terminata triplici ariſta. *Stamina* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.
MASC. *Cal.* et *Cor.* Gluma, vt in priore. *Stam* 3.
ouata. 1. Ae. ſpica ariſtata, calyc. omnibus triariſtatis. (*Variat cal. glumis 2- et 4-ariſtatis. Roth in Vſteri Bot. Annal. St. 4. p. 42.*)
caudata. 2. Ae. ſpica ariſtata, calyc. omnibus biariſtatis.
triuncialis. 3. Ae. ſpica ariſtata, calyc. inferioribus biariſtatis. *Mant. 501. Schreb. gram. 70. t. 10.* (*Cfr. Roth l. c.*)
ſquarroſa. 4. Ae. ſpica ſubulata ariſtis longiore. — *Schreb. gram. P. 2. p. 44. tab. 27. fig. 2.*

1334. MANISVRIS. HERMAPHROD. *Cal* Gluma biualvis, vniflora: valuula exteriore lateribus apiceque emarginata. *Cor.* calyce minor. *Stam.* 3. *Stylus* bifidus.
MASC. vt in Hermaphroditis, ſed Floribus lateris inferioris eiusdem magis exſtantibus.
myurus. 1. MANISVRIS. *Mant. 300.* (Spicis lateralibus, valvulis exterioribus planis ouatis, apice lateribusque emarginatis, culmo adſcendente. *Swartz prodr. p. 25.*)

1151. VALANTIA. HERMAPHROD. *Cal.* o. *Cor.* 4-partita. *Stam.* 4. *Stylus* 2-fidus. *Sem.* 1.
MASC. *Cal.* o. *Cor.* 3-ſ. 4-partita. *Stam.* 4-ſ. 3. *Piſtillum* obſoletum.

muralis.

muralis. 1. V. floribus maſculis trifidis germini hermaphroditici glabro inſidentibus. *Caulis et Folia glabra.*

hiſpida. 2. V. flor. maſculis trifidis germini hermaphroditici hiſpido inſidentibus. *Caules hiſpidi. Folia ſcabra.*

Cucullaria. 3. V. fructificationibus ſingulis bractea ouata deflexa obtectis.

Aparine. 4. V. flor. maſculis trifidis pedicellatis hermaphroditici peeunculo inſidentibus.

articulata. 5. V. flor. maſculis quadrifidis, pedunc. dichotomis aphyllis, fol. cordatis. *Folia glabra, ſubciliata margine ſcabro: Floralia ſeſſilia, ſubcordata, baſi inuoluta, abſoluto flore arcte reflexa fructumque occultantia, maturo fructu caulis florifer cum foliis ſecundum articulos diſcedit.*

Cruciata. 6. V. flor. maſculis quadrifidis, pedunc. diphyllis. (Galium cruciatum *Sowerby engl. bot. t. 143. Flos ſuperus ſemina 2, nec 1 perficit. Erdmann in Bot. Annal. St. 15. p. 18.*)

glabra. 7. V. flor. maſculis quadrifidis, pedunc. dichotomis aphyllis, fol. oualibus ciliatis.

hypocarpia. 8. V. flor. omnibus quadrifidis inferis, pedunc. nudis vnifloris. (*Fol. oblonga, hirſuta, hiſpida. Baccae 2, connatae fuluae 1-ſpermae. Swartz. obſ. p. 386.*)

1152. PARIETARIA. HERMAPHROD. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Stamina* 4. *Styl.* 1. *Sem.* 1, ſuperum, elongatum.

FOEM. *Cal.* 4-fidus. *Coroll* 0. *Stam.* 0. *Stylus* 1. *Sem.* 1, ſuperum, elongatum.

indica. 1. P. foliis lanceolatis, caule erecto. *Mant. 128.*

officinalis. 2. P. fol. lanceolato-ouatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. *Fl. dan. t. 521. Flores foeminei tetragoni, pyramidati.* (*Caule ſimplici, flor. inferioribus pluribus maſculis pedicellatis: ſuperioribus foemineis ſeſſilibus. Filamenta antea ſummo artificio ſpiraliter intorta, inſtante foecundatione elaſtice diſſiliunt. Cyrill. Comment. p. 53. Erdmann in Bot. Annal. St. 15. p. 17.*)

iudaica. 3. P. fol. ouatis, caul. erectis, cal. trifloris, cor. maſculis elongato-cylindricis. *Flores maſculi gemini, tubuloſi, cylindrici, oris dentibus conniventibus. Flos foemineus intermedius, ouatus.*

 Bocc.

Bocc. ſic. 47. t. 24. f. A. (*Caule ramoſo: ramis florigeris.*)

luſitanica. 4. P. foliis ouatis obtuſis, caul. filiformibus ſtriatis laeuibus procumbentibus. *Bocc. ſic. 47. t. 24. f. B.*

vrticaefolia. 5. P. fol. ouatis oppoſitis petiolatis ſerratis venoſis pubeſcentibus, floribus axillaribus. *Suppl. p. 434.*

cretica. 6. P. fol. ſubouatis, inuolucris fructiferis quinquefidis compreſſis: laciniis lateralibus maioribus.

zeylanica. 7. P. ſol. oppoſitis oblongo-ouatis. *Mant. 501.* (*Eſt eadem ac* Vrtica alienata. *Retz. obſ. 5. p. 7.*)

microphylla. 8. P. fol. oppoſitis integerrimis obouatis, minoribus immixtis ouatis. (Vrtica microphylla. *Swartz prodr. p. 37. Dioica.*)

1153. ATRIPLEX. HERMAPHROD. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 5. *Stylus* 2-partitus. *Sem.* 1, depreſſum.
FOEM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 0. *Stylus* 2-partitus. *Sem.* 1, compreſſum, (erectum *Gaertn.*)

Halimus. 1. A. caule fruticoſo, foliis deltoidibus integris.

portulacoides. 2. A. caule fruticoſo, fol. obouatis. (*Sowerb. engl. bot. t. 261. Color plantae albido-glaucus.*)

glauca. 3. A. caule ſuffruticoſo procumbente, fol. ouatis ſeſſilibus integerrimis: inferioribus ſubdentatis.

roſea. 4. A. caule herbaceo, fol. incanis ſerratis, fructibus quadrangularibus dentatis.

ſibirica. 5. A. caule herbaceo, fol. deltoidibus angulatis, calyc. fructus extus muricatis.

tatarica. 6. A. caule herbaceo, fol. deltoidibus ſinuato-dentatis vndulatis alternis. Atriplex maritima noſtras procerior. *Pluk. alm. 60. Altitudo humana. Folia ſubtus cinerea.*

hortenſis. 7. A. caule erecto herbaceo, fol. triangularibus.

laciniata. 8. A. caule herbaceo, fol. deltoideis dentatis ſubtus argenteis. (*Caul. teres, diuaricatus, decumb. Fol. ſinuata, ſquamis argenteis diſtincta. Sow. l. c. t. 165.*)

haſtata. 9. A. caule herbaceo, cal. valuulis foemineis magnis deltoidibus ſinuatis. (*Caul. erectus ſubcompreſſus: ramis patentibus, fol. triangularia ſinuata.*)

patula. 10. A. caule herbaceo patulo, fol. ſubdeltoideo-lanceolatis, calycibus feminum diſco dentatis. (*Caul.*

diffuſus

diffuſus ſubquadrangularis: ramis patentibus elongatis, fol. haſtata lanceolataque integra.)

littoralis. 11. A. caule herbaceo erecto, fol. omnibus linearibus integerrimis.

pedunculata. 12. A. caule herbaceo diuaricato, fol. lanceolatis obtuſis integris, calycibus foemineis pedunculatis. *Sp. pl. 1675. Fl. dan. t. 304.* (*Sow. l. c. t. 232.*)

1283. TERMINALIA. MASC. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 10.

HERMAPHROD. *Flos* maſculi. *Stylus* 1. *Drupa* infera, cymbiformis.

Catappa. 1. T. foliis obouatis ſubtus tomentoſis. *Suppl. p. 434.* Terminalia Catappa. *Syſt. ed. 13. p. 764. Mant. 128. 519.* Amygdalus indica Nieuh. *Rai. hiſt. 1521.*

Benzoin. 2. T. fol. lanceolatis. *Suppl. p. 434.* Croton Benzoe *Syſt. ed. 13. p. 721.* Terminalia anguſtifolia. *Iacq. hort. v. 3. p. 51. t. 100. — Nec cortex nec lignum huius arboris odorem Benzoes ſpargit, ne igni quidem iniectum. Vnde adhuc valde dubium, an illa ex hac arbore petatur.* M.

160. BRABEIVM. *Mant. 137. 332. Gen. pl. 160.*

☿ Amenti ſquama. *Cor.* 4-partita, ſuperne reuoluta. *Stam.* 4. *Piſt.* 1. ſtigmatibus 2. *Drupa* ſubrotunda. *Sem.* globoſum.

♂ Amenti ſquam. 3 florae. *Cor.* 4-partita, *Stam.* 4, fauci inſerta. *Stylus* 2-fidus abortiens.

ſtellulifolium. 1. BRABEIVM. *Arbor amentacea; Folia verticillata.*

1154. CLVSIA. MASC. *Cal.* 4-ſ. 6-phyllus: foliolis oppoſitis, imbricatis. *Cor.* 4-ſ. 6-petala. *Stam.* numeroſa.

FOEM. *Cal.* et *Cor.* vt in maſculis. *Nectarium* ex antheris coalitis germen includens. *Capſ.* 5-locularis, 5-valuis, pulpa farcta.

roſea. 1. C. foliis aueniis, corollis hexapetalis. — *Iacq. amer. pict. p. 131.* M. (*Flor. ſubinde albeſcunt. Swartz obſ. p. 387.*)

alba. 2. C. fol. aueniis, corollis pentapetalis. — *Iacq. amer. pict. p. 131. t. 250.* M.

flaua. 3. C. fol. aueniis, corollis tetrapetalis. — *Iacq. amer. pict. p. 132. t. 251.* M.

venoſa. 4. C. fol. venoſis. *Iacq. amer. 273. — Ed. 2. pict. p. 132.* M.

1142. OPHIOXYLVM. HERMAPHROD. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida, infundibul. *Stam.* 5. *Piſt.* 1.
MASC. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 5-fida, infundibul. ore *Nectario* cylindrico. *Stam.* 2.

ſerpentinum. 1. OPHIOXYLVM. Radix muſtelae. *Rumph. amb. 7. p. 26. t. 16.* Tiovanna. *Rheed. mal. 6. p. 87. t. 7. hanc potius refert quam Ophiorrhizam, at* Rex amoris. *Rumph. amb. 2. p. 129. t. 41. diuerſa arbor eſt. Character generis etiam e perfecto ſpecimine examinandus.* (*Coroll. tubus ruber, medio inflatus: Wendland in Römer's bot. Archiv. I. p. 53. t. VII. f. 2. Secundum quem hocce genus potius ad Claſſem pentandriam amandari debet.*)

1155. ACER. HERMAPHROD. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 8. *Piſt.* 1. *Capſ.* 2. ſ. 3, monoſpermae, ala terminatae. (*Samarae* 2, vnialatae. *Gaertn.*)
MASC. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stamina* 8. (Cfr. *Thunberg de Acere Vpſ.* 1793.)

ſemperuirens. 1. A. foliis ouatis integerrimis ſemperuirentibus. *Mant. 128. Excluſum a Millero in vltimis.*

tataricum. 2. A. fol. cordatis indiuiſis ſerratis: lobis obſoletis, flor. racemoſis. (*Pallas Fl. roſſica. t. 3.*)

Pſeudo-platanus. 3. A. fol. quinquelobis inaequaliter ſerratis, flor. racemoſis. *Duham. arb. 1. t. 36. f. 1.* (*Racemus et Samarae tomentoſa.*)

rubrum. 4. A. fol. quinquelobis ſubdentatis ſubtus glaucis, pedunculis ſimpliciſſimis aggregatis. *Dioica. Maris folia ad baſin vsque fiſſa, vt facile pro diſtincta ſpecie agnoſceretur. L. B. Munchhauſ.* (*Schmidt. Baumz. t. 6 et 7. Etiam polygama Serraturae in fol. maris profund. et acutiores.*)

ſaccharinum. 5. A. fol. quinquepartito-palmatis acuminato-dentatis, ſubtus pubeſcentibus. (*Nachricht v. Zucker-Ahorn im Taſchenbuche für Garten-Freunde. 1796. p. 204-238.*)

diſſectum. 6. A. fol. multipartito-palmatis: laciniis ſubpinnatifidis ſerratis. *Thunb. iap. p. 160.* M.

iaponi-

iaponicum. 7. A. fol. multipartito-inciſis villoſis, flor. ſubumbellatis. *Thunb. iap. p. 161.*

palmatum. 8. A. fol. palmatis ſerratis glabris, flor. vmbellatis. *Thunb. l. c.* M.

ſeptemlobum. 9. A. fol. ſeptemlobis glabris: lobis acuminatis aequaliter acute ſerratis. *Thunb. iap. p. 162.* M.

pictum. 10. A. fol. ſeptemlobis glabris; lobis acuminatis integris. *Thunb. l. c.* M.

platanoides. 11. A. fol. quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris, flor. corymboſis. (*Corymbus et ſamarae glabra: alis patentibus.*)

penſyluanicum. 12. A. fol. trilobis acuminatis ſerrulatis, flor. racemoſis. *Arbor parua.* (Acer ſtriatum *Duroi Harbkſche Baumz. I. p. 12. Schmidt l. c. t. 10. Cortex albo-ſtriatus. Fol. etiam 5-loba.*)

campeſtris. 13. A. fol. lobatis obtuſis emarginatis. *Frutex.* (*Fol. 5-loba: lobis ſinuatis. Fruct. alae patentes.*)

monſpeſſulanum. 14. A. fol. trilobis integerrimis glabris annuis. (*Fol. in hac et ſequente ſpecie quoad aetatem et ſolum diuerſa. Schmidt l. c. p. 16. t. 15. Willd. berl. Baumz. p. 10.*)

creticum. 15. A. fol. trilobis integerrimis pubeſcentibus perennantibus. (*Saepe dioica Schmidt l. c. t. 12.*)

trifidum 16. A. fol. indiuiſis trifidisque integris. *Thunb. iap. p. 163.* M.

Negundo. 17. A. fol. compoſitis, flor. racemoſis. (A. *Negundo,* foliis impari pinnatis. *Thunb. l. c. n. 21. Cor. o. Stamina 4-5. Thunb.*)

1143. CELTIS. HERMAPHROD. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 5. *Styli* 2. *Drupa* 1-ſperma.

MASC. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 6.

auſtralis. 1. C. foliis ouato-lanceolatis.

occidentalis. 2. C. fol. oblique ouatis acuminatis.

orientalis. 3. C. fol. oblique cordatis ſubtus villoſis. Papyrus ſpuria. *Kaempf. amoen. 474. t. 472. an?* Saluia arbor orientalis, foliis tenuiſſime crenatis. *Pluk. alm. 327. t. 221. f. 4. Burm. Foliorum nerui ſubtus laeues.* (Cfr. *Retz. obſ. bot. 6. p. 34.*)

1157. GOUANIA. HERMAPHROD. *Cal.* 5-fidus. *Coroll.* o. *Antherae* 5, ſub calyptra tectae. *Stylus* 3-fidus. *Fructus* inferus, tripartibilis.

MASC. ſimilis, absque germine ſtigmateque.

domingenſis. 1. GOVANIA. fol. glabris. *Iacq. amer.* 264. Gouania glabra *Iacq. amer. pict. p.* 128. *t.* 264. *f.* 96. *quoad ramulum folioſum et fructum.* M. *Huius generis videtur. Pluk. phyt.* 263. *f.* 3. (Cfr. *Vahl. Symb. bot.* 3. *p.* 101.)

1332. HERMAS. HERMAPHROD. *Vmbella* terminalis. Inuolucro vniuerſali partialibusque. *Vmbellulae* radiis truncatis: centrali florifero. *Petala* 5. *Stamina* 5, ſterilia. *Sem.* bina ſuborbiculata.

MASC. *Vmbellae* laterales inuolucro vniuerſali partialibusque, *vmbellulae* multiflorae. *Petala* 5. *Stamina* 5, fertilia.

depauperata. 1. H. *Mant.* 299. Bupleurum villoſum. *Sp. plant.* 343. Perfoliata. *Burm. cap. t.* 71. *f.* 2.

gigantea. 2. H. fol. lanceolato-ouatis ſupra lanuginoſis ſubtus tomentoſis integris. *Suppl. p.* 435. (Bupleurum giganteum. *Thunb. prodr. p.* 50.)

capitata. 3. H. caule tomentoſo, foliis ſubcordatis ſerratis, vmbellis capitatis. *Suppl. p.* 435. (Bupl. *capitatum*, fol. ouatis inciſo-crenatis, ſubtus tomentoſis. *Thunb. l. c.*)

quinquedentata. 4. H. caule glabro, fol. ouatis quinquedentatis ſubtus tomentoſis, vmbella ſolitaria. *Suppl. p.* 436. (Bupl. quinquedentatum. *Thunb. l. c.*)

ciliata. 5. H. caule glabro, fol. ouatis ciliatis ſubtus tomentoſis, vmbellis pluribus. *Suppl. p.* 436.

1158. MIMOSA. HERMAPHROD. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 5-ſ. plura. *Piſt.* 1. *Legumen* (compreſſum.)

MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 5, 10, plura.

* *Foliis ſimplicibus.*

ſimplicifolia. 1. M. inermis arborea, foliis ouatis integerrimis neruoſis obtuſis, ſpicis globoſis pedunculatis. *Suppl. p.* 436. — Mimoſa *ſimplex*, foliis ſimplicibus, ſeptemneruiis, obouatis. *Sparrm. in act. vpſ. vol.* 3. *p.* 195. M.

** *Foliis ſimpliciter pinnatis.*

Inga. 2. M. inermis, fol. pinnatis 5-iugis: petiolo marginato articulato.

fagifo-

fagifolia. 3. M. inermis, fol. pinnatis 2-iugis: petiolo marginato. *Iacq. amer. 264. t. 164. — Ed. 2. pict. p. 128. t. 247.* M. *Folia interdum triiuga.*

nodoſa. 4. M. inermis, fol. pinnatis 2-iugis: pinnis interioribus minoribus; petiolo lineari.

natans. 5. M. inermis procumbens, fol. biiugis, capitulis ſubrotundis, floribus decandris: radicalibus ſterilibus maioribus. *Suppl. p. 439.* (*Procumbens. Caul. inferne compreſſi, ſuperne triquetri:* Mimoſa triquetra *Vahl. Symb. 3. p. 102. cel. Vahl l. c. aliam ſpeciem vere* aquaticam *nomine:* natans *inſigniuit, cui caulis flexuoſus inferne radicans.*)

*** *Foliis bigeminis ſ. tergeminis.*

bigemina. 6. M. inermis, fol. bigeminis acuminatis.

Vnguis cati. 7. M. ſpinoſa, fol. bigeminis obtuſis. *Plum. ic. t. 4.* (*Sem. atro-nitida membranulis coccineis adnata. Swartz obſ. p. 389.* Cfr. *Vahl. l. c. 2. p. 103.*)

tergemina. 8. M. inermis, fol. tergeminis. *Iacq. amer. 265. — Ed. 2. pict. p. 129. t. 262. f. 69. quoad florem.* M. *Flor. monadelphi, polyandri.*

**** *Foliis coniugatis ſimulque pinnatis.*

latifolia. 9. M. inermis, fol. coniugatis: pinnis terminalibus oppoſitis; lateralibus alternis. (*Plum. ic. t. 9.*)

purpurea. 10. M. inermis, fol. coniugatis pinnatis: pinnis intimis minoribus. *Plum. ic. 10. f. 1.*

reticulata. 11. M. ſpinis ſtipularibus, fol. coniugatis: foliolis ſexiugis, petiolis glandula aculeoque terminatis.

viua. 12. M. inermis, fol. coniugatis pinnatis: partialibus quadriiugis ſubrotundis, caule herbaceo inermi.

circinalis. 13. M. aculeata, fol. coniugatis pinnatis: pinnis aequalibus, ſtipulis ſpinoſis.

cineraria. 14. M. aculeata, fol. coniugatis pinnatis: pinnis aequalibus, aculeis incuruis. (*Pluk. alm. 4. t. 2. f. 1.*)

caſta. 15. M. aculeata, fol. coniugatis pinnatis, partialibus triiugis ſubaequalibus. (*Comm. hort. I. p. 55. t. 28.*)

ſenſitiua. 16. M. aculeata, fol. coniugatis pinnatis: partialibus biiugis; intimis minimis. (*Trew. Pl. ſelectae. t. 45.*)

pudica. 17. M. aculeata, fol. ſubdigitatis pinnatis, caule hiſpido. (*Comm. hort. I. p. 57. t. 29. Cal. infundibulifor-*

Senſitiuae: *M. pudica, viua, caſta, aſperata, quadriualuis;* vti *Oxalis ſenſitiua, Dionaea.*

buliformis 3-fidus: lobo altero latiore. Sp. pl. p. 1501.)

***** *Foliis duplicato-pinnatis.*

Entada. 18. M. inermis, fol. bipinnatis cirrho terminatis: partialibus quinqueiugis. Mimoſa inermis, fol. bipinnatis: partialibus propriisque ſexiugis oblongis. *Iacq. amer. 265. t. 183. (Rheed. mal. 9. p. 151. t. 77.)*

ſcandens. 19. M. inermis, fol. coniugatis cirrho terminatis: foliolis biiugis. Phaſeolus noui orbis ſ. Faba purgatrix latiſſima cordis figura. *Pluk. phyt. 211. f. 6. Flores 5-petali, 10-andri. (Caul. altiſſime ſcandens, 100-150-pedalis. Swartz.)*

plena. 20. M. inermis, fol. bipinnatis, ſpicis pentandris: inferioribus plenis.

virgata. 21. M. inermis erecta angulata, fol. bipinnatis, ſpicis decandris: inferioribus caſtratis maſculis, caule erecto angulato. *Iacq. hort. t. 80.* Mimoſa orientalis non ſpinoſa, rarioribus ramis, floribus ſpicatis. *Pluk. alm. 252. t. 307. f. 4. Burm.* Nitutodda. *Rheed. mal. 9. p. 35. t. 20. Burm. Spica ſubrotunda, nutans. Flores 10-andri, lutei, inferiores ſpicae anandri apetali. Mill.*

punctata. 22. M. inermis, fol. bipinnatis, ſpicis erectis, floribus decandris: inferioribus caſtratis. *(Caul. punctis vagis calloſis. Sp. pl. p. 1502.)*

pernambucana. 23. M. inermis, fol. bipinnatis; ſpicis cernuis pentandris: inferioribus caſtratis, caule decumbente. *Zanon. hiſt. 151. (Pluk. alm. t. 307. f. 3.)*

arborea. 24. M. inermis, fol. bipinnatis: pinnis dimidiatis acutis, caule arboreo. *Flores faſciculati; monopetali, quinquefidi, monadelphi, polyandri. Stamina carnea, longiſſima. Variat glabra foliolis 12-14; pinnis 27.*

Lebbeck. 25. M. inermis, fol. bipinnatis quadriiugis: pinnis ouali-oblongis, floribus monadelphis faſciculatis, caule arboreo. *(Pluk. mant. p. 331. f. 1.)*

odoratiſſima. 26. M. inermis, fol. bipinnatis: quadriiugis: multiiugis, foliolis oblongis obtuſis, paniculis virgatis: ſpiculis globoſis. *Suppl. p. 437. (Pluk. amalth. t. 351. f. 4.)*

ſpecioſa. 27. M. inermis, fol. bipinnatis ſubquadriiugis, pinnis ſubnoueiniugis oblongis glabris, glandula ſupra

pra coſtae baſin. *Iacq. in Litt. Miſc. vol. 3. Icon. rar.* M.

vaga. 28. M. inermis, fol. bipinnatis: pinnis exterioribus maioribus incuruatis pubeſcentibus.

latiſiliqua. 29. M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus 5-iugis, ramulis flexuoſis, gemmis globoſis.

polyſtachya. 30. M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus pinnisque 6-iugis oblongis. *Iacq. amer. pict. p. 129. t. 262. f. 67. quoad fructific.* M. *Plum. ic. 12.*

muricata. 31. M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus quinque-iugis: propriis multiiugis, caule muricato. *Plum. ic. 11.*

peregrina. 32. M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus 16-iugis, pinnis 40-iugis, glandula baſeos petiolari.

glauca. 33. M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus 6-iugis: pinnis plurimis, glandula inter infima. *Decandra, apetala. Spicae globoſae magnae, pedunculatae. Flores albi.* (*Trew. Ehret. dec. t. 36.*)

cinerea. 34. M. ſpinis ſolitariis, fol. bipinnatis, flor. ſpicatis. *Folia 10-iuga: Foliola 22-iuga.*

cornigera. 35. M. ſpinis ſtipularibus connatis diuaricatis compreſſis apice ſubulatis, fol. bipinnatis: foliolis 12 – ad 20-iugis; ſpicis axillaribus elongatis. *Suppl. p. 438.* Mimoſa *cornigera,* ſpinis ſtipularibus geminis connatis, fol. bipinnatis. *Syſt. ed. 13. p. 770. Iacq. amer. 266. — Ed. 2. pict. p. 129.* M. *Formicae in aculeis, tacta arbore velut pluuia depluunt, hominesque punctura fugant. Iacq.* (*Pluk. alm. 3. t. 122. f. 1.*)

Catechu. 36. M. ſpinis ſtipularibus, fol. bipinnatis multiiugis: glandulis partialium ſingulis, ſpicis axillaribus geminis ſ. ternis pedunculatis. *Suppl. p. 439.* Cfr. *Kerr. in Med. obſ. and Inqu. v. 5. p. 151. t. 4. Ex hac ſpecie ſuccus Catechu offic. paratur, — ſaltim ſpecies eiusdem quaedam. Vid. Wertmüller Diſſ. de Catechu p. 21.* M.

horrida. 37. M. ſpinis ſtipularibus, longitudine foliorum, fol. bipinnatis: partialibus 6-iugis, ramis laeuibus.

eburnea. 38. M. ſpinis ſtipularibus connatis diuaricatis teretibus ſubulatis, fol. bipinnatis: foliolis ſexiugis, ſpicis globoſis pedunculatis axillaribus pluribus. *Suppl. p. 437.*

latro-

latronum. 39. M. ſpinis ſtipularibus connatis diuaricatis teretibus ſubulatis, fol. bipinnatis: foliolis quadriiugis; ſpicis elongatis pedunculatis axillaribus ſubgeminatis. *Suppl. p. 438.*

tortuoſa. 40. M. ſpinis ſtipularibus, fol. bipinnatis quadriiugis: glandula inter infima, pinnis 16-iugis, ſpicis globoſis. (*Inter cutem externam leguminis membranamque internam ſemina ſeparantem liquor ſyrupo ſimilis continetur. Swartz obſ. p. 392.*)

farneſiana. 41. M. ſpinis ſtipularibus diſtinctis, fol. bipinnatis: partialibus 8-iugis, ſpicis globoſis ſeſſilibus. *Sata in horto Farneſiano primum 1611; nunc hortis communis ob flores ambroſiacos.* (*Rami punctis calloſis. Fol. partialia modo 5-iuga et ſpicas pedunculatas obſeruauit Vahlius Symb. I. p. 81.*)

nilotica. 42. M. ſpinis ſtipularibus patentibus, fol. bipinnatis: partialibus extimis glandula interſtinctis: ſpicis globoſis pedunculatis. *Sp. pl. 31, 28. Glandula inter extimum par foliorum partialium. Gummi arabicum officin.* (*Pluk. alm. 3. t. 133. f. 1. Rami purpuraſcentes laeues.*)

pigra. 43. M. aculeata laeuis, fol. bipinnatis oppoſite aculeatis: ſpina erecta inter ſingula partialia. (*Hanc ſequentemque modo varietates vnius ſpecici eſſe, affirmat Swartzius obſ. p. 392.*)

aſperata. 44. M. aculeata hirta, fol. bipinnatis oppoſite aculeatis: ſpina erecta inter ſingula partialia. Aeſchynomene ſpinoſa quinta. *Comm. hort. 1. p. 59. t. 30.*

Senegal. 45. M. ſpinis ternis: intermedia reflexa, fol. bipinnatis, flor. ſpicatis. (*Pluk. alm. 3. p. 251. f. 1. Cortex albidus.*)

caeſia. 46. M. aculeata, fol. bipinnatis: pinnis ouali-oblongis oblique acuminatis.

pennata. 47. M. aculeata, fol. bipinnatis numeroſiſſimis lineari-aceroſis, panicula aculeata, capitulis globoſis.

Intſia. 48. M. aculeata, fol. bipinnatis: pinnis incuruis, caule angulato, ſtipulis aculeo longioribus. *Mant. 503. Aculei recurui, ſparſi ſecundum angulos caulis; Aculei 2 maiores ſub ſtipulis. Glandula inter infima foliola partialia. Aculei recurui ſparſi ſub petiolo communi. Aculeorum rudimenta inter foliola partialia.*

ſemiſpinoſa. 49. M. aculeata, fol. bipinnatis, articulis caulinis ſuperne aculeatis.

quadri-

quadriualuis. 50. M. aculeata, fol. bipinnatis, caule quadrangulo aculeis recuruis, leguminibus quadriualuibus.
tenuifolia. 51. M. aculeata, fol. bipinnatis: partialibus 20-iugis: pinnis multiiugis.
Ceratonia. 52. M. aculeata, fol. bipinnatis quinqueiugis: partialibus triiugis: pinnis trineruiis. (*Plum. ic. 8.*)
tamarindifolia. 53. M. aculeata, fol. bipinnatis quinqueiugis: partialibus 10-iugis, petiolis inermibus. *Mant. 503.*

DIOECIA.

1159. GLEDITSCHIA. HERMAPHROD. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* 6. *Piſtill.* 1. *Legumen.*
MASC. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6.
FOEM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Piſt.* 1. *Legumen.*
triacanthos. 1. G. caule ſpinis triplicibus axillaribus. (Cfr. *Willdenow Berl. Baumz. p. 132-133.*)
inermis. 2. G. caule inermi. (Mimoſa Houſtoni. *L'Heritier Sert. angl. p. 30. Mill. ic. t. 5. Flor. purpurei. Legum. hirſuta.*)

1160. FRAXINVS. HERMAPHROD. *Cal.* 0, ſ. 4-partitus. *Cor.* 0, ſ. 4-petala. *Stam.* 2. *Piſt.* 1. *Sem.* 1, lanceolatum. (*Samara.*)
FOEM. *Piſt.* 1. *Sem.* 1, lanceolatum.
excelſior. 1. F. foliolis ſerratis, floribus apetalis. (*Fl. dan. t. 969.*)
Ornus. 2. F. foliolis ſerratis, flor. corollatis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.
americana. 3. F. foliolis integerrimis, petiolis teretibus.

1161. DIOSPYROS. HERMAPHROD. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* vrceolata, 4-fida. *Stam.* 8. *Stylus* 4-fidus. *Bacca* 8-ſperma.
MASC. *Cal. Cor. Stam.* prioris.
Lotus. 1. D. foliorum paginis diſcoloribus.
virginiana. 2. D. foliorum paginis concoloribus. *Mill. ic. t. 126. Stamina Maris 16, quorum 8 inferiora.*
Kaki. 3. D. pedunculis tripartitis. *Thunb. iap. p. 157.* M. Dioſpyros *Kaki*, ramis tomentoſis, fol. ouatis vtrinque acuminatis ſubtus pubeſcentibus, pedunculis

culis ſolitariis bifloris cernuis. *Suppl. p. 439.* Ki ſ. Kaki *Kaempf. amoen. p. 85. t. 86.*

hirſuta. 4. D. ramis foliisque ſubtus villoſis, fol. ellipticis obtuſis, floribus axillaribus congeſtis ſeſſilibus. *Suppl. p. 440.*

Ebenum. 5. D. glaberrima, fol. oblongis vtrinque glaberrimis coriaceis venoſo-reticulatis, flor. axillaribus ſolitariis ſeſſilibus. *Suppl. p. 440.* — Dioſpyros Ebenum. *König in act. Lund. v. 1. p. 3. pag. 176.* M. *Ex hac ſtirpe verum lignum Ebenum.* *)

1163. NYSSA. HERMAPHROD. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0, *Stam.* 5. *Piſt.* 1. *Drupa* infera.
MASC. *Cal.* 5-partitus. *Corollae* 0. *Stamina* 10.

aquatica. 1. NYSSA. *Millero alia* fol. integerrimis, *quae noſtra, alia foliis acute dentatis; an ſpecie diſtincta?* (*b. Aitonius, Kew. 3. p. 446 et 442., eas diſtinxit in* N. *integrifolia*, fol. integerrimis, nucibus ſubrotundis ſtriatis, *et in* N. *denticulata*, fol. remote dentatis, nucibus oblongis ſulcatis ſubrugoſis. *Catesb. Carol. I. p. 60. t. 60.*)

1164. ANTHOSPERMVM. HERM. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 4. *Piſt.* 2. *Germen* inferum.
MASC. et Foem. in eadem vel diſtincta planta. *Dioicum absque hermaphrodito eſſe hoc genus Thunberg. Suppl. p.* 440.

aethiopicum. 1. A. foliis laeuibus. *Planta alia mas, alia hermaphrodita.* (*Pluk. phyt. t. 183. f. 1.*)

ciliare. 2. A. fol. carina margineque ciliatis.

herbaceum. 3. A. fol. ſenis laeuibus, caule herbaceo. *Suppl. p. 440.*

1336.

---

*) *Duas ſub hoc nomine a Linnaeo, fil., confuſas ſpecies ill.* RETZIVS Obſ. bot. 5. p. 31. *ita determinat:*
Dioſpyros Ebenaſter, *fol. ouali-oblongis coriaceis, gemmis glabris.* Dioſpyr. Ebenum *L. Suppl. p. 440.* Hebenaſter RVMPH. *Amb. III. t. 6.*
Dioſpyros Ebenum, *fol. ouato-lanceolatis acuminatis, gemmis hirtis.* D. glaberrima ROTTB. *in Nov. act. Haf. II. p. 540. t. 5. Fol. tenuia flexilia.*)

1336. STILBE. HERMAPHROD. *Cal. exterior* 3-phyllus; *interior* 5|-dentatus, cartilagineus. *Cor.* infundib. 5-fida. *Stam.* 4. *Sem.* 1. calyce interiore calyptratum.

MASC. ſimilis. *Cal. interior* nullus. *Fructus* nullus. *In diſtincta planta ſexus.*

pinaſtra. 1. S. ſpicis hirſutis, foliis ſenis linearibus. *Berg. cap. 30. t. 4. f. 6.* Selago pinaſtra. *Sp. plant. 836. Corollae vtrinque lanatae. Habitat ad riuulos.*

Ericoides. 2. S. ſpicis laeuibus, fol. quaternis lanceolatis. *Mant. 305.* Selago ericoides. *Mant. 87. Corollae laeues.*

cernua. 3. S. ſpicis cernuis, fol. quaternis. *Suppl. p. 441.*

1165. ARCTOPVS. MASC. *Vmbella* compoſita. *Inuolucra* 5-phylla. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5. *Piſt.* 2, abortientia.

ANDROG. *Vmbella* ſimplex. *Inuolucrum* 4-partitum, ſpinoſum, maximum, continens floſculos maſculos in diſco plurimos, foemineos 4, in radio.

MASC. *Petala* 5, *Stam.* 5.

FOEM. *Petala* 5. *Styli* 2. *Sem.* 1, 2-loculare, inferum.

echinatus. 1. ARCTOPVS.

1162. PISONIA. HERMAPHROD. *Cal.* vix vllus. *Cor.* campanulata, 5-fida. *Stam.* 5-ſ, 6. *Piſt.* 1. *Capſ.* 1-locularis, 1-ſperma, 5-valuis.

MASC. et Foem. nunc in eadem, nunc in diuerſa planta.

aculeata. 1. P. ſpinis axillaribus patentiſſimis. *Iacq. amer. 274. — Ed. 2. pict. p. 133.* M.

inermis. 2. P. caule inermi. *Iacq. amer. 275. — Ed. 2. pict. p. 133.* (P. inermis *Iacq. ad P. ſuam* nigricantem *retulit Swartz, quae fructu baccato ſe diſtinguit; vid. Swartz prodr. p. 60. et obſ. p. 393.*)

1166. PANAX. HERMAPHROD. Vmbella. *Cal.* 5-dentatus, ſuperus. *Cor.* 5-petala. *Stam* 5. *Styli* 2. *Bacca* diſperma.

MASC. Vmbella. *Cal.* integer. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.

quinquefolium. 1. P. foliis ternis quinatis.

trifolium. 2. P. fol. ternis ternatis.

ſpinoſa. 3. P. fol. quinatis alternis, ſpinis infrarameis ſolitariis, vmbellis lateralibus. *Suppl. p.* 441. *Fruticoſa.*

arborea. 4. P. fol. ſeptenatis, vmbellis compoſitis. *Suppl. p.* 441.

fruticoſum. 5. P. fol. ſupradecompoſitis dentato-ciliatis, caule fruticoſo.

1335. CHRYSITRIX. HERMAPHROD. *Gluma* biualuis. *Corolla* ex paleis numeroſis, ſetaceis. *Stamina* multa, intra ſingulas paleas ſingula. *Piſt.* 1.

MASC. vt in Hermaphrodito. *Piſt.* 0.

capenſis. 1. CHRYSITRIX. *Mant.* 305. *Statura Siſyrinchii.*

TRIOECIA.

1167. CERATONIA. HERMAPHR. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* nulla. *Stamina* quinque. *Stylus* fillformis. *Legumen* coriaceum, polyſpermum.

DIOICA. *Mas* et *Foemina* diſtincta.

Siliqua. 1. CERATONIA.

1168. FICVS. *Receptaculum* commune turbinatum, carnoſum, conniuens, occultans floſculos vel in eodem vel diſtincto.

MASC. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 3.

FOEM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Piſt.* 1. *Sem.* 1.

Carica. 1. F. foliis palmatis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

Sycomorus. 2. F. fol. cordatis ſubrotundis integerrimis ſubtus tomentoſis. *Haſſelqu. it.* 495. *Pluk. phyt. t.* 173. *f.* 3. Ficus cypria. *Rauw. it. t.* 57.

nymphaeifolia. 3. F. fol. cordatis ſubrotundis mucronatis integerrimis glabris ſubtus glaucis. *Mant.* 302. Ficus foliis ouato-cordatis integerrimis glabris. *Mill. dict.* 9.

religioſa.

religioſa. 4. F. fol. cordatis oblongis integerrimis acuminatiſſimis. *Mant.* 504.

beniamina. 5. F. fol. ouatis acuminatis transuerſe ſtriatis margine laeui. Ficus arbor denſioribus foliis paruis integris. *Pluk. phyt.* 243. *t.* 4. (Cfr. *Loureiro Cochinch.* 2. *p.* 666.)

benghalenſis. 6. F. fol. ouatis integerrimis obtuſis, caule inferne radicato. (*Fol. baſi* 5-*neruia. Rami deflexi Aiton.*)

indica. 7. F. fol. lanceolatis integerrimis petiolatis, pedunculis aggregatis, ramis radicantibus.

racemoſa. 8. F. fol. ouatis integerrimis acutis impreſſo-punctatis, caule arboreo. *Folia adſperſa punctis albidis.*

pertuſa. 9. T. fol. ouatis glabris, calycibus bifidis, baccis globoſis foramine vmbilicatis. *Suppl. p.* 422.

retuſa. 10. F. fol. obouatis oblongis obtuſiſſimis, ramis angulatis, fructibus ſeſſilibus.

pumila. 11. F. fol. oblongo-ouatis acutis integerrimis ſubtus reticulatis, caule articulato repente. *Folia ouato-oblonga, acuminata, petiolata, ſubtus valde reticulata, ſupra herbacea. Ramuli ad folia cincti ſtria eleuata. Pedunculi axillares, filiformes, ſolitarii. Calyx inferus, triphyllus.*

toxicaria. 12. F. fol. cordato-ouatis ſubdenticulatis ſubtus tomentoſis. *Mant.* 305. Ficus Padana. *Burm. ind.* 226.

maculata. 13. F. fol. oblongis acuminatis ſerratis.

trigona. 14. F. fol. ellipticis, calycibus bifidis, baccis vmbilico triangulari. *Suppl. p.* 441.

hiſpida. 15. F. fol. oblongis petiolatis acutis, fructibus ſtrigoſo-hiſpidis. *Suppl. p.* 442.

heterophylla. 16. F. fol. oblongis indiuiſis trilobis ſinuatisque ſcabris, caule hiſpido, fructu pedunculato glabro. *Suppl. p.* 442.

microcarpa. 17. F. fol. oblongis breue petiolatis trineruiis venoſis glaberrimis, fructu globoſo paruo ſeſſili. *Suppl. p.* 442.

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA.

FILICES.

* Fructificationes ſpicata.

1169.	EQVISETVM.	*Spica* ſparſa. Fructif. peltatae, baſi valvulatae.
1222.	CYCAS.	♂ *Ament.* imbricatum. *Pollen* ſquamam tegens. ♀ *Spadix* enſiformis. *Drupa* nucleo lignoſo.
1227.	ZAMIA.	♂ *Strobilus* ſquamis ſubtus polline tectis. ♀ *Strobilus* ſquamis in vtroque margine *Drupa* ſolitaria.
1170.	ONOCLEA.	*Spica* diſticha. Fructif. 5-values.
1171.	OPHIOGLOSSVM.	*Spica* articulata. Fructif. circumſciſſae.
1172.	OSMVNDA.	*Spica* racemoſa. Fructif. 2-values.

** Fructificationes frondoſae, in pagina inferiore.

1173.	ACROSTICHVM.	*Macula* Diſcum totum occupans.
1179.	POLYPODIVM.	*Puncta* Diſci diſtincta.
1176.	HEMIONITIS.	*Lineae* Diſci decuſſantes.
1178.	ASPLENIVM.	*Lineae* Diſci ſubparallelae, variae.
1175.	BLECHNVM.	*Lineae* Diſci coſtae vtrinque adiacentes.
1177.	LONCHITIS.	*Lineae* Marginis ad ſinus.
1174.	PTERIS.	*Lineae* Marginis ad peripheriam.
1180.	ADIANTHVM.	*Maculae* apicum margine reflexo obtectae.
1181.	TRICHOMANES.	*Fr.* ſolitariae Margini ipſi inſertae.

*** Fructificationes radicales.

1182.	MARSILEA.	*Fruct.* 4-capſularis.
1183.	PILVLARIA.	*Fruct.* 4-locularis.
1184.	ISOETES.	*Fruct.* 2-iocularis.

MVSCI.

MVSCI.

* *Acalyptrati.*

1185. LYCOPODIVM. *Anthera* 2-valuis, ſeſſilis.
1186. PORELLA. *Anthera* pertuſa poris.
1187. SPHAGNVM. *Anthera* ore laeui.

** *Calyptrati diclini.*

1191. SPLACHNVM. *Anth.* cum aphophyſi msxima.
1192. POLYTRICHVM. *Anth.* cum Apophyſi minima, marginata.
1193. MNIVM. *Anth.* ſine Apophyſi.

*** *Calyptrati monoclini.*

1189. PHASCVM. *Anth.* operculata: ore ciliato. *Ab acalyptratis remoueo.* M.
1194. BRYVM. *Anth.* pedunculo terminali e tuberculo.
1195. HYPNVM. *Anth.* peduneulo laterali e Perichaetio.
1190. FONTINALIS. *Anth.* ſeſſilis, perichaetio imbricato obvoluta.
1188. BVXBAVMIA. *Anth.* pedunculata, altero latere membranacea.

ALGAE.

* *Terreſtres.*

1198. MARCHANTIA. *Fl.* calyce communi peltato, ſubtus florido.
1196. IVNGERMANNIA. *Fl.* calyce ſimplici, 4-valui.
1197. TARGIONIA. *Fl.* calyce 2-valui.
1201. ANTHOCEROS. *Fl.* calyce tubuloſo. *Anther.* ſubulata, biualuis.
1199. BLASIA. *Fr.* cylindrica, tubuloſa.
1200. RICCIA. *Fr.* Granulis frondi innatis.
1202. LICHEN. *Fr.* receptaculo laeui nitido.
1208. BYSSVS. Subſtantia lanuginoſa (*addo* M.), vel pulueruIenta.

** *Aquaticae.*

1204. TREMELLA. *A. gelatinoſa.*
1206. VLVA. *A.* membranacea.
1205. FVCVS. *A.* coriacea.
1207. CONFERVA. *A.* capillaris.

Ppp 3 FVNGI.

(*Veras muſcorum* capſulas *eſſe*, *quas b.* LINNAEVS antheras *vocauit*, HEDWIGII *aliorumque obſeruationes docuerunt.*)

F V N G I.

* *Pileati.*

1209. AGARICVS. Pileus ſubtus lamelloſus.
1210. BOLETVS. Pileus ſubtus poroſus.
1211. HYDNVM. Pileus ſubtus echinatus.
1212. PHALLVS. Pileus ſubtus laeuis.

** *Pileo deſtituti.*

1213. CLATHRVS. *F.* cancellatus.
1214. HELVELLA. *F.* turbinatus.
1215. PEZIZA. *F.* campanulatus.
1216. CLAVARIA. *F.* oblongus.
1217. LYCOPERCON. *F.* globoſus.
1218. MVCOR. *F.* veſicularis ſtipitatus.

F I L I C E S.

1169. EQVISETVM. *Spica* fructificationibus peltatis, baſi dehiſcentibus multiualui.

ſyluaticum. 1. E. caule ſpicato, frondibus compoſitis.
aruenſe. 2. E. ſcapo fructificante nudo; ſterili frondoſo.
paluſtre. 3. E. caule angulato, frondibus ſimplicibus.
fluuiatile. 4. E. caule ſtriato, frondibus ſubſimplicibus.
limoſum. 5. E. caule ſubnudo laeui.
hyemale. 6. E. caule nudo ſcabro baſi ſubracemoſo. *Mant.* 504.
giganteum. 7. E. caule ſtriato arboreſcente, frondibus ſimplicibus ſtrictis ſpiciferis.

1222. CYCAS. MASC. *Amentum* ſtrobiliforme ſquamis ſubtus vndique tectis polline.
FOEM. *Spadix* enſiformis. *Germinibus* angulo immerſis, ſolitariis. *Styl.* 1. *Drupa* nucleo ligneo. *Mant.* 166. — *Trſſr. ad Dioeciam Polyandriam pone Cliffortiam, auctore Thunb. in act ſtockh.* 1782. *p.* 286. M.

circinalis. 1. C. frondibus pinnatis: foliolis linearibus planis. *Sp. plant.* 1658.
reuoluta. 2. C. frond. pinnatis: foliolis margine reuoluto. *Thunb. iap. p.* 229. M. (*Rumph. amb. I. p.* 92. *t.* 24.)

1227. ZAMIA. MASC. *Amentum* ſtrobiliforme ſquamis ſubtus tectis polline.

FOEM. *Amentum* ſtrobiliforme in vtroque margine *Drupa* ſolitaria. — *Trſſr. ad Dioeciam Polyandriam pone Cycadem auctore Thunb. in act. ſtockh.* 1782. *p.* 286.

pumila. 1. Z. frondibus pinnatis: foliolis linearibus obtuſis. *Suppl. p.* 443. Zamia pumila. *Syſt. ed.* 13. *p.* 778. *Sp. plant.* 1659. (Zamia integrifolia *Ait. Kew.* 3. *p.* 478. Filam. o. Antherae *ſubrotundae, ſeſſiles, aggregatae, numeroſae, 1-loculares, 2-valves, perſiſtentes.* Pollen *minutiſſimum, ſubrotundum. Iacq. Coll.* 3. *p.* 263. *Ic. pl. rar.*)

Cycadis. 2. Z. frond. pinnatis: foliolis lanceolatis acuto-ſpinoſis. *Suppl. p.* 443. Cycas cafra. *Thunb. in act. vpſ. v.* 2. *p.* 284. *t.* 5. (Bacca *ad ſingulam peltam gemina, ouata carnoſa, 1-locularis. Gaertn. de fr. I. p.* 15. *t.* 3.)

1170. ONOCLEA. *Spica* diſticha: Fructificat. quinquevaluibus.

ſenſibilis. 1. O. frondibus pinnatis apice ſubracemoſis. *Mant.* 504.

polypodioides. 2. O. frond. bipinnatis, fructificationibus triualuibus. *Mant.* 306.

1171. OPHIOGLOSSVM. *Spica* articulata, diſticha: articulis transuerſim dehiſcentibus.

vulgatum. 1. O. fronde ouata. *Fl. dan. t.* 147.

nudicaule. 2. O. frondibus ouatis, ſcapo aphyllo. *Suppl. p.* 443.

luſitanicum. 3. O. fronde lanceolata.

reticulatum. 4. O. fronde cordata.

palmatum. 5. O. fronde palmata baſi ſpicifora.

pendulum. 6. O. frondibus linearibus longiſſimis indiuiſis.

ſcandens. 7. O. caule flexuoſo tereti, frond. coniugatis pinnatis: foliolis vtrinque ſpiciferis.

flexuoſum. 8. O. ſcapo flexuoſo tereti, frondibus oppoſitis petiolatis palmatis: pinnis lanceolatis integerrimis glabris. *Suppl. p.* 443. Ophiogloſſum flexuoſum. *Syſt. ed.* 13. *p.* 779.

iaponicum. 9. O. caule flexuoſo angulato, frondibus ſupradecompoſitis: pinnulis alternis inciſis. *Thunb. iap. p.* 328. M.

1172. OSMVNDA. *Spica* ramoſa: Fructific. globoſis.

** Scapis inſidentibus cauli ad baſin frondis.*

zeylanica. 1. O. ſcapo caulino ſolitario, frondibus verticillatis lanceolatis indiuiſis.

Lunaria. 2. O. ſcapo caulino ſolitario, fronde pinnata ſolitaria. *Fl. dan. t. 18.*

virginica. 3. O. ſcapo caulino ſolitario, fronde ſupradecompoſita.

ternata. 4. O. ſcapo caulino ſolitario, fronde tripartita ſupradecompoſita. *Thunb. iap. p. 329. t. 32.* M.

phyllitidis. 5. O. ſcapis caulinis geminis, fronde pinnata, caule laeui.

hirta. 6. O. ſcap. caulinis geminis, fronde pinnata, caule hirto.

hirſuta. 7. O. ſcap. caulinis geminis, fronde bipinnata hirſuta.

adianthifolia. 8. O. ſcap. caulinis geminis, frond. ſupradecompoſita.

*** Scapis nudis, e radice enatis.*

verticillata. 9. O. ſcap. radicatis: racemis verticillatis, fronde ſupradecompoſita.

ceruina. 10. O. ſcap. radicato, fronde pinnata: pinnis integerrimis.

bipinnata. 11. O. ſcap. radicato, fronde pinnata: pinn. pinnatifidis.

filiculifolia. 12. O. ſcap. radiato paniculato, fronde ſupradecompoſita.

**** Fronde ipſa fructificationes ferente.*

regalis. 13. O. frondibus bipinnatis: apice racemiferis. *Fl. dan. t. 217.*

claytoniana. 14. O. frond. pinnatis: pinn. pinnatifidis apice coarctato-fructificantibus.

***** Frondibus aliis foliaceis, aliis fructificantibus.*

capenſis. 15. O. frond. pinnatis: pinnis cordato-lanceolatis crenulatis. *Mant. 306.*

cinnamomea. 16. O. frond. pinnata: pinn. pinnatifidis, ſcap. hirſutis, racem. oppoſitis compoſitis.

Struthiopteris. 17. O. frond. pinnatis: pinn. pinnatifidis, ſcapo ctificante diſticho. *Fl. dan. t. 169.*

Spicant. 18. O. frond. lanceolatis pinnatifidis: laciniis confluentibus integerrimis parallelis. *Fl. dan. t. 99.*

criſpa. 19. O. frond. ſupradecompoſitis: pinn. alternis ſubrotundis inciſis. *Fl. dan. t. 496. Mant. 505.* Pteris hetero-

heterophylla. *Sp. plant. 1534.* Adiantium foliis minutim in oblongum ſciſſis. *Moriſ. hiſt. 3. p. 585. ſ. 14. t. 5. f. 25. Haec adultior.* (Pteris heterophylla *Sp. pl. vt vt diuerſa planta ad Pterides iterum referri debet. Swartz obſ. p. 394.*)

***** —— †

iaponica. 20. O. fronde bipinnata: pinnis cordato-lanceolatis ſerratis. *Thunb. iap. p. 330.* M.

lancea. 21. O. fronde bipinnata: pinnis lanceolatis ſerratis. *Thunb. l. c.* M.

1173. ACROSTICHVM. *Fructific.* diſcum totum frondis tegentes.

* *Fronde ſimplici indiuiſa.*

lanceolatum. 1. A. frondibus lineari-lanceolatis acutis, ſurculo ſcandente.

citrifolium. 2. A. frond. lanceolato-ouatis integerrimis, ſurculo ſcandente.

heterophyllum. 3. A. frond. integerrimis glabris petiolatis: ſterilibus ſubrotundis; fertilibus linearibus.

crinitum. 4. A. frond. ouatis obtuſis hirſutis ſupra crinitis.

punctatum. 5. A. frond. cordato-lingulatis acuminatis integerrimis ſupra punctatis.

ſpicatum. 6. A. fronde ſimplici petiolata lanceolata vtrinque attenuata integerrima, ſpica terminali lineari. *Suppl. p. 444.* (*Smith Pl. icones t. 49.*)

Lingua. 7. A. frondibus oblongis obtuſis integris petiolatis, ſurculo repente. *Thunb. iap. p. 330. t. 33.* M.

haſtatum. 8. A. fronde ſimplici haſtata. *Thunb. iap. p. 331. t. 34.* M.

** *Fronde ſimplici diuiſa.*

ſeptentrionale. 9. A. frond. nudis linearibus laciniatis. *Fl. dan. t. 60.*

auſtrale. 10. A. ſtipitibus nudis glaberrimis apice dichotomo-ramoſis quinque- ſ. ſex-radiatis ſubulatis laterifloris. *Suppl. p. 444.*

pectinatum. 11. A. nudum ſimpliciſſimum, ſpica lunata ſecunda adſcendente compreſſa. *Berg. cap. 356.*

Ppp 5 *dicho-*

---

† *Ex ſimplici differentia ſpecifica non potuit hiſce locus aſſignari.* M.

(*Tentamen botanicum de Filicum dorſiferarum generibus. Auctore* IACOBO EDVARDO SMITH, *in Memoires de l'Académie royale des Sciences de Turin. vol. V. p. 401-422. Deutſchland's Flora, oder botaniſches Taſchenbuch. 2tir Theil; Cryptogamie von* GEORG FRANZ HOFFMANN.)

dichotomum. 12. A. nudum dichotomum, ſpic. ſecundis adſcendentibus reflexis compreſſis.

digitatum. 13. A. ſtipit: nudis triquetris, fronde digitata lineari integerrima aequali.

ferrugineum. 14. A. frond. pinnatifidis: pinnis linearibus acutis patentibus integerrimis connatis, ſtipite laeui. (*Varietatem ſequentis putat Swartzius l. c.*)

polypodiodes. 15. A. frond. pinnatifidis: pinn. linearibus obtuſis integerrimis patentibus coronatis, ſtipite ſquamoſo.

*** *Fronde pinnata.*

aureum. 16. A. frond. piunata: pinn. alternis linguiformibus integerrimis glabris.

rufum. 17. A. fronde pinnata: pinn. oblongo-ouatis integerrimis pubeſcentibus.

punctatum. 18. A. fronde pinnata: foliolis alternis lanceolatis integerrimis: infimis auriculatis ſupremis decurrentibus, ſupra punctatis glabris. *Suppl. p. 444.*

ſorbifolium. 19. A. frond. pinnatis: pinn. oblongo-ouatis integris ſerratis acutis, ſtipit. ſquamoſis.

areolatum. 20. A. frond. piunatis: pinn. alternis linearibus apice ſerratis.

marginatum. 21. A. frond. pinnatis: pinn. oblongis integerrimis vndulatis acuminatis, ſtipite nudo. (*Modo frondem ſterilem Pteridis* grandifoliae *eſſe affirmat cel. Swartz l. c. p. 395.*)

ſanctum. 22. A. frond. pinnatis lanceolatis: pinn. lineari-lanceolatis inciſo-ſerratis: ſerraturis infimis maioribus. (Polypodium ſanctum. *Swartz prodr. p. 133.*)

platyneuros. 23. A. frond. pinnatis: pinnis alternis ouatis crenatis ſeſſilibus ſurſum arcuatis.

trifoliatum. 24. A. frond. pinnatis: foliol. ternatis lanceolatis.

**** *Fronde ſubpinnata.*

ſiliquoſum. 25. A. frond, pinnatis: pinn. alternis ſurſum pinnulatis linearibus: inferioriqus bipartitis. (*Secundum obſeruationes b. Königii apud Retz. obſ. bot. 5. p. 7. haec et ſequens vnam eandem ſiſtunt ſpeciem.*)

thalictroides. 26. A. frond. pinnatis: pinnis alternis vtrinque pinnatifidis: ſterilibus latioribus.

marantae. 27. A. frond. ſubbipinnatis: pinn. oppoſito-coadunatis ſubtus hirſutiſſimis: baſi ſubdentatis.

iluenſe. 28. A. frond. ſubbipinnatis: pinn. oppoſito-coadunatis obtuſis ſubtus hirſutis baſi integerrimis. *Fl. dan. t. 391.*

ebeneum.

ebeneum. 29. A. frond. pinnatis: pinn. ſeſſilibus oblongis ſinuatis: ſummis breuiſſimis integerrimis. (*Iuniorem plantam A. calomelanos putat Swartz.*)

furcatum. 30. A. dichotomum, foliolis pinnatis: pinnis parallelis lanceolatis approximatis integerrimis. (*Secundum cl. Swartz prodr. p. 133. Polynodii ſpecies, nei a Polypodio dichotomo. Thunb. diuerſum eſt.*)

aculeatum. 31. A. frond. ſupradecompoſitis: pinn. bifidis, ſtipit. aculeatis. (Trichomanes aculeatum. *Sw. prodr. p. 137.*)

cruciatum. 32. A. frond. bipinnatis: foliol. oppoſitis lanceolatis: infimis cruciatim appendiculatis.

